Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MISCELLANEAE OBSERVATIONES CRITICAE IN AUCTORES VETERES ET RECENTIORES.

Ab Eruditis Britannis inchoatae, & nunc a Doctis Viris, in Belgio & aliis regionibus, continuatae.

VOL. X. TOM. I.

Menſes *JAN. FEB. MART.* & *APRIL.* Complectens.

AMSTELAEDAMI,
Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS.
M. D. CC. XXXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

Vol. X. Tom. I.

Animadversiones ad Hesychium. Pag. 1 -- 10

Adversaria Critica in Minucium Felicem. 11 -- 54

Observata in Hesychium. 55 -- 68

Isebr. Eil. Harkenrothii Epiphyllidum Critico-Sacrarum. 69 -- 84

Joannis Schefferi, Argentoratensis, Adversariorum Liber ΑΝΕΚΔΟΤΟΣ. 85 -- 96

Augustini van Staveren Otia. 97 -- 107

* 2 L. C.

Digitized by Google

L. C. Valckenaer de Hygini Fragmento 108 -- 123

Gul. Ot. Reizii Specimen Pseudosynonymorum. 124 -- 156

MISCEL-

Digitized by Google

MISCELLANEAE OBSERVATIONES CRITICAE IN AUCTORES VETERES ET RECENTIORES.

ANIMADVERSIONES AD HESYCHII QUAEDAM LOCA.

ZΑφελὲς — Ζαφελῶς — Si, quod notae ſubditae videntur indicare, Salmaſ. corrigi juſſit Ζαφλεγὲς, Ζαφλεγῶς, refellitur ex Schol. Hom. ad Il. ι. vs. 512. ubi ἐπιζαφελῶς inter alia exponitur non modo ἐξημμένως, verum ἀπὸ τοῦ φλέγειν inſuper deducitur. In Etymol. pro ζαφλεγὲς, quod praecedit Ζάφελος, videri poſſet itidem ſcriptum fuiſſe ζαφελές. licet haud ſim neſcius literarum ſeriem ubique fere turbatiorem, quam ut inde

Digitized by Google

inde pro emendatione quapiam petere liceat argumentum.

Ζεύγλας —— τροπωτῆρες —— superest iste usus in Eurip. Hel. vs. 1552. ἱστία εἰς ἓν ἦν, πηδάλιά τε ζεύγλαισι παρακαθεῖτο.

Ζεῦγος —— καὶ ἐπὶ τριῶν καὶ τεσσάρων ἕκαστον. De tribus adhibuit laudatus modo poeta Herc. Fur. 454. ἀγόμεθα ζεῦγος οὐ καλὸν νεκρῶν, ὁμοῦ γέροντες καὶ νέοι καὶ μητέρες & Troad. 924. τελεστὸν ζεῦγος τελεστῶν θεῶν Conf. Etymol.

Ζόφον τὸν ἀΐδου τόπον —— καὶ τὴν δύσιν ζόφον —— Priori virtute occurrit in Aesch. Pers. 840. γῆς ζόφος κάτω & alios plures. Alteram obtinet in Pind. Nem. Od. IV. 112. Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατόν. Atque ita accipiebam quoque verba Q. Cal. III. vs. 255.

Σοὶ δ' ἤτοι νόος ἐστὶ πολὺ ζόφον, ὅς ῥά μοι ἔτλης
Ἐς μόθον ἐλθέμεναι μέγ' ἀμείνονι πέρ γεγαῶτι.

ut scil. proverbialiter loqutum fingat Poëta Glaucum ad instar ἔξω στηλῶν Ἡρακλέους ἢ τὸν ὑπὲρ τὸν Καύκασον εἶναι & ἔξω στηλῶν καὶ Γαδείρων σοί ἐστιν ὁ νοῦς, quae invenies apud Aristid. T. I. p. 463. & III. p. 596. atque hoc dicet, *insanis, nec mentis es compos, qui mecum te longe fortiore in certamen descendere audes.* Sic inquam intelligebam ego, id vidi postea Virum Cl. ad priorem sensum referre maluisse, itaque nonnihil dubitare coepi, veram mentem sim assecutus nec ne. Lector peritus eligat, quod lubuerit. Illud confidentius adfirmare ausim Belgas videri a Graecis potius mutuatos suum *Buiten westen zyn*, quam unde originem proverbii arcessendam putat novissimus Belg. Proverb. explanator.

Ζηλούμενον —— Quid si Ζυγοστατούμενον, ζημιούμενον. Nam ζυγοστατοῦντες λέγονται ἀδικοῦντες, F. ἀδικοῦντες, ἐν ζυγοῖς teste Eust. ad Il. N. p. 935.

Ζω-

Ζωγρίαν, ζῶντα. Vid. Deuter. Cap. II. 34. & II. Maccab. II: 35. ζωγρίαν λαβεῖν, pro quo alii in tertio casu ζωγρίᾳ λαβεῖν, quod cum similiter Suid. expl. ζῶντα λαβεῖν, non video qua ratione motus H. Steph. confinxerit ζωγρίας, ὁ.

Ζῶγρος — Basil. Hexaëm. Homil. IX. p. 87. E. τῶν θηρίων τὰ μισανθρωπότατα ἐπειδὰν τοῖς ζώγροις ἐναποκλεισθῇ, περιβρύχεται τοῖς κυλίνδροις.

Ἠ — καὶ συναπτικὸν τῷ εἰ. Utrum quia praecedente nonnunquam comparativo subjicitur ἢ εἰ? An leg. ἴσον τῷ εἰ? Vid. Etymol.

Ἦα, ἦλθον — Plato in Theaet. p. 130. D. Ὅπερ ἦα ἐρῶν, add. Eustath. ad Od. ξ. p. 543. 25.

Ἥβη — ἀκολασία. Voluptatem notat quae ex conviviis capitur. vid. Casaub. ad Athen. X. 7. ex Schol. Aristophanis, cui suffragantur Pindari Critici ad Pyth. Od. IV. 525. θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβην expl. τὴν ψυχὴν ἐκδοῦναι πρὸς φιλοφροσύνην καὶ συμπόσια.

Ἠλάλησα, ἡ λάλησις. Ald. ἀλάλησις. Videtur dedisse Hes. ἡ λαλιὰ, ἡ λάλησις. Xenoph. Ephes. Lib. III. p. 40. συνῄμην τῷ μειρακίῳ, ἐδυνάμην ὀλίγα, καί μοι φίλημα σπάνιον ἐγίγνετο καὶ λαλιὰ δυσχερής. Alio sensu Aeschin. de Fals. Legat. p. 38. Med. Edit. Ald. ὑπερόριος λαλιά. Pro διαλέξει καὶ μελέτῃ *declamatione* adhibitum constat ex Suid. qui Genethlium Palaest. memorat scripsisse λαλιὰς, & sic Homelius Sophista. Recte ergo se habet lemma Aristidis praefixum Orat. in Aesculapium, nec tanquam ab exscriptore Christiano profectum ei abjudicari convenit, quod visum Palmerio, neque ausim ego in Hes. V. ψῆφος pro edito ἀπόφασις διὰ λαλιᾶς refingere cum Salmasio διαλαλιά. Add. Cas. ad Theophr. cap. VII.

Digitized by Google

'Ηλάστρεον —— non est a themate ἀλαστρέω, sed ἠλαστρέω. Vid. Etymol. Utitur Eurip. Iphig. Taur. 934. & 971. δρόμοις ἀνιδρώτοις μ' ἀεὶ ἠλάστρουν. Add. Lycophr. vs. 450. & Eust. ad Il. Z. p. 1219. 22.

'Ηλέματος —— Oppian. IV. Hal 590 'Ηλέματα πλώουσι κενὸν φόβον, ubi libris ἠλέμαζα praeferentibus favet Eustath. ad Il. γ. p. 888. 36. laudant ex eo πλώσσειν ἠλέματον. Adde eundem ad Il. δ. p. 332. 9. ζ. 494. 29. & Etymol.

'Ημεδαποὶ, ἐπιχώριοι, ὁμόφρονοι —— F. 'Ομόφωνοι. ἐγχωρίους καὶ ἡμεδαποὺς junxit Basil. T. II. p. 143. opposite ad ἐπήλυδας. Theon. Cap. XIII. numerat in vocibus, unde ἀσάφεια oriatur.

'Ημπόλησεν —— In Aesch. Eumen 634 Schol. explanat ἀτυχεῖν. add. Suid. seu potius Schol, Soph. ad Ajac. 996. & ex eo in Suida pro ἐπώλησας scribe ἐνιπώλησας.

"Ητασιν —— Vid. Genes. Cap. XII. 17. & Esth. II. 22.

"Ηγγε —— Recte monuit Georg. D. Arnaud corrigendum ηὖγε. habet enim ex Jobi Cap. XXIX. 3. ηὖγε ὁ λύχνος αὐτοῦ.

'Ηυλίσθησαν, οἰκείωσαν. Judic. Cap. XIX. 4. καὶ ἔφαγον καὶ ἔπιον καὶ ηὐλίσθησαν ἐκεῖ.

'Ηφρονεύσαντο —— Ex Jerem. Cap. X. 21. οἱ ποιμένες ἠφρονεύσαντο.

'Ηχεῖ —— Quartum casum adjunxit Soph. Trachin. vs. 897. ἠχεῖ κωκυτὸν ut & Demetr. Phaler. de Elocut. §. 71. ad quem conf. not. Th. Gale.

Θας

Θαλάμιος —— Quum illico iterum ſequatur Θαλάμιος ſuſpicari liceat hic ſcribendum Θαλαμίας, quod etſi mutatum iverint V. D. in Appiani Bell. Civ. Lib. V. p. 381. extr. legitur tamen & in Themiſt. Orat. XV. p. 195. B. οὐ χαλεπὸν καὶ τῷ ἐσχαρεῖ καὶ τῷ θαλαμίᾳ μεταλαμβάνειν τὸν οἴακας Niſi diſcrepent ab Edit. Harduin. aliae. In Etymol. V. Θαλαμίδιον l. ὁ κατώτατος ἐρέτης θαλάμιος λέγεται, ὁ δὲ μέσος ζύγιος.

Θαλερὸς, ταχύς. Soping. παχύς. cui ego adſentiri nequeo. Quidni enim qui θαλερὸς i. e. ἀκμαῖος recte ponatur pro ταχύς? & ſic praeterea Suidas.

Θάνατος —— ἡ δυσωδία. Ad illud credo IV. Reg. Cap. IV. 40. θάνατος ἐν τῷ λέβητι.

Θελεμὸν οἰκτρὸν —— De hac ſignificatione mihi non liquet, alteram communem habet cum ἐθελημὸς, quo utuntur Heſiodus, Apoll. Rhodius & Callimachus, ad cujus H. Dian. vs. 31. vid. Spanhem. in Aeſch. 1034. habetur θελεμὸν πῶμα. Suidas θέλιμος expl. εὔκαρπος, γονιμωτάτη, quae gloſſa Kuſtero a labe haud videtur libera. Supra θέλεμον, ἄκοσμον, κακόν. Pro quo Phavor. Ἀθέλημον.

Θεοβλαβίαν, οὕτως Αἰσχίνης εἶπεν. Locus quem innuit eſt in Cteſ. p. 69. med. τὴν θεοβλαβείαν οὐκ ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ δαιμονίως κλησάμενοι. Verbo utitur Themiſt. Orat. IV. p. 50.

Θεόσδοτος —— Recte Euſtath. pleonaſmum ſtatuit τῆς σ. nam & θεόδοτος occurrit in Pind. Iſthm. Od. V. 29. ubi conf. Schol.

Θευγοῖς —— Pollux I: 21. tragicam vocem eſſe

 ait,

ait, & utitur Eurip. Troad. vs. 1213. & Cycl. 395. Quibus in locis nil obstare video, quominus pro Dei osore aeque commode sumi possit, ac impio Deoque inviso, ut nec in Epist. ad Rom. Cap. I. 30. θεοῖς συγγεμένους dixit idem Eurip. in Alcest. vs. 63. & θεοςύγητος, quo augmentum fieri potest H. Stephani Thesauro, est in Aesch. Choeph. 633.

Θεοίσωτον, θεοτίμητον. An f. Θεόσυτον, θεόδμητον seu potius θεόρμητον? Aesch. Prom. 116. ἀχὼ θεόσυτος, quod vs. 764. dicit θέορτον ἢ βρότειον vs. 598. νόσος θεόσυτος vs. 644. χειμών. Erunt tamen fortasse qui legere maluerint Θεόσωτον, quia & infra σῶται explanat ὁρμᾶται, quibuscum contendere nolim.

Θέσσαντο — Pind. Nem. Od. V. 17. τὰν ἄρχειν ποτ' εὔανδρόν τε καὶ ναυσὶ κλυτὰν θέσσαντο, ubi explanat Schol. ηὔξαντο. Er. Schmidius loco magis aptam putat sedendi notionem. Add. Apollon. Rhod. Schol. ad Lib. I. vs. 824. & Hes. V. θησάμενοι, Θήσω & Θησόμενοι. Ultima expositio eo pertinere videtur, quod θέσθαι ὅπλα dici obtineat pro περιθέσθαι *induere*. vid. Vales. ad Harpocrat. p. 37. & mox θήκατο.

Θήκατο — Pind. Pyth. Od. IV. 52. ἀνδρὸς αἰδοίου προσφωνεῖν θηκάμενος. ubi Schol. explanat προσθείς add. vs. 201. & Od. IX. 108. ἐπιγουνίδιον θηκάμενοι βρέφος, ubi foret *imponere*, ut Hesych. illustrat, nisi Er. Schmid. legendum contenderet ἀνθηκάμενοι.

Θήρεια τὰ ζῶα, καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων — F. πάντα τὰ ζῶα. Vid. Stanl. ad Aesch. S. C. Theb. 783. Ut de equis sic Lat. *ferus*.

Θίασαν — πλῆθος ἐργαλικόν. Quid si forte ἐρωτικόν. Eurip. Rhes. 362. Τροία σοῦ πρoπότας παναμερίοισι θιάσους ἐρώτων ψαλμοῖς. Xenoph. Sympos. p. 521. 31. πάντες ἐσμὲν τοῦ θεοῦ τούτου θιασῶται. loquitur scil. de *Amore*.

Θι-

Θίγειν ——— ἀψαυστεῖν. citharam θίγειν est apud Pind. Pyth. Od. IV. extr. & θίγειν καὶ ἅπτεσθαι jungit Them. Orat. XI. p. 147. B. & p. 152. B.

Θοάζει —— Plut. de Aud. Poët. p. 22. E. τῷ θοάζειν ἢ τὸ κινεῖσθαι σημαίνουσιν ——— ἢ τὸ καθέζεσθαι καὶ θαάσσειν. Crebro voce utitur Euripides, primo sensu Troad. vs. 307. θοάζει δεῦρο Κασάνδρα δρόμῳ. Altero in Phoen. 801. Ἰσμηνοῦ ἐπὶ χεύμασι βαίνων ἱππείαις θοάζει. Quod Schol. exponit ἐκμαίνῃ. Adde Herc. Fur. 383. & Orest. 335. ubi exponunt Grammatici μεθ' ὁρμῆς φέρεσθαι. Pro ἀνύειν & τελεῖν est in Bacch. vs. 65. *sedendi* notione adhibuit praeter Sophoclem Aesch. in Suppl. 603.

Θοινητήριον, καταβρωμάτων τροφή. In mendo haec cubare, falso sibi persuadet Kuhnius ad Polluc. I. 74. corrigens κατάλυμα, τροφεῖον. Credo quia viro erudito haud suppetebant exempla, in quibus verbalia istius generis, ut plurimum de locis usitata, rem notarent. Verum perpendere debebat pura puta esse adjectiva, quae ut locum significant per ellipsin χωρίον, οἴκημα, similium, veluti φυλακτήριον, δεσμωτήριον, ita rem, intellecto πρᾶγμα, χρῆμα, ut ὁρμητήριον *incitamentum*. Adde quod ipsum nostrum θοινητήριον sensu quo exponit Hes. habeatur in Eurip. Rhes. vs. 515. ζῶντα συλλαβὼν ἐγὼ —— στήσω πετεινοῖς γυψὶ θοινητήριον, quod in Hec. vs. 1072. dicit θοίναν ἀγρίων θηρῶν τίθεσθαι.

Θολερῶς πορεύεσθαι —— in Prov. recensent Zenob. & Suid. meminitque Etymol. sed apud quem minus opinor emendate ἀναστάτων pro ἀστάτων.

Θούριος ——— καὶ θοῦρος Ἄρης. Qua motus ratione corrigit nescio quis θούριον, ignoro. Θοῦρον Ἄρη post Hom. dixit Eurip. Suppl. 579. & Simonides apud Aristid. T. III. p. 259. Sophocles θούριος in Ajac. vs. 620. Θοῦρος

Τύφων est Aesch. in Prom. 353. δυνατὴρ Perſ. 137. δόρυ Eurip. Rheſ. 492. κύνες Oppian. I. Cyneg. 413.

Θρόνωσις —— Nequicquam de hoc vocabulo conſules reliquos Lexicographos. habet credo ea Plat. Euthyd. p 217. D. ποιεῖτον ταυτὸν, ὅπερ οἱ ἐν τῇ τελετῇ τῶν Κορυβάντων, ὅταν τὴν θρόνωσιν ποιῶνται περὶ τοῦτον, ὃν ἂν μέλλωσι τελεῖν. *

Θυραυλοῦσι —— ἀγρυπνεῖν καὶ θυραυλεῖν junxit Plato Lib, III. de Leg. p. 190. E. Suid. θυραυλεῖν καὶ πλανᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν. Forte ex Iſocr. Archid. p. 130. A. ἐν μηδαμίᾳ πόλει τεταγμένος, ἀλλὰ θυραυλεῖν καὶ πλανᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν δυνάμενος. Si qui ſint, qui inde petitum haud dubitent, facile poterunt Suidam correctiorem reddere.

Θῦσαι —— Θυμίασαι. Mei ſi arbitrii eſſet, copularem haec duo.

Θύσθλα —— dicuntur omnia τὰ περὶ τὴν τελετήν. ſic lege in Etymol. pro τελευτήν. Schol. ad Pyth. Od. III. 176. θύσελα, οἱ θύρσοι. l. θύσθλα.

Ἴδη —— ψιλὸν τόπον. F. ὑψηλὸν. vid. inter alios Schol. Pind. Nem. Od. X. 132.

Ἰδίως, ἰδικῶς. F. ἰδιωτικῶς. Sic ἴδιον Ariſtophanem uſurpaſſe notat Suid. ἰδιῶται. Plato VIII. Leg. 647. C. opponit μετρίως. πότερον, inquit, ἀφροδισίων ῥᾷον ἂν ἀπέχοιτο, καὶ τὸ ταχθὲν ἐθέλοι περὶ αὐτὰ μετρίως ποιεῖν, εὖ τὸ σῶμα ἔχων, καὶ μὴ ἰδιωτικῶς καὶ φαύλως.

Ἰδιώτας —— πολίτας, ὁπλίτας, Ἰδίους. Tollenda, ni fallor, ita ſeparans nota. Ad primam quod attinet explicationem

* Vocatur θρονισμὸς Proclo in Platonis Theologiam Lib. VI. C. XIII. p. 382. ubi hic Platonis locus advocatur. B.

tionem, etſi ἰδιῶται ſubinde ſint cives, ut alibi oſtendi, eſt tamen ubi diſtinguunt Graeci. Dio Chryſ. Serm. XXXIV. p. 428. D. ἀεί ἐςιν ἐπ' αὐτῷ κἂν ἰδιώτης ᾖ, κἂν πολίτης, ubi vertitur *plebeius*, & Liban. in Argum. Orat. Demoſth. in Ariſtocr.'Εὰν τις τ ἀγώγιμον ἀφέληται ἢ πολίτης ἢ ἰδιώτης, ἑκατονδ☉ ἐςιν. ubi ſi, quod videtur H. Stephano, corrigi debebit πόλις, idem erit faciendum in Dione. Thucydidem Lib. II. Cap. VIII. advocare nolo ob codicum diſſenſum. Quae autem opponuntur huic voci, larga eſt copia. ut τὸ κοινὸν τ πόλεως in Lyſ. p. 141. init. Edit. Ald. βουλὴ ibid. extr. τὸ δημόσιον p. 142. med. βασιλεὺς *Ariſtid. Tom. I.* p. 93. ἄρχων p. 54. Tom. III. μάντις p. 66. ξένοι p. 77. & δῆμοι ibid. atque talia notaſſe ingentem ſaepe praeſtat utilitatem, ubi in loca minus ſana incidimus. Vulgo tamen ceu levia praetermittimus. Pro ὁπλίταις ſumo in Xenoph. K. Π. p. 131. Lib. VIII. τὰ τελευταῖα οἱ ἐξάδαρχοι τοῖς ἀφ' ἑαυτοῖς ἰδιώταις —— πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάςῳ ἔδοσαν, & p. 129. ſub fin. Σάκων ἰδιώτης ἀνήρ. Hinc opponitur ςρατηγῷ Exped. Cyri Lib. I. p. 148. ult. idem namque ἰδιώτης ducis reſpectu, qui in civitate magiſtratus.

"Ιδιος, ἰδιώτης, αὐτὴ πολυειδῶς. F. "Ιδι☉ καὶ ἰδιώτης ταὐτὸ ſeu τὰ αὐτά. —— Et vere. nam ut ἰδιώτης eſt *civis*, ita ἴδι☉ in Joh. Cap. I. 11. ex mente Cl. Bos. tum quemadmodum ἰδιωτικὸς ad *privatos pertinens*, ita ἴδι☉ in Herodoti Lib. VIII. cap. 109. τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιεῖτο. Atque ita ἴδια κέρδη, itemque ἰδίαι φιλοτιμίαι in Thuc. Lib. II. cap. 65. tandem ut ἰδιῶται & δημόσιοι ad ſe referuntur mutuo, ſic τὰ ἴδια & τὰ δημόσια in Ariſtid. Orat. ad. Achill. p. 34.

"Ιδρω —— Pricaeum ἱδρῶτι corrigentem vix eſt quod confutemus. Vid. modo Euſtath. Il. A. p. 116. 25. & E. p. 309. 10. Etymol. per Syncopen fieri ſcribit, quod eodem redit.

"Ιεν. F. "Ιει.

Ἱερεία — ἡ οὐ θέμις ι. π. α. παρθένον. Kuhn. ad Pollice I. 14. Ἱερεία, ἁγία ἡ ᾗ θέμις εἶναι πρὸς ἄνδρα παρθένον seu παρθένιον. Quid si ἡ οὐ θ. ι. πρὸς ἄνδρα, παρθένος. Ut scil. παρθένος nova sit explanatio. vid. Eust. ad Il. ζ. p. 503: 35.

Ἰοβόλος — τὰ ἰοβόλα θηρία — Sanissima haec esse vel verbi vis abunde ostendit. Oppian. II. Cyneg. 258. Lib. III. vs. 73. & II. Hal. 366. ubi prorsus ut Hes. Schol. explanat τοῖς τίκτουσι τὸ ἰόν.

Ἰοφῶσσα, ἡ χάλκειος ὥς φησι Φερεκύδης. F. ἡ χαλκιόπη ἡ Ευηνία. Ita ut suspicer auctorem habeo Schol. Apoll. Rhod. Lib. II. vs. 1153. χαλκιόπην, dicit, φερεκύδης ἐν ἕκτῳ Ευηνίαν αὐτὴν φησι καλεῖσθαι, ἐπώνυμον τῇ αὐτῇ χαλκιόπῃ καὶ ὀφιοῦσα l. ἰοφῶσσα vid. eosdem criticos ad vs. 1121. posset etiam minori mutatione legi ἡ χαλκιόπη seu ἡ καὶ χάλκειος. An Ἰοφῶσσαν κατὰ γλῶσσαν ex posuere χάλκειον?

Ἰερὸς — θαύματα. F. θυώματα.

Ἰσονία — An ἰσονομία. An potius Ἰωνία. Vid. Suid. & ad eum not.

Ἰσοπαλεῖς, εἰς ἴσον ἐμμένοντας, ἴσως. Sic, ni fallor, locus distingui debet. in expositione εἰς ἴσον ἐμμένοντας intelligi videtur, τῷ πάλῳ. ut sit aequaliter in sorte manentes i. e. qui aequali sorte gaudent. atque haec prima notio, deinceps in genere notat *aequalem*, ut ἰσοπαλεῖς λόγοι in Basil. T. I. p. 507. C. idem p. 615. E. ἕως ἰσοπαλεῖς δοκοῦσιν εἶναι καὶ τρέπονται T. II. p. 104. A. ἰσόπαλεῖς ἐπιχειρήσεις. Plato in Tim. p. 940. B. εἰ δὲ στερεὸν ἐείη κατὰ μέσον τοῦ παντὸς ἰσοπαλές. Conf. Thuc. Lib. IV. cap. 94. & Lex.

P. B. A. A. H.

Ἰσορεῖ — ἐρᾷ. F. ἐρεῖ.

ADVER-

ADVERSARIA CRITICA

IN

M. MINUCII FELICIS

OCTAVIUM.

CAPUT I.

C*Ogitanti mihi*, *& cum animo meo Octavii .. memoriam recenſenti*, *tanta dulcedo & affectio hominis inhaeſit*, *ut ipſe quodammodo mihi viderer in praeterita redire*, &c. Nil moverim: malim tamen *tantum dulcedo .. inhaeſit*; quia ſic paulo aptius his reſpondere videntur ſequentia, *ut ipſe quodammodo* &c. Atque hoc modo mox: *Ita ejus contemplatio* quantum *ſubtracta eſt oculis*, tantum *pectori .. implicata eſt*.

Ibidem: *Ut & in ludicris & ſeriis pari mecum voluntate concineret eadem velle vel nolle.* Licet haec lectio defenſorem nacta ſit Rigaltium ac Daviſium, quis tamen verbum *concineret* ferat ejusmodi infinitivo *eadem velle vel nolle* conſtructum, aut quaenam iſta Latinitas, *pari cum illo voluntate concino eadem velle vel nolle?* Praeferendum igitur omnino, quod Sig. Gelenius edidit, *concineret, eadem vellet vel nollet*. Gloſſam quidem ſapere quatuor voces ultimae videntur; ſed haud raro ita

ita res eadem aut ferme eadem diversis vocibus ingeminatur, citra quam necesse sit, idque per ἀσύνδετον. Sic cap. III, *ut* . . *summis fluctibus tonsis* emicaret, emergeret, cap. V. *Itaque* indignandum *omnibus*, indolescendum *est*. cap. eodem : *in quae rursum homo & animal omne* dividitur, solvitur, dissipatur. cap. XI. *sibi*, mortuis, extinctis, . . *aeternitatem repromittere.* cap. XXXVII. *sed totum corpus* uri, cremari, *sine ullis ejulatibus pertulerunt*. cap. XXIV. *non sentire eos* sciunt, norunt. ubi alia dat Davisius.

Cap. II. . . *Relicta domo, conjuge, liberis, & quod est in liberis amabilius, adhuc annis innocentibus, & adhuc dimidiata verba tentantibus, loquelam* &c. Vocem *annis*, quam eliminandam statuebat Ursinus, *jure* meliore quam *modo* vindicat Eruditiss. Davisius, dum intelligit *liberis propter annos innocentibus*. Intelligendi autem omnino videntur liberi, *qui sunt* adhuc *annis* vel in *annis innocentibus*, subaudito per ellipsim tralaticiam participio *existentibus*. *Innocentes* quippe *annos* dixit Minucius, ut *fessos annos*, Seneca Hippol 267. *rudes annos*, Quinctilianus Inst. Orat. I. 1. cum nota Burmanni.

Ibidem. *Itaque cum diluculo inambulando litore pergeremus, ut* &c. Male haec nonnulli sic accipiunt, ac si *Ostiâ* ad mare perrexerit cum comitibus Minucius. *Româ* pergebant *Ostiam*, adeoque *ad mare*, quippe cui adjaceret Ostia : pergebant autem *inambulando litore*, hoc est, ambulando in ripa, nempe Tiberis; de qua nominis *litus* notione, praeter Popmam Diff. V. Lib. III. p. 118. aliosque, consule Cl. Dukerum ad Florum IV. cap. XI. 7. Cave igitur in loco integerrimo quidpiam tentes.

Ibidem : *ut* . . *cum eximia voluptate molli vestigio cedens arena subsideret*. *Vestigium*, quod saepe pro pe-

de

de ſumitur, hic calcatum, veſtigii pedisve impreſſionem per metonymiam cauſae notare videtur. ut mox c. III. *eandem emenſi viam rurſus verſis* veſtigiis *terebamus.* ſic paſſim; ut & *pes* ſaepenumero progreſſu, inceſſu ſumitur. Hoc autem modo ſatis apte huic voci congruit epitheton *mollis*, id eſt, levis, non vehemens, nullo quidem reſpectu ad mollitiem horum ambulatorum delicatulam, ex qua ſcrupulum in lectionem vulgatam fruſtra plane movebat Jac. Gronovius: quaſi vox *mollis* ſemper in vituperium acciperetur. Recte porro Minucii loco P. Burmannus contulit iſta Ovidii A. A. I. 560. *impoſito ceſſit arena pedi.*

Cap. III. *Cum hoc ſermone ejus medium ſpatium civitatis emenſi, jam liberum litus tenebamus.* Senſum horum verborum, libere dixerim, non aſſecutus eſt cum aliis Daviſius. Intelligit haud dubie noſter dimidiam partem illius ſpacii, quo Oſtia, ſive mare diſtabat a *Roma*; unde ambulationem inſtituerant, non *Oſtia*, ut putabat vir laudatus. *Spatium civitatis* eſt civitatis vel urbis Oſtiae a Roma diſtantia. ut Plinius II. ep. 17. *Deſines mirari, quum cognoveris gratiam villae, opportunitatem loci*, litoris ſpatium: i. e. ut recte cepit Buchnerus, ab urbe diſtantiam. *Medius* autem pro dimidio, hoc Latinitatis aevo uſitatiſſimum. Paulinus V. Martini Lib. IV. 115.

media *tranſcurſa parte laboris.*

Oroſius Lib. VI. 8. *paucitatem vix* mediae *legionis deſpectui habentes.* Capitolinus in A. Pio c. IV. *Italicis totum*, medium *provincialibus reddidit.* ubi & Caſaubonus hoc obſervat. Plura nos ad Sulp. Severum.

Ibi-

Mirum ſane Viro Erudito in mentem veniſſe; quaſi haec deambulaito Roma ad Mare eſſet inſtituta;

Ibidem: *Cum in ipſo aequoris limine plantas tingueremus, quod viciſſim nunc adpulſum noſtris pedibus adluderet fluctus, nunc relabens ac veſtigia retrahens in ſeſe reſorberet.* Quamvis neutiquam damnem, quod Daviſius, tranſpoſita voce *fluctus*, legebat .. *alluderet nunc r. a. v. r. fluctus in ſeſe reſorberet*; non tamen erat quod in emendatione Gronovii, *adluderet fluctu*, cauſaretur deeſſe accuſativum, quem flagitet verbum *reſorberet.* Facile enim ſic ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ex praecedentibus ſubauditur accuſativus *fluctum.* Non igitur haec conjectura adeo repudianda, quam quod idem Gronovius *alluderet fluctus* etiam dici poſſe putabat pro alludendo appelleret; quippe cujus duritiae exemplum jure merito poſtules. Quocirca etiam longe iſti τῷ *alluderet fluctum* vindicationi anteponendum eſt, quod Munkerus ad Lact. Plac. III. Fab. 1. aliique ex MS. *alliderit*, vel ex vett. edd. *illideret*, pro *alluderet*, legunt; quod etiam Daviſii

non

ta: cum intervallum inter Romam & litus vel curſoribus fatigandis ſufficiat: nedum ut ſpatiando umbratici homines tale abſolvere vel potuerint vel voluerint. Suetonius Veſpaſiano C. VIII. narrat poenae loco claſſiariis, commeare Oſtia Romam ſolitis, fuiſſe injunctum, ut excalceati curſitarent. Roma quippe verſus Oſtiam a mari XVI. M. P. erat remota: quod ſpatium ſi quis pedibus quinque horis conficiat, ei teſtunineo gradu non procedendum fuerit. Et Romanos vel equo vel vehiculo Roma huc deferri ſolitos oſtendit Plinius Lib. II. Ep. 17. §. 2. At a civitate Oſtia ad marinum litus modica deambulatione pergebatur: quippe cum intervallum modo fuerit III. M. P. poſt quae confecta vegeti homines animi cauſa adhuc in litore paſſu lento obambulare velint. Oſtia igitur marinas petierunt auras Caecilius, Octavius & Minucius. Et in eo oppido illos aliquot diebus commoratos fuiſſe oſtendit ipſa itineris ratio, quae Capite ſecundo exhibetur: *Placuit petere Oſt-*

Digitized by Google

non conjecturae praeferrem, nisi verborum *allidere, illidere* significatio paulo esset, quam loci natura fert, vehementior.

Ibidem: *Is lusus est testam teretem . . legere de litore: eam testam super undas irrotare; ut illud jaculum vel dorsum maris raderet, vel enataret, dum leni impetu labitur, vel summis fluctibus tonsis emicaret, emergeret, dum sassiduo saltu sublevatur.* Primo malim, *is lusus erat testam* &c. ob sequentia imperfecta. Deinde, quod Davisius emendat *raderet nec enataret*; magis placeret *raderet vel innataret*; ut eodem hic pleonasmo utatur auctor, quo in sequentibus *emicaret, emergeret.* Nec sane video, quid hic sensu satis idoneo valeret hoc *nec enataret*: *enatare* enim pro emicare, ex aqua exsalire non dixerunt, quantum noverim, Latini.

Cap. IV.

Ostiam, amoenissimam Civitatem, quod esset corpori meo siccandis humoribus de marinis lavacris blanda & adposita curatio. his ita rite intellectis, licebit nativa sua notione accipere vocem *litus*: nam ubi ab Ostiensi civitate Tiberim, qua miscetur mari, petieris, magis sane jam litora quam ripas habet ipse etiam fluvii hujus alveus, valde hic jam dilatatus. Si *spatium* cum viro docto velis interpretari *intervallum*, per me licet: modo accipiatur id, quod Ostiam inter & mare est: & tunc *medius* pro *dimidiatus* venerit. Verum malim aliter paullo intelligere: *medium spatium civitatis*: mihi est: *spatium quod interjacet, quod in medio est, inter civitatem Ostiam & locum a deambulantibus petitum*; id est, *mare.* & *toto* hoc spatio confecto demum *liberum litus* nacti fuerunt Caecilius, Octavius & Minucius: non ubi modo dimidium itineris, quo distabat Ostia a mari, emensi fuerant. tum enim adhuc versabantur in campis & agris.

Cap. IV. *Itaque progrediar ulterius; de toto & integro mihi cum Octavio res est. Si placet, ut ipsius sectae homo cum eo disputem, jam profecto intelliget, facilius esse in contubernalibus disputare, quam conserere sapientium modo.* In his, *ut ipsius sectae homo*, aquam mihi haerere fateor. *Ipse* quidem saepius *eundem* denotat. ut cap. XI. *corporibus quibus, ipsisne an innovatis resurgatur.* Plura exempla damus alias. Sed Caecilius cum Octavio ejusdem non erat sectae: hic enim Christianus, ille ethnicus erat. In menda itaque cubare videtur locus; nisi velis, Epicureum itidem fuisse, antequam Christianus fieret, Octavium, eaque ratione *ipsius* sive *ejusdem sectae* se *hominem* appellasse Caecilium Epicuri dogmatibus addictum.

Cap. V. *utpote cum diligenter in utroque vivendi genere versatus, repudiaris alterum, alterum comprobaris.* Sic recte jam editur ex emendatione Meursii, cum in MS. deesset posterius *alterum*. Mirum vero, depravatae isti lectioni insistendum putasse Jac. Gronovium: quamvis enim saepius simplex *alterum* pro duplici ponatur, quis tamen non videt rationem istam hoc loco prorsus fere intolerabilem? Et longe diversa sunt, quae ille huc attulit, exempla.

Ibidem: *Ne non tam ex nostris disputationibus nata sententia, quam ex tuis sensibus probata videatur.* Imitatur, ut alias quondam monuimus, Ciceronem Parad. I. 2. *Vereor, ne cui vestrum ex Stoïcorum hominum disputationibus, non ex meo sensu depromta haec videatur oratio.*

Ibidem: *Audere quosdam.. certum aliquid de summa rerum ac majestate decernere, de qua tot omnibus seculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa Philosophia deliberat.* Illud *tot omnibus*, utut defendatur a viris eruditis, exemplo tamen idoneo aut ratione haud facile probabitur

Digitized by Google

habitur eſſe Latinum. Potuit dediſſe Minucius *totis, omnibus ſeculis :* nam & ſaepius ita ἀσυνδέτως junxit ſynonyma, ut vidimus cap. I. & *totus* pro omni, hoc ſeculo pervulgare fuit. ut c. XXIII. *plures* totis *hominibus Deos haberemus*. Sic Apuleius, Mamertinus aliique. Tali itidem pleonaſmo *univerſos omnes* aliquando dixiſſe Latinos, obſervant Pareus in Lexico Plautino, ac Pricaeus ad Apul. p. 346. Non tamen minus placet, *de qua tot, omnibus ſeculis, ſectarum plurimum usque adhuc ipſa Philoſophia deliberat :* id eſt, de qua omnibus ſeculis usque adhuc ipſa Philoſophia tot ſectarum plurimum deliberat. Saepiſſime ſic, aliqua cum obſcuritate, turbatur verborum ordo; quod ex noſtro aliisque, probare quid attinet?

Ibidem: *Homo & animal omne, .. elementorum ut voluntaria concretio eſt: in qua rurſum .. diſſipatur. Ita in fontem refluunt & in ſemet omnia revolvuntur: nullo .. auctore.* Non video quo jure Cl. Daviſius legat diſtinguatque *elementorum ut voluntaria concretio ſit, in quae rurſum .. diſſipatur: ita in* &c. nec intelligo, quomodo haec *ita in fontem* &c. praecedentibus ſic ſatis commode reſpondeant. Multo igitur praeferendum, quod lectioni & interpunctioni vulgatae inhaerens, ampliſſ. Cuperus *ut voluntaria* accepit pro tanquam voluntaria. Objicit quidem Daviſius, Epicureos, qualis hic erat Caecilius, negaſſe hominem vel animalia ex quatuor elementis Empedocleis orta. Sed quid opus eſt, hic *ſpeciatim* iſta elementa intelligi; quum *generaliori* ſenſu vox haec accipi queat pro ſeminibus, principiis qualibuscunque, adeoque & ex mente Caecilii, pro atomis? Sic c. XXXIV. *Corpus omne .. ſubducitur* nobis, *ſed Deo* elementorum *cuſtodi reſervatur.* Cogitaveram ceteroquin, *elementorum involuntaria* vel *haud voluntaria concretio eſt: in quae* &c. i. e. concretio talis.

lis, quae absque ullius artificis fiat voluntate aut arbitrio.

Ibidem: *Quid tempestates loquar varias & incertas, quibus nullo ordine vel examine, rerum omnium impetus volutatur!* Notabili significatu *impetum* pro mole dixit. ut Satius Silv. IV. 2. 23.

Tanta patet moles, effusaeque impetus *aulae.*

Cicero N. Deor. II. 38. *Cum autem* impetum *coeli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus*, &c. ubi non erat, quod doct. Walkerus conjiceret *ambitus*, dum tamen ex Lucretio & Arnobio hunc vocis usum etiam recte illustrat. Observanda porro itidem significatio vocis *examen*, pro ordinatione, dispositione. Novatianus de Trin. c. III. . . *suspendit montes . . in statera, id est, certo divinae dispositionis*, examine. Hinc forte apud Tertull. Apol. c. XVIII. legendum: *quae seculum certis temporum dispositionibus &* examinibus *ordinaverit.* vulgo *exitibus*, quod ceteroquin res denotare debet, certis suis temporibus eventuras.

Ibidem: *In pace etiam non tantum aequatur nequitia melioribus, sed & colitur: ut in pluribus nescias, utrum sit eorum detestanda pravitas, an optanda felicitas.* Ediderunt *sed attollitur*, & *sed & attollitur.* Sed ita aeque ac in lectione vulgata, ellipsi duriore sane, subaudiendum foret *prae illis*, scil. melioribus. Quamobrem non rejiciendum, quod conjicit Davisius, *sed praeponitur.* Nisi forte, leviore mutatione, malimus *in pace etiam in tantum aequatur nequitia melioribus & colitur, ut in pluribus* &c vel potius *In pace etiam non tantum aequatur nequitia melioribus, sed ita colitur, ut in pluribus* &c. i. e. ut plures mali, quam boni, felices sint.

Ibidem

Digitized by Google

Ibidem: *nec de numinibus ferre sententiam, sed prioribus credere, qui .. meruerunt Deos vel faciles habere vel reges.* Recte locum hunc Davisius vindicavit a conjectura Perizonii, *m. D. vel patres habere vel reges.* Edita nunc sunt Schefferi Adversaria, in quibus hic pro *faciles* tentabat *socios* vel potius *familiares*; quod ceteroquin parum justa ipsi oppositio videretur, quam postulet conjunctio *vel.* Frustra plane: nulla enim hic oppositio, sed *vel* utrobique valet *&.* Severus H. S. I. 53. *& sacra ornamenta* vel *publica* vel *privata*. ubi plura.

Cap. VI. *quippe antiquitas ceremoniis atque fanis tantum sanctitatis tribuere consuevit, quantum adstruxerit vetustatis.* Invenustius *antiquitas* dicitur ceremoniis adstruere *vetustatem*: sed tamen elegantissimo cuique talia aliquando excidunt. Cicero de Divin. II. 33. *Errabat enim in multis* antiquitas, *quam vel usu jam, vel doctrina, vel* vetustate *inmutatam videmus.* Tali forma etiam Vellejus Pat. I. 4. *subsequenti tempore magna* vis *Graecae juventutis abundantia* virium, *sedes quaeritans, in Asiam se effudit.* ubi alia, ut & Lection. Tull. II. 5.

Cap. VII. *Specta de libris memorias, jam eos deprehendes initiasse ritus omnium religionum.* &c. Salvo aliorum de vera hujus loci lectione judicio, pro *de libris* conjecerim *de his rebus*, vel hoc *de libris* errore librarii natum potius existimaverim ex voce *delubris*, quae in praecedente versu exstat. *Spectare de libris*, pro libros spectare, idoneis exemplis non comprobat Davisius: & juxta hanc ipsius lectionem: *specta de libris; memoria jam eos* &c. vox *memoria* inconcinnius abundat.

Ibidem: *Testes equestrium fratrum .. statuae consecratae, qui .. de Perse victoriam eadem die, qua fecerant, nunciaverunt.* Victoriam *fecerant* Romanis; sive praestiterant. Hic sensus cum fidei historicae conve-

nit, tum quoque Latinitati satis consentaneus est; secus quam vidit Meursius, qui neminem unquam Latinorum *victoriam facere* dixisse putabat. Vegetius R. M. I. 20. *a quibus saepe* factam *esse constat* victoriam, *cum hastati illi interessent*. Incertus Paneg. Maxim & Constantino, c. XIII. *Si pro divo Augusto Actiacam* victoriam *tantummodo gener Agrippa* confecit, *quid sperandum* &c.? Sic *facere sanitatem* dixit Novatianus Trinit. c. XXIX.

Cap. VIII. . . *neminem fero*, . . *qui hanc religionem* . . *infirmare nitatur. Sit licet ille Theodorus Cyrenaeus, vel qui prior Diagoras Melius*, . . *nunquam tamen in hac impietatis disciplina simulatae Philosophiae nomine atque auctoritate pollebunt*. Davisius legebat. *pollebit*, & exponit, sit licet ille, qui hanc religionem dissolvere nitatur, Theodorus vel Diagoras, nunquam tamen id valebit praestare. Sed nihil ego in vulgata lectione moverim: sensus est enim. Fecerit hoc (conatus hoc fuerit) Theodorus, ac prius etiam Diagoras, numquam tamen apud posteros nomine auctoritateque simulatae philosophiae, multum valebunt. Sic ad duo singularia recte refertur verbum plurale *pollebunt*. *Vel* hic accipiendum pro &. ut supra c. I *ut* . . *pari mecum voluntate concineret*, *eadem vellet* vel *nollet*. vide quae notavi ad Cap. V.

Ibidem . . *homines inquam deploratae inlicitae & desperatae factionis*. Non immerito illud *inlicitae* nimium languere visum fuit Rigaltio, inter ista *deploratae* & *desperatae*. Quod igitur ille tentabat *incitae*, i. e. furiosae, equidem malim *incestae*, i. e. pestiferae, funestae, sceleratae. Sic enim vox illa in vituperio vehementiore adhibetur. Statius Theb. IX. 28. . . *Non aliter subtexunt astra catervae*.

Incesta-

Digitized by Google

Inceſtarum *avium*. Achill. II. 272.

aut ipſa placebit
Tyndaris, inceſta *nimium laudata rapina.*

Notandum quoque illud Dictyos Cret. I. 20. *ne tam* illicito *immolationis ſceleri intereſſet*. ubi aptius forſan *illicito i. generi*, vel *illicitae i. ſceleri.*

Ibidem: . . *dum mori poſt mortem timent, interim mori non timent. Ita illis pavorem fallax ſpes ſolatia rediviva blanditur.* Sunt qui hanc lectionem defendant, ſed ſalva clar. virorum ſententia, quid demum eſt *blandire alicui pavorem ſolatia rediviva*? Libens equidem aliis adſenſerim de corruptione loci; quem tamen, dum illi diverſo modo emendare nituntur, ſic refingendum arbitror: *Ita illis prava & fallax ſpes ſolatia ridicula blanditur*: i. e. ominatur, pollicetur. ut Hegeſippus I 42. ſucceſſionem *ſibi remotis illis Antipater haud dubie* blandiebatur. *Rediviva ſolatia* hic, ni fallor, notare deberent ſolatia vel oblectamenta, quae jam in hac vita percepta, denuo in altera ſint percipienda. Sed innuere potius videtur auctor talia, quae cum nulla adhuc Chriſtianis miſeris in hac vita contigerint, ipſis demum donanda ſint in altera; quo ſenſu ſolatia haec *rediviva* dici poſſe vix credo: dicerentur ſane obſcuriſſime. Adde quod vox *ridicula* appoſite hic illi contemtui inſerviat, cum quo de his ſolatiis loquitur Caecilius. Sic etiam *incpta* haec ſolatia vocat infra c. XI.

Cap. IX. *Ita eorum vana & demens ſuperſtitio ſceleribus gloriatur. Nec de ipſis, niſi ſubſiſteret veritas, maxima & varia & honore praefanda ſagax fama loqueretur.* P Burmannus ad Sueton. nuper conjiciebat hic legendum *maxima & valida & honore praefanda*; & *valida* exponebat certa, vera Sed quo ſenſu ſano dici hic poſſet, *non de his valida* (certa, vera) *loqueretur*

 fama,

fama, nisi veritas subesset: non video. Voce *varia* ad multitudinem, multave genera scelerum, quae loqueretur fama, respicit auctor: nec convenit hic inter *maxima* & *honore praefanda* illud *valida*, pro certa, vera. Siquid mutandum, libenter cum nonnullis legerim, *maxime nefaria & honore praefanda*: idque impense mihi placet.

Ibidem: *Audio eos turpissimae pecudis caput asini consecratum .. venerari.* Ordo verborum suadere putabit Doctiss. Davisius, ut cum Cupero deleatur, tanquam glossa, vox *asini*. Immerito, ut vidimus Lection. Tull. II. 6. adque haec Obseq. Prod. c. CXXVIII. *ante pontificis maximi domum Lepidi.* Sic pollice utroque laudanda videtur ista MSS. lectio Valer. Max. III. 2. 3. *fusisque hostibus, opima* Deo *spolia Jovi Feretrio retulit*: ubi vulgo *de eo*. Nec rejicienda ista Flori IV. 1. *Tum consul habito senatu, in praesentem .. Cicero peroravit.* ubi τὸ *Cicero* Graevio videbatur ex glossa irrepsisse, aut saltem alieno loco poni. conferatur Lib. II. 2. *Alter consulum interceptus Asina Cornelius.*

Ibidem: *ubi convivium caluit.* Formula eadem utitur quoque Sulp. Severus Hist. S. II. 13. *Igitur quum jam post epulas multis poculis* convivium calere *coepisset* &c.

Cap. X. *quae aut omnia aut pleraque omnium vera declarat ipsius pravae religionis obscuritas.* Forte *aut pleraque omnia vera* &c. id est longe majore ex parte. Terent. Heautont. IV. 7. *dixi pleraque omnia*, i. e. tantum non omnia, *meest alles.* Nepos in Eum. c. XII. *Hic cum* plerique omnes .. *admirarentur, non jam* &c. & alii alibi. In hac autem forma nec *plerique* abundat, ut putabat Donatus, nec *omnes*, ut credebat Davisius supra ad cap. V. Sed significatio vocis *plerique* intenditur adjecto *omnes*.

Ibidem:

Ibidem: *Cujus* (Dei nempe Judaeorum) *adeo nulla vis nec poteſtas eſt, ut ſit Romanis numinibus cum ſua ſibi natione captivus.* Cum in MS ſit *Romanis nominibus*, legerim *R. hominibus*: ceteroquin enim languida nimis oratio videtur, neque ex mente Caecilii, imbecillitatem Dei Judaeorum adeo evinceret, ſi Romanis *numinibus*, quam ſi Romanis *hominibus* eſſet captivus. Hinc etiam infra cap. XXXIII. Octavius, dum ad haec Caecilii ſcommata reſpicit, nullam *numinum* Romanorum mentionem facit: *Ita*, inquit, *prius eos deſeruiſſe comprehendes, quam eſſe deſertos, nec, ut impie loqueris, cum Deo ſuo eſſe captos, ſed a Deo, ut diſciplinae transfugas deditos.* ubi ſane facilius *Romanis hominibus* ſubaudias, quam *numinibus*.

Ibidem: *At etiam Chriſtiani, quaenam monſtra, quae portenta confingunt? Deum illum ſuum.. in omnium mores .. diligenter inquirere? diſcurrentem ſcilicet atque ubique praeſentem: moleſtum illum volunt, inquietum, impudenter etiam curioſum. Siquidem* &c. Schefferus in Adverſariis ex depravata codicis lectione *qua mta nra* fingebat *quae, mirum, monſtra* &c. Sed *mirum* illud ante iſta *monſtra* ac *portenta* mirifice languet & ſordet. Nil melius excogitari poſſe arbitror, quam hoc Daviſii *quanta monſtra*, vel quod alii edidere *quaenam monſtra*; nec neceſſario ſic ſequi debere *quaenam portenta*, non quae portenta: contra Rigaltium probarem, niſi res manifeſta eſſet. Porro diſtinguendum putem .. *fingunt! Deum ..inquirere.* (id eſt, ut nempe Deus ille ſuus .. inquirat) *Diſcurrentem ſcilicet atque ubique praeſentem, moleſtum illum .. curioſum: ſiquidem* &c.

Cap. XI. *Quid? quod toto orbi & ipſi mundo .. ruinam moliuntur? quaſi .. rupto elementorum omnium foedere, & coeleſti compage diviſa, moles iſta, qua continetur & cingitur, ſubruatur.* In Lection. Tull. II. 17.

Digitized by Google

jam vidimus, non esse cur hic cum Viro celeb. velimus *compage divulsa*, quasi alterius verbi emphasis hic satis magna non esset. Hegesippus II. 9. extr. *a quo dirutis* divisisque *porticibus, templum separastis.* Cyprianus de Unit. Eccl. p. 110. *qui scindit & dividit ecclesiam Dei.* Firmicus de Error. P. Rel. p. 19. *quis laceravit? quis* divisit? *quis membris ejus epulatus est?* Sic Prudentius Peristeph. Hym. X. 494. & Hymno XI. 93. & alii passim. atque ita *dispertire* pro distrahere, dilacerare, discerpere, supra cap. IX. Porro ibidem monuimus satis recte se habere ista *qua continetur & cingitur*, & subaudiendum quamvis longinquius e praecedentibus *totus orbis & ipse mundus*; qualium ellipsium exempla dedimus ad Cicer. N. Deor. II. 57. Postmodum hoc etiam a Jac. Gronovio jam observatum comperi.

Ibidem: *inde videlicet & execrantur rogos, & damnant ignium sepulturas. Quasi non omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis tamen & aetatibus in terram resolvatur, nec intersit, utrum ferae diripiant, an* &c. Davisio prorsus legendum videbatur *& intersit, utrum* &c. Emendatione tamen egere locum, non puto, modo reputemus non praecessisse affirmative *quasi*, sed negative *quasi non*; unde etiam *non* hic ita subaudiendum, ac si audiremus *& quasi non intersit nihil, utrum* &c. vel *quasi non certum esset, corpus .. resolvi, nec interesse, utrum* &c.

Ibidem: *Vellem tamen sciscitari, utrumne cum corporibus? & corporibus quibus, ipsisne an innovatis resurgatur?* In obliqua hujusmodi oratione signa interrogandi non congruunt, solummodo, quamvis hoc passim nunc negligatur, in directa adhibenda. Interpungendum autem .. *corporibus, & corporibus quibus, ipsisne an i. r.* Male, quod etiam Davisius animadvertit, rem gesserunt, qui sic orationem Minucii ex con-

jectura

jectura Ursini supplebant, *utrumne sine corpore an cum corporibus*. Saepius enim sic *utrum* pro *an* adhibetur, non sequente, sed suppresso *annon*. Hegesippus III. 2. *Admonuere plerique experiendum*, utrum *posset resuscitari*. Paneg. Incerti VII. c XI. *& tamen* utrum *sufficeret hoc nobis saepius requisisti*. sic passim.

Ibidem: *Omnia ista .. a poëtis fallacibus in dulcedine carminis lusa, a vobis* &c. Praestaret *in dulcedinem*: nec credo tam saepe Latinos, praesertim elegantiores, ablativo pro accusativo usos, quam casus hos permixtos a scribis. Sic certe Justinus Lib. IV. 1. *hoc ab antiquis* in dulcedinem *fabulae compositum*. Conferatur etiam Tacitus Ann. IV. 11. *ne incredibilia veris neque* in miraculum *corruptis antehabeant*.

Cap. XII. *Ecce pars vestrum, & major, melior, ut dicitis, egetis, algetis, opere*, fame *laboratis*. Elegans est Davisii conjectura *aegretis, algetis, pauperie*, fame *laboratis*. Sensus sic plenus & optimus. Quia tamen mutatio est liberior, facilius sic non male legerimus *egetis, algetis, opere inani laboratis*.

Ibidem: *Ecce vobis minae, supplicia, tormenta, & jam non adorandae, sed subeundae cruces*. Male in edd. quibusdam est *etiam non adorandae*. *Jam* sic saepius intendit vim negativi *non*. Infra cap. XXI. *Haec* jam non *sunt sacra: tormenta sunt*. Lactant. M. Pers. c. XIX. jam non *pecorum, sed militum pastor*. Salvianus Gub. Dei I. p. 17. edit. Brem. *In Aegypto quippe tunc* jam non *simplex tantum, sed multiplex* &c. sic ibi legerim, cum vulgo, *tunc enim non* &c. Paulinus Epist. ad Aprum: *nec* jam *scholastico magis, quam divino sermone*. contra quam lectionem litem nullam movere Latinius debuit. Justinus in Praefat. *Quod ad te* non jam *cognoscendi magis, quam emendandi causa transmisi*.

 sic

Digitized by Google

ſic enim illic legendum videri, alias erit oſtendendi locus.

Ibidem: *veſtrique dominantur.* Conſtructionem hanc verbi *dominari* ex Horatio & Auguſtino illuſtrat Vechnerus Hell. I. p 205.

Ibidem: *coronas etiam ſepulcris denegatis, pallidi, trepidi, miſericordia digni, ſed noſtrorum deorum.* Senſum eſſe puto; miſericordia digni, non talis cujusdam, quem vos falſo fingitis, Dei, qui opitulari vobis non poteſt, ſed noſtrorum, verorumque Deorum, quorum miſericordia prodeſſe vobis queat. Sic ferme infra cap. XXVI. *Angelos, id eſt, miniſtros & nuntios Dei*, ſed veri. Non igitur neceſſe videtur eſſe, ut cum J. Fr. Gronovio ſcribamus *& noſtrorum Deorum*, aut cum Daviſio *vel noſtrorum Deorum.*

Cap XIII. *quod oraculum idem ipſe praeſenſit, idcirco univerſis eſſe praepoſitum, non quod* &c. *Praeſentire*, pro bene animadvertere, etiam de praeſentibus rebus, non tantum de futuris dicitur. Obſervatum jam video a Daviſio, cujus exemplis addi poteſt. Plinius N. H. XXVIII. 2. *quin & abſentes tinnitu aurium* praeſentire *ſermones de ſe, receptum eſt.* Dictys Cret. III. 25. *nonne adhuc* praeſenſerunt, *eandem cauſam extitiſſe tantorum funerum?* Juſtinus XVI. 2. *Inchoatam igitur inter fratres reconciliationem cum* praeſenſiſſet *Demetrius*, &c. vide etiam Lib. XIII. 6. Porro, quamvis *ſe* paſſim ante infinitivum ſubaudiatur, majoris perſpicuitatis cauſa non male conjicias hic ſcripſiſſe auctorem, *idcirco univerſis ſeſe praepoſitum*, &c. De reliquo nihil eſſe videtur, quod emendatione egeat. Senſus enim, ni fallor, planus; cujus oraculi mentem idem ipſe recte percepit; ſeſe nimirum per illud ideo univerſis eſſe praepoſitum, non quod &c.

Digitized by Google

Ibidem: *Hoc fonte defluxit Arceſilae, & multo poſt Carneadis & Academicorum plurimorum in ſummis quaeſtionibus tuta dubitatio.* Acute Daviſius conjicit & *Academicorum, Pyrrhoniorum in ſummis* &c. Sed ut *Pyrrhonii* facile intelliguntur in *Academicis*, verbis quippe magis, quam re diſcrepantibus: ita ſcrupulus, quem in vocem *plurimorum* movebat vir laudatus, tolli facillime poteſt. Cur, quaeſo, inquit, noſter Academicorum *plurimorum* dubitationem memorat, cum *tota* illa natio nihil comprehendi poſſe decreverit? Reſpondeo, quia ſecta Academicorum adeo erat numeroſa, ut ideo omnes Academici *plurimi* congrue appellari poſſent. Hoc etiam dudum jam obſervavimus Lection. Tull. I. 2. Talia tamen hic, cum bona lectoris venia, repetere aliquando liceat.

Ibidem: *nec .. audaciter in alteram partem ferenda ſententia eſt.* Non eſt, cur *alterutram* velis pro *alteram*; quod poſterius ſaepiſſime pro priore adhibetur a Latinis. ſupra cap. V. *ut libram teneas aequiſſimi judicii, nec in* alteram *partem propenſus incumbas.* Cicero Acad. II. 43. *Non poteſt igitur uterque eſſe ſapiens, .. ſed* alter. Plura depromi exempla ex Fabri Theſ. Turſellino de Part. Freinshemii Indice in Florum & aliunde poſſent.

Cap. XIV. *dum verborum lenocinio .. avocantur, ſine delectu aſſentiuntur dictis omnibus, nec a rectis falſa ſecernunt, neſcientes* &c. Bene ſe habere vocem *rectis* exiſtimo, ſecus quam judicabat Jac. Gronovius, dum corrigit *certis*. *Recta* enim *dicta* ſunt vera, ſincera, nihil ficti habentia, adeoque *falſis* contraria. Sic infra c. XVI. .. *ſermo .. non fucatur pompa facundiae, ſed, ut eſt*, recti *regula ſuſtinetur.* Plautus Cap. V. 2. Recta *& vera loquere.* Sic nihil uſitatius, quam falſa, ficta *pravorum* nomine appellari.

Ibidem:

Ibidem: *Sic assidue temeritate decepti, culpam judicis transferunt ad incerti querelam.* Optima mihi Wowerii emendatio, videtur, qua *judicii* legit pro *judicis*. Sensus ita planus; non agnoscunt judicii temerarii culpam, sed tantummodo de incerto rerum, tanquam errorum suorum causa, queruntur.

Ibidem: *Igitur nobis providendum est, ne odio identidem sermonum omnium laboremus, ita ut in execrationem & odium hominum plerique simpliciores efferantur.* Davisius subjunctivum *efferantur* in indicativum mutat. Et sane *ut* non causale hic est, sed quemadmodum denotat. Nec tamen novare quidpiam ausim, quia haud raro ita per subjunctivum aut infinitivum obliquatur oratio, quae proprie recta esse deberet. De tali infinitivo dicemus infra ad haec cap. XXXIV. *quis audeat repugnare, hominem a Deo ut primum* potuisse *fingi, ita posse denuo reformari.* Subjunctivo autem simili utitur noster cap. XXXV. *Et quamquam imperitia Dei sufficiat ad poenam, ita ut notitia prosit ad veniam*, &c. ubi cur *ut* & voluerit vir laudatus, non video, cum ad eandem formam in loco, quem jam prae manibus habemus, sileat; atque eodem modo *ita ut* conjunguntur cap XXXIV. Porro nec minor durities sequentibus subjunctivis inest. Lucifer Caralitanus pro Athan. Lib. I. p. 20. *quia Georgius, ut* fuerint *filii Heli, filius pestilentiae sit*, & p. 79. *Quid aliud adstruit.. nisi quia sit Dei filius aeternus, sicuti* sit *& cujus sit filius.* S. Severus Dial. I. 7. *in quo editum legebatur, quia D. Jesus, sicut .. in carne* venisset, .. *ita esset .. diabolum redempturus.* & Dial. II. 3 .. *satisque intellexisse, quam .. rigescere debuissent, sicut adfixa .. jumenta* vidissent. Latro contra Catil. cap. XIV. *At contra, eos qui tales interemissent, non modo dici atque appellari cives, ut* essent, *statuebant, sed* &c. quod frustra Cortius, ad hanc rationem parum attentus, vexabat. Salvianus de

Gub.

Gub. Dei I. p. 5. *hoc utique intelligentes, ſicut ille .. totus ſit .. operi ſuo deditus, ita ſcilicet Deum noſtrum ab univerſitate omnium rerum nec munus dignantiſſimae viſionis avertere*, &c. ubi cave cum L. Latinio velis *totus eſt*. Conferantur etiam talia exempla. Supra cap. III. *cum in ipſo aequoris limine plantas tingeremus, quod viciſſim nunc* .. alluderet, *nunc fluctus in ſeſe* reſorberet: pro *alludebat* & *reſorbebat*. Nepos in Epam. c. VII. *Cum .. dux eſſet electus belli imperitus, cujus errore eo* eſſet *deducta illa multitudo, ut* &c. Florus IV. 7. *& quamvis duces non eſſent praeſentes, quorum alterum corporis aegritudo, illum metus & ignavia* ſubduxiſſent, &c. ubi *quorum* in *quum* mutari non opus fuit. Plura adjungi poſſent, niſi jam longior in hac re fuiſſem.

Cap. XV. *Decedis .. officio judicis religioſi: nam per injurium eſt, vires te actionis meae .. infringere, cum Octavius integra & illibata habeat ſingula, ſi poteſt refutare*. Interpunxerim .. *habeat ſingula, ſi poteſt, refutare*, id eſt, habeat refutanda, ex uſu infinitivorum ſolenni, de quo Vorſtius de Lat. F. Suſp. c. VII. Niſi potius *habere* pro debere dixerit, aut quod malim *debeat* legendum ſit.

Cap. XVI. *nam interim Deos credere, interim ſe deliberare variavit*. i. e. variando, ſibi non conſtando, declaravit. Forſitan tamen, quod hic verbi *variare* uſus videtur inſolentior, legendum .. *ſe deliberare declaravit*. Nemo certe magnam, ſi forte minus neceſſariam, mutationem dixerit.

Ibidem: *Quid igitur? ut qui rectam viam neſcit ubi, ut fit, in plures una diffunditur, quia viam neſcit, haeret anxius, nec ſingulas audet eligere, nec univerſas probare: ſic cui* &c. Iſta *quia viam neſcit*, inficetius hic abundant, quoniam jam praeceſſerit *qui rectam viam neſcit*. Quamobrem

obrem forte inde per incuriam librarii, ut aliquando fit, repetita funt, aut ταυλολογία fic aliquomodo minuenda, ut reponamus *quia veram nefcit.*

Ibidem: *fciat omnes homines .. rationis & fenfus capaces & habiles procreatos, nec fortuna nactos, fed natura infitos effe fapientiam.* Silices concoqui queat, qui haec cum J. Gronovio toleret. Melius igitur illi, qui emendant *fed natura indeptos effe fapientiam, vel nec f. datam, fed natura inditam effe fapientiam.* Quid fi tamen, alteratione facta minore, velimus potius, *nec f. nactos, fed natura indutos effe fapientiam?* quali Graecifmo Cyprianus Van. Idol. p. 399. Ed. Gron. dixit *indui carnem;* qualique metaphora Petronius cap. IV. *Eloquentiam pueris* induunt *adhuc nafcentibus.* cum nota Burmanni.

Ibidem: *atque etiam quo imperitior fermo, hoc illuftrior ratio eft, quoniam non fucatur pompa facundiae* &c. Locus hic defendendae infervit tentatae ifti lectioni Auct. Dial. de C. Corr. Eloq. c. XIX. *Facile perferebat .. ut imperitus & rudis* imperitiffimarum *orationum fpatia.* ubi epithetum *imperitiffimarum*, voci *orationum* minus congruam putabant viri eruditiffimi, a quibus nobis diffentiendum jam olim exiftimavimus.

Cap. XVII. *Nos quibus vultus erectus, quibus fufpectus in coelum datus eft, fermo & ratio, .. ignorare nec fas eft nec licet ingerentem* &c. Forte .. *datus, & fermo & ratio,* &c. Afyndetis tamen delectatur quoque Minucius.

Ibidem: *Quid loquar apte difpofita recta montium, collium flexa, porrecta camporum? Recta montium* quid fint, melius doceri aveo. Quid fi legamus *ardua montium? A* litera facillime abforberi, atque inde reliqua manare depravatio potuit.

Cap.

Cap. XVIII. *Sic & similes universi videmur, & inter se singuli dissimiles invenimur.* *Inter se* pro inter nos, more Graecorum, qui sic passim ἐν ἑαυτοῖς dicunt. Sic supra cap. XI. *coelo & astris .. interitum denuntiare, sibi mortuis, extinctis, qui sicut nascimur & interimus, aeternitatem repromittere.* Rarius hoc apud Latinos.

Ibidem: *Quid nascendi ratio? quid cupido generandi? nonne a Deo data est? & ut ubera partu maturescente lactescant, & ut tener foetus .. adolescat.* Hisce *& ut ubera* &c. praecedentia non satis recte adaptari posse putabat *Davisius*, nisi legatur in neutro plurali *a Deo data sunt.* Sed recte per ellipseos genus usitatissimum haec ita accipias, ut si plenius audiremus .. *data est? & illud datum itidem, ut ubera* &c. Sic, ut jam in Lection. Tull. monuimus, Tacitus Ann. I. 15. *Sed decreta pecunia ex aerario*, utque *per circum triumphali veste uteretur.* ubi consulendus J.F Gronovius. Cicero Famil. I. ep. 3. *Commenda tibi ejus omnia negotia, .. inprimisque*, ut .. *eum ita tractes* &c. scil. rogo. Sallustius Jug. c. XXIX. 5. *ac pauca .. locutus de invidia facti atque in deditionem* uti *acciperetur, .. in deditionem accipitur.* ubi *hortatus* aut tale quid subaudiendum. Aurelius Victor de V. Illust. cap. I. *quibus regnum annuis vicibus habendum reliquit*, & ut *alternis imperarent.* scil. voluit. ubi cave cum nupero editore doctissimo recte a quidem codd. copulam & omitti existimes. Novatianus de Cibis Jud. cap. II. *Alitum quoque discrimen induxit*, quidque *aut reprobum judicaretur aut mundum*, scil. distinxit, significavit. quod non sollicitandum jam alias diximus. Ex Arnobio & aliunde plura mihi collecta exempla dare possem, nisi jam depromta sufficerent, & multa etiam talia Cortio aliisque jam notata essent.

Ibidem: .. *cogitanti imperia terrena, quibus exempla ubique de coelo.* Davisius legebat *exempla*; quod non scin-

ſcindatur neque dividatur imperium divinum, ut multa de coelo *exempla* derivari poſſent. Sed ſi unicuique imperio ſit de coelo exemplar, non adeo male unum illud exemplum, quod ſibi omnia commune habent, tanquam tot exempla conſiderantur. Sed magis forſan ad rem pertinebit, ut obſervemus plurali hujus vocis numero pro ſingulari ſaepiſſime hoc aevo uſos fuiſſe Latinos. Alcimus Avitus Lib. II. 387.

——— *ſi nos exempla priorum*
Non terrent, noſtro fies exempla *timori.*

Avianus Fab. XLI. de uno exemplo:

Haec poterunt poſthac miſeros exempla *docere.*

Paulinus V. Martini II. 105.

Praegreſſum exemplis *certatim imitata magiſtrum.*

vide & Lib. IV. 534. Lib. VI. 300. Sulp. Severus Epiſt. IV. 7. *Ego pater gentium, cujus* exempla *ſequerentur, electus ſum.* Firmicus Err. Prof. Rel. p. 25. *a Jove ſumantur* exempla. Auguſtinus Epiſt. XXXI. 6. *in uno conjugio propoſita utrique ſexui .. non deſperandae perfectionis* exempla. Treb. Pollio in Valerianis c. II. *Primus genere .. moribus ſingularis*, exempla *antiquitatis.* ſic quidem liber Caſauboni, teſte Salmaſio, cum tamen alii malint *exemplum.*

Ibidem: *Quando unquam regni ſocietas aut cum fide coepit, aut ſine cruore diſceſſit?* Aptiore longe oppoſitione legas *deſiit*, quam *diſceſſit*: atque ita emendandum eſſe, fidem facit, quod etiam Cyprianus de Van. Idol. in his Minucii exprimendis verbo *deſiit* uſus eſt.

Ibidem: *Generi & ſoceri bella toto orbe diffuſa ſunt,*
&

Digitized by Google

ut tam magni imperii duos fortuna non cepit. Respexisse Davisium nostrum scribit ad haecce Lucani I. 109.

populique potentis
Non cepit fortuna duos.

Verisimilius tamen, ut respexerit ad hunc locum Flori IV. 2. *Nefas! sic de principatu laborabant, tanquam duos tanti imperii fortuna non ceperit.* ubi Florus, ut alibi, imitatur Lucanum; cum Florum exprimat Minucius, quod & infra cap. XXXVII. ipsum facere videbimus.

Ibidem: *tu in coelo summam potestatem dividi credas, & scindi veri illius ac divini imperii totam potestatem?* Haud immerito ingrata illa vocis *potestatem* geminatio offendit viros clarissimos. Dubito tamen, an ad hoc stili vitium sit connivendum. sic supra cap. IX. *Ad* epulas *solemni die coeunt .. sexus omnis homines & omnis aetatis: illic post multas* epulas *ubi* &c. cap. VIII. *templa* despiciunt, *deos despuunt, purpuras* despiciunt. quod ipse defenderat jam Davisius. Novatianus de Trin. c. VIII. *cujus imperio omnia* commoventur, *fontes scaturiunt, .. maria* commoventur. ubi nostra etiam, sis, consule.

Ibidem: *magnitudinem Dei, qui se putat nosse, minuit: qui non vult minuere, non novit.* Vir quidam Eruditus in Miscell. Observat. Volum. I. p. 28. rescribebat, *qui non vult minuere, novit:* quod significaret, .. qui putat se non posse nosse, novit eum. Sed dura ista verba *qui non vult minuere* sic exponuntur, qui putat se non posse nosse. Imo vero sic, in lectione vulgata, exponendum illud *non novit.* Qui non vult minuere magnitudinem Dei, inquit, nimisque humiliter abjecteque de illa sentire, non novit; id est, is credit

Digitized by Google

credit profiteturque se non nosse hanc magnitudinem. Haud raro tali aliquo sensu improprio verba *sciendi*, *nesciendi* adhibentur. Plautus in Mil. II. 6. *Nae tu hercle, si te dii ament, linguam comprimes posthac: etiam illud scies*, nesciveris; *ne* videris, *quod videris*. Plinius VIII. ep. 23. *Ratum hoc adolescentibus nostris . . statim* sapiunt; *statim* sciunt *omnia* ubi vide Cortium. Sic *inscientia*, conscientiam professionemque inscientiae denotare videtur in loco vexatissimo Ciceronis de Nat. Deor. I. 1. .. *caussam, id est, principium philosophiae esse* inscientiam, *prudenterque Academicos a rebus incertis adsensionem cohibuisse*. Plenius hanc *confessam imperitiam* vocat noster supra cap. XIII. *Ita confessae imperitiae summa prudentia est.* idque Cicero proprie appellat Acad. I. 4. *non arbitrari se scire quod nesciat.*

Ibidem: *quem* (Deum nempe) *si patrem dixero*, *terrenum opineris*; *si regem*, *carnalem suspiceris*; &c. Epitheta *terrenum* & *carnalem* aptius haud dubie sic transposueris: *quem si patrem dixero*, carnalem *opineris*; *si regem*, terrenum *suspiceris.*

Ibidem: *Quid? quod omnium de isto habeo consensum? Audio vulgus, cum ad coelum manus tendunt, nihil aliud quam Deum dicunt, &* &c. Minus congrue ista *nihil aliud quam Deum dicunt*, praecedentibus cohaerent: Tentabam itaque olim *Rude vulgus . . nihil aliud* &c. nec conjecturae me istius adhuc poenitet. Posses interim etiam, *Audio v., c. a. c. m. tradentes nihil a. q. D. dicunt. Audio vulgus cum . . dicit* vel *dicunt*, pro audio vulgus dicens, formam refert Tullio & elegantissimo cuique familiarem. Cicero de Divin. I, 46. *L. Flaccum . . ego* audivi quum *diceret*, *Caeciliam . . exisse* &c. de Finibus V. 19. *Equidem e Cn. Aufidio . . saepe* audiebam, quum *se lucis . . desiderio moveri diceret*: i. e. Cn. Aufidium dicentem. de Orat. II. 46.

saepe

Digitized by Google

ſaepe vidi quum *ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur, ſpondalia dicentis* : i e. vidi oculos ardere viſos. vide de N. Deor. I. 21. & paſſim alibi. Denique, ut in re incerta, cogitare etiam licet. *Adeo vulgus, cum . . tendunt, nihil . . dicunt, &* &c. ut cap. V. Adeo *paſſim cadunt, montes irruunt*, &c. Plenius *inde adeo* dixit c. VI. *Inde adeo . . videmus ſingulos ſacrorum ritus gentiles habere.* Vix autem monere opus eſt, nomen collectivum ſingularis numeri per enallagen ſolennem cum verbo pluralis conſtrui hic, ut & c. X. XII. & multifariam.

Cap. XIX. *notum eſt . . Antiſthenem populares Deos multos, ſed naturalem unum praecipuum* (tradere): *Speuſippum vim naturalem animalem, qua omnia regantur, Deum noſſe.* Reſpicit ad haec Ciceronis N. Deor. I. 13. *Atque etiam Antiſthenes, . . populares Deos multos, naturalem unum eſſe dicens, tollit vim & naturam Deorum. Nec multo ſecus Speuſippus . . vim quandam dicens, qua omnia regantur, eamque animalem, evellere ex animis conatur cognitionem Deorum.* ad quem locum recte obſervat Daviſius, in his Minucii verbis, tollendum illud *naturalem* ante τὸ *animalem* : niſi forte legendum *vim naturamve animalem*; neque enim adeo exacte, perque omnia verba exprimere Ciceronem noſter voluit.

Ibidem: *Quid Democritus? quamvis atomorum primus inventor, nonne plerumque naturam . . Deum loquitur?* Doct. Arntzenius ad Plinii Paneg c. II. 7. diſtinguit. *Quid? Democritus, quamvis* &c. ſed nulla diſtinctionis mutatione opus eſt, niſi malis *Quid Democritus, quamvis. . . inventor? nonne* &c? ſic ſupra hoc cap. *Quid Mantuanus Maro? nonne apertius, proximius, verius?* cap. XVIII. *Quid naſcendi ratio? quid cupido generandi? nonne a Deo data eſt?* vid. & c. XXI XXVI. bis. Durius adhuc Cicero de Divin. II. 9. *Quid vero* Caeſarem *putamus, ſi divinaſſet fore ut* &c.? *quo cruciatu animi vitam actu-*

 rum?

rum? Referendum hoc ad illud ellipſeos genus, de quo nos ad Cicer. Acad. II. 10.

Ibidem: *Ariſtoteles variat, & aſſignat tamen unam poteſtatem: nam interim mentem, mundum interim Deum dicit, interim mundo Deum praeficit.* Malim *& aſſignat tamen uni poteſtatem*, vel *& aſſignat tamen unam mundo poteſtatem.*

Ibidem: *Cleanthes enim mentem, modo animum, modo aethera, plerumque rationem Deum dicit.* Daviſius ad Cicer. N. Deor. I. 14. legebat *C. enim mundum, modo animum* &c. veriſſime, ut puto.

Ibidem: *Eadem fere Chryſippus, vim divinam, rationem naturalem . . Deum credit.* Non damno talem appoſitionem: mollior tamen ductus erit orationis, ſi interpungas: *Eadem fere Chryſippus, vim divinam* &c. ſubaudito *dicit, ſentit.*

Cap. XX. *Antiquitas imperitorum fabellis ſuis delectata vel capta. Gaudere & capi* ita conjungit Tullius Fam. VI. ep. 7. *tu pro tua prudentia, quibus rebus* gaudeat, *quibus* capiatur *Cæſar, tenes.* Multum autem noſter in jungendis ſynonymis, qualia *ſublimior & altior, figmenta & mendacia defendere & tueri, errare & falli*, c. XIX. XXII. XXVIII. XXXII. & alibi, Saepius porro ſynonyma ejusmodi copulantur conjunctione *vel*, pro & Sulp. Severus H. S. II. 15. *Satis ſe domino ob peccata* vel *crimina dediſſe paenarum*, ubi plura cumulamus. confer quae ſupra ad cap. VIII. Jam vero nihil erat, cur Daviſius iſta *delectata vel* proſcriberet, tantumque legeret *fabellis ſuis capta.* Immerito enim cauſatur, quod de fabularum *delectatione* vel ſuavitate hîc non ſit agendi locus. *Delectari* enim *fabulis* qualibuscunque, ſenſu hîc percommodo, dicimur, ſi faciles

faciles illis aures praebeamus, magnique illas faciamus. Similiter *multitudo Deorum* quam *delectare* dicitur apud Lactant. l. 7: 7. atque infra cap. XXII. *Dulcia figmenta ac mendacia* dicuntur, quibus capi se facile patiantur homines. confer Cicer. de Divin. II. 55. & alibi.

Ibidem: *dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere. Detinere* pro conservare, retinere, tenere Latinitas Minuciani praecipue aevi. Cyprianus de Van. Idol. initio: *ad defunctorum vultus per imaginem detinendos, expressa simulacra.* Lampridius in Commodo c. II. *adbibitos custodes vitae suae honestiores ferre non potuit, pessimos quosque* detinuit. Treb. Pollio in D. Claudio c. I. *eo libro, . . qui Cleopatranam etiam stirpem . .* detinet. Orosius de L. Arbitrio: *quid . . non necessarium tibi in ore tuo adjutorium Dei* detines? Hist. II. 4. *regnum occisi soceri, scelere assumtum, babita in cives crudelitate* detentum. vide & cap. 10.

Cap. XXI. *Lege Stoïcorum scripta . . eadem mecum recognosces.* id est, ut c. XIX. dixit, deprehendes. Scilicet ut in aliis multis, ita etiam in verbo *recognoscere* praefixum *re* saepe, apud hos praesertim Latinos, abundat. Ex Sidonio & aliunde id constare facimus ad ista Sulp. Severi Epist. IV. 7. *Ego Isaac . . non dubitavi . . offerre tibi pro victima ; ut isti* recognoscerent *nibil non Domino praestari debere.*

Cap. XXII. *Ut in hodiernum inopinatò visos, caelo missos; ignobiles & ignotos, terrae filios nominamus.* Barthius ad Statii Theb. X. 752. quia *inopinatò visi* etiam terrae filii, vel terra editi dicerentur, lacunam inesse his statuit quorumdam, quibus expressis oppositio aptior esset inter *inopinato visos* & *ignobiles ignotosque.* Sed ita distinxisse auctor videtur, ut prioribus speciatim intelligat homines, aliqua in parte claros aut praestantes,

posterioribus tales, qui cum obscuro sunt ortu, tum factis virtutibusve se non adeo illustrant. Sic autem cepisse etiam Lactantius videtur lib. I. c. XI. *Minucius*, inquit, *Felix sic argumentatus est: Saturnum Coeli filium dictum quod soleamus eos, quorum VIRTUTEM miremur, aut qui repente advenerint, de coelo cecidisse dicere; terrae autem, quod ignotis parentibus natos, terrae filios nominemus.* Et *terrae filiorum* appellatio plerumque hominibus vilioribus accommodatur.

Ibidem: *Saturnum enim principem hujus generis & examinis . . hominem prodiderunt.* *Examen* pro multitudine, grege Pacatus, Plinius, aliique dixerunt. Sic etiam in loco, huic congruo, Tertullian. Apol. c. X. *Satis jam de Saturno, licet paucis. Etiam Jovem ostendemus tam hominem quam ex homine, & deinceps totum generis ipsius* examen *tam mortale. quam seminis sui par.* ubi, salva Cl. Havercampi sententia, cum libri nonnulli habeant *sui pater*, & alii *sui par est*, libens reposuerim *sui pater est.* eodem enim sensu voce *princeps* hic uti Minucium videmus, qui quidem Tertulliani locum ob oculos habuisse videtur.

Ibidem: *urbem Saturniam de suo nomine, & Janiculum Janus, ad memoriam uterque posteritatis reliquerunt.* Perperam in quibusdam edd. est. *u. S. dedit suo nomine* &c. quod in *condidit* mutandum putabat doct. A. Victoris editor. Sed cum *dare* pro condere solere accipi, jam cum aliis docuit Barthius ad Stat. III. Theb. 16. tum neutrum, nec *dedit* nec *condidit*, hic stare posse, ipsa grammatica verborum constructio ostendit.

Cap. XXIII. *Ecce ornatur, consecratur, oratur. Tunc postremo Deus est, cum homo illum voluit & dedicavit.* Postquam illud *voluit* recte jam vindicaverat J. Gronovius,

vius, nollem a Davisio tentatum *coluit*. Horatius Sat. I. 8.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum;
Cum faber incertus, scamnum faceretne Priapum,
Maluit *esse Deum.*

Clemens Recogn. IV. p. 81. *Cui palam non est*, (idolum) *id esse illud metallum, quod artifex* voluit? *Quomodo ergo inesse* illi *divinitas putanda est, quod si* noluit *artifex, omnino non esset.* quem locum jam contulit Elmenhorstius.

Cap. XXIV. *Araneae vero faciem ejus intexunt . . . vos tergitis, mundatis, eraditis, & illos, quos facitis, protegitis & timetis. Dum unusquisque vestrum non cogitat*, &c: *dum nihil ex his, quae timent, norunt; sic in auro & argento avaritia consecrata est: sic* &c. Legendum puto *& illos, quos facitis & protegitis, timetis.* Timebant deos, quos ipsi facerent, ac tali modo, qui in praecedentibus descriptus est, protegerent. sic etiam solius *timoris* mentio fit in sequentibus: *dum nihil ex his, quae* timent, *norunt.* Deinde concinnius hoc modo interpunxeris.. *timetis; dum . . . norunt. Sic in auro* &c.

Ibidem: *Quaedam fana semel anno adire permittunt: quaedam in totum visere nefas. Est quo viro non licet, & nonnulla absque foeminis sacra sunt.* Conjicit Davisius *Est quo viro ire non licet.* At solummodo subaudiendum ἀπὸ τῦ κοινῦ *visere*: neque enim tantum *visere locum*, sed etiam *visere ad locum* dicunt Latini. Plautus in Casina III. 4. *Viso* huc, *amator si a foro rediit domum.* in Rud. V. 1. *illam .. visam* huc *in Veneris fanum.* Lucretius II. 360. *& crebra revisit* ad *stabulum.* Plura Juretus ad Symmach. IV. ep. 52. quae etiam

tiam recollegit Heinsius ad Ovid. Amor. II. 2.

Ibidem: *Hic defensio communis furoris est furentium multitudo.* Aptius hoc modo connectentur haec superioribus: *Sic defensio* &c.

Cap. XXV. *Nam asylo prima plebs congregata est. Confluxerant perditi, facinorosi, incesti, sicarii, proditores.* Meursius connectabat . . *congregata est: quo fluxerant.* Sed ut stilus nostri in plurimis aliis locis est abruptior, sic nihil usitatius, quam voculas *ibi* vel *illuc* hoc modo omitti. Videmus hoc ad ista Velleji II. 51. *nihil in mora habuit, quo minus . .* (illuc) *perveniret.* & Justini lib. VII. 1. *urbem Edessam . . occupavit, revocatusque . . regni* (ibi) *sedem statuit.* Aptius praeterea hic *confluendi*, quam *fluendi* verbum est.

Ibidem: *Jam finitimos agro pellere . . cum Romulo regibus ceteris & postremis ducibus disciplina communis est.* Merito illud *postremis* displicuisse Davisio puto, tentanti *posteris*. Minore tamen mutatione etiam conjici posset *post reges*.

Ibidem: *nec pullos cavea reclusos*, &c. *Recludere* pro includere. Justinus I. 9. *quia singulae separatim recludantur.* Aliàs plura congerimus.

Cap. XXVI. *nonne . . pullos edaces habuit & Paulus apud Cannas, tamen cum majore reip. parte prostratus est?* Distinguunt viri docti . *& Paulus, apud Cannas tamen* &c. Sed vix equidem dubito, quin sic sit transponenda copula . . *habuit Paulus, & apud Cannas tamen cum* &c.? Sic illud & adhibetur in praecedentibus: *Quid Regulus? nonne auguria servavit, & captus est? Mancinus religionem tenuit,*

nuit, & *sub jugum missus est & deditus? Pullos edaces* &c. Adde quod etiam Minucium hoc modo exprimit Cyprianus de Van. Idol . . *missus est : & pullos edaces Paulus habuit*, & *apud Cannas tamen caesus est*.

Ibidem : *ne ante brumam in Africam navigia transmitteret*, &c. Legebat Davisius *navigio*, vel vocem hanc expungebat. *Navigia* tamen exstat etiam apud Cyprianum, ubi locum hunc exscribit. Et quemadmodum *appellere navem* & *navi* dicunt Latini, observante Perizonio ad Sanct. Min. IV. 4. ita non obstat cur non item *transmittere navigium* & *navigio*, dixerint. Sic sane Curtius X. 1. *Adjiciebant*, navigia, . . *famam auri secutis gubernatoribus*, *in insulam esse* transmissa. Similiter *trajicere naves*, *classem* dixit Tacitus cum aliis, quos laudat doct. Arntzenius ad Aur. Vict. V. Illust. c. XL.

Ibidem : *Tiresias caecus futura videbat*, *qui praesentia non videbat*. Davisius amoliendum τὸ *caecus* censebat. Non minus tamen ingratus est pleonasmus iste, quem illustrabat cap. XVI. *dicam equidem ut potero*, *pro viribus*. & magna vis aliorum exemplorum convasari facillime posset.

Ibidem : *Eorum . . negotio primus Hostanes & verum Deum merita majestate prosequitur*, *& angelos*, *id est*, *ministros & nuntios Dei*, *sed veri*, *ejusque venerationi novit assistere*, *ut & nutu ipso & vultu domini territi contremiscant*. Ita edidit Davisius : at facile videbam, scribendum *& angelos . . ejus venerationi n. a.* cum in aliis edd. jam sic emendasse Ursinum deprehendebam. Ita & Cyprianus : *& angelos veros sedi ejus dicit assistere*. Apud quem (ut hoc obiter moneam)

 cum

Digitized by Google

cum mox legitur *irrepentes etiam in corporibus*, praepositio tollenda, juxta noſtrum cap. ſequente.

Cap. XXVII. *Iſti igitur impuri ſpiritus* &c. *Hi ſunt & furentes, quos in publicum videtis excurrere, vates & ipſi absque templo, ſic inſaniunt, ſic bacchantur, ſic rotantur.* Interpungendum puto . . *vates. Et ipſi absque templo . . rotantur.* Porro quia non de daemonibus ipſis, ſed hominibus obſeſſis loquatur Minucius, legebat Daviſius *Hinc ſunt* & *furentes* &c. Sed plane de daemonibus ipſis loqui auctorem exiſtimo, nec alio referri poſſe iſta *& ipſi absque templo* &c. : nihilque uſitatius eſt, quam ut de ſpiritibus daemonibusve loquantur auctores tamquam de hominibus, per illos inſtigatis. Marcus Euang. III. 11. *Et* ſpiritus *immundi, cum illum videbant*, procidebant *ei.* vide Luc. XI. 14. & alibi in Euangeliis. Tertull. Apol. c. XXIII. *Edatur hîc aliquis, . . quem Daemone agi conſtet. Juſſus a quolibet* loqui ſpiritus *ille, tam* &c. S. Severus V. Mart. c. XVII. *ſed nequam* ſpiritus *nullo* proferri *modo ex cella . . potuit: ita in advenientes rabidis* dentibus *ſaeviebat.*

Ibidem : *Ipſis teſtibus eſſe eos daemonas de ſe verum confitentibus credite.* Teſte Viro Docto in Miſcell. Obſerv. 1734. Vol. IV. p. 423. in MS. extat *credite f : ſſis*, quamvis aliquatenus hoc *f : ſſis* deletum ſit: & haec verba *de ſe verum confitentibus* ſolummodo inter verſus ſunt. Unde quidem ille conjectabat, *Ipſis teſtibus eſſe eos daemonas credite faſſis.* Sed in tali lectione illud *teſtibus* longe melius abeſſet : tautologicum enim nimis, nimisque durum hoc videtur: *eos daemonas eſſe credite ipſis teſtibus faſſis.* Malim itaque *ipſis teſtibus, eſſe eos daemonas credite, de ſe verum faſſis.*

Ibi-

Digitized by Google

Ibidem: *Adjurati enim . . inviti, miseri corporibus inhorrescunt, & vel exsiliunt statim, vel vanescunt gradatim*, &c Malim . . *inviti miseris corporibus inhorrescunt. Obsessa corpora* Cyprianus dixit. Mirum porro, legendum visum fuisse viro docto in Miscell. Obs. l. d . . *miseri inhorrescunt. e corporibus vel exsiliunt* &c. Ut enim sensu plano ac facili hic adhibetur phrasis *corporibus inhorrescere*, sic in his *& vel exsiliunt* &c. commodissime subauditur *inde* vel *ex iis corporibus*. nec tale quid praefigebat Cyprianus: *Videas*, inquit, *illos . . unde veniant . . confiteri: & vel exsiliunt statim, vel evanescunt gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis adspirat.*

Cap. XXVIII. *Quam autem iniquum sit*, (de) *incognitis & inexploratis judicare, quod facitis, nobis ipsis poenitentibus credite & nos enim idem fuimus, & eadem . . sentiebamus.* Legerim *& nos enim idem fecimus, & eadem . . s.* Meursius emendabat *iidem fuimus*; sed, adservato pronomine, numerum singularem mutari necesse non foret. Cicero Tusc. V. 40. . . *ergo hi in illorum sermone surdi: omnesque* id *nos in his* &c. ubi plura exempla suggessimus. Verum *idem facimus* longe aptius respondet praecedentibus *de incognitis judicare. . Et* ante *nos* valet etiam, & verba *& eadem . . sentiebamus* praecedens illud *idem fecimus*, solenni admodum genere, solummodo explanant.

Ibidem: *& eosdem asinos cum Iside religiose decoratis.* Cum in MS. exstet *devoratis*, Heraldus inde fabricabatur *denotatis*, Ouzelius post Meursium *devotatis*, N. Heinsius in Syll. Epistol. T. IV. p. 260. *adoratis*. Sed Rigaltio non male placuit *decoratis*; nisi sic simul velimus *religione decoratis*, id est, dignamini, cohonestatis. Ennius Fragm. p. 161.

Nemo

Nemo me lacrimis decoret, *nec funera fletu*
Facxit.

Apuleius. Flor. cap. XVI. *qui me in illa curia honestissimis acclamationibus* decoravere. Tacitus Hist. II. 89. *atque ibi matrem complexus Augustae nomine* decoravit. ubi non erat ut Rhenanus vellet *honoravit*. Vide etiam quae doct. Wasseus ad Sallust. Catil. c. XII.

Cap. XXIX. *quae fieri non crederemus, nisi de vobis probaretis*. i. e. in vobis, exemplo vestro. Statius in Praefat. Silvarum: *quamvis metuo, ne verum istuc, versus quoque ipsi* de se *probent*. Lactantius I. 5. *ne minus idonea probatio videatur* de his, *quibus omnino non creditur*. quo loco cave cum Heumanno legas . . *videatur esse his, a quibus o. n. c.*

Cap. XXX. *Illum jam velim convenire, qui initiari nos dicit aut credit de caede infantis & sanguine*. Singularem hunc verbi *convenire* usum observavit jam Livineius, locumque hunc contulit cum his Lat. Pacati Paneg. c. XVIII. *quotidie in beneficia tua quaerimus, & memoriam* convenimus. & c. XLI. *Age dum, si videtur, praeteritas cogitationes tuas consule, & vota conveni.*

Ibidem: *Tauris etiam Ponticis & Aegyptio Busiridi ritus fuit hospites immolare; & Mercurio Gallos humanas vel inhumanas victimas caedere*. Malim *Gallis*, scil. ritus fuit.

Ibidem: *Romani . . Gallum & Gallam sacrificiis viventes obruere*. Cum in MS. esset *sacrificii*, huic lectioni acquiescebat Davisius, subaudito *causa*. Sed ellipsin hanc satis Latinam exemplis suis neutiquam videtur probasse. Jac. Gronovius legebat *sacri vice*. Facilis

lis autem mutatio ſenſusque planus, ſi reſcripſeris *ſacrificiis*, vel *in ſacrificiis*. Tacitus Annal. XV. 47. *Bicipites . . partus . .* in ſacrificiis, *quibus gravidas hoſtias immolare mos eſt, reperti*. Paulinus Nol. Epiſt. XI, 7. *illa per legem juſſa* ſacrificiis *animalia mactemus in vitiis*. ſic *luſtratione*, *ludis*, *comitiis* &c. dicitur de tempore quo talia fiunt; quod ex Obſeq. Prod. c. CXXX. Livio II. 36. & aliunde dudum notatum a criticis.

Cap. XXXI. *dum Venerem promiſce ſpargitis, . . neceſſe eſt in veſtros recurrere, in filios inerrare*. Perizonio tentante *in filias inerrare*, alterum inde defendit Daviſius, quod *filiorum* nomine etiam filiae deprehendi ſoleant. Id autem ipſum jam Perizon. notavit ad Sanct. Min. IV. 10: 5. & alii multi. Quare cum res adeo tralatitia haec ſit, videtur hac emendatione uſus vir laudatus, ut orationis concinnior eſſet varietas, dum *recurrere* ad feminas, inerrare ad *mares* referat Minucius. Quem tamen ab hujusmodi ταυτολογίας ſpecie quae forſitan Perizonium offendebat, neutiquam abhorruiſſe, ad cap. I. & alibi jam vidimus.

Cap. XXXII. *& cum homo latius maneam, intra unam aediculam vim tantae majeſtatis includam? Latius* hîc optimo jure vindicat Daviſius, quem etiam conſule ad Lactant. Epit. c. LVIII. & Cicer. de Leg. II. 1. unde liquebit vocem hanc adhiberi de rebus amplis, extenſis, ſive tales ſint *latitudine* proprie dicta, ſive etiam longitudine. quamobrem maxime dubito, an merito factum ſit, quod Celeb. Bentleius, invitis omnibus libris, *laxior* legere voluerit in his Horatii A. Poet. 209.

Poſtquam coepit agros extendere victor, & urbem
Latior *amplecti murus*.

id eſt,

id est, capacior, spatiosior, circuitum suum latius extendens. Hoc primum. Porro fallitur omnino doct. Heumannus cum in Parergis Crit. pro *maneam*, quod etiam expressit Cyprianus, vult *habeam: manendi* enim verbum saepissime sic habendi vel habitandi notione induitur. Macrobius Saturn. VI. 8. *referunt enim* (*vestibulorum* vocabulum) *non ad eos qui adveniunt, sed ad illos qui in domo* commanent. Lucifer Calaritanus pro Athan. lib. I. p. 18. *vobiscum Arianis non esse Deum, sed illum in vobis* mansitare. *qui* manserit *& in Cain.* Paulinus Epist. XX. 1. *semper* . . manemus *in te, vicissim te* habitante *in visceribus nostris.* Epist. XVIII. 1. *spiritu Domini, in quo vivimus &* manemus, *ubique effuso conjuncti sumus.* vide Martian. Capellam N. Phil. I. p. 15. & alibi alios.

Ibidem: *Igitur qui innocentiam colit, Domino supplicat: qui, justitiam, Deo libat: qui fraudibus abstinet, propitiat Deum: qui hominem periculo subripit, opimam victimam caedit.* Is. Vossius ad Melam. III. 2. emendabat *optimam victimam c.* sed praestat omnino alteri lectioni adhaerere. ut enim in praecedentibus *supplicare, libare* & *propitiare* est idem plene perfecteque facere, quod propriis *supplicationibus* &c. imperfecte fiebat: sic etiam plane accipiendum hoc *opimam victimam caedere.* Et *opimas victimas* Deo gratissimas vulgo habitas quis ignorat? Lactant. VI. 2. *Mactant igitur* opimas ac pingues *hostias Deo quasi esurienti.*

Ibidem: *Deum oculis carnalibus vis videre cum ipsam animam, tuam . . nec adspicere possis nec tenere.* Quod quid ad rem faceret illud *tenere* non videbat, Davisius legebat *cernere*, aliusque vir doctus in Actis Lips. Octob. 1733 *tueri.* Tali quidem synonymia Tacitus in Agric. c. XL. *viso adspectoque Agricola.* & cap. XLV. *praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat,*

videri

Digitized by Google

videri & adſpici. ubi hanc formam immerito vexabat Colerus. Sed *tenere* pro comprehendere non ſollicitandum hîc arbitror. Ambroſius Offic. l. 29. *Et viderunt Heliſaeum, quem corripere geſtiebant, & videntes* tenere *non poterant*. Et ſolet ita hoc cum verbo *videre, tenere* conjungi. Paulinus Nol. Epiſt. XVIII. 1. *ut . . quadam tuae gratiae portione frueremur*, videntes & tenentes *eum quem . . fides veritatis . . probavit*. Paulinus Petroc. V. Martini VI. 4.

carnique tuae ſine carne ſuperſtes
Cerneris, *expeteris*, *contingeris atque* teneris.

Novatianus de Trinit. c. XI. *ſed enim veritati caecitas haereticorum nulla praeſcribet: nec quoniam in Chriſto aliquid* tenent, *aliquid non tenent*, *alterum* vident, *alterum non vident*, *eripietur nobis illud quod non vident*, *per illud quod vident*. ubi quod prius *videndi* & *tenendi* verbo ſignificatum erat, poſtea uni *videndi* verbo involvitur, quod nempe non multum iſta duo diſtarent. Dudum haec ſcripſeram, cum hocce *tenere* hîc etiam cognoſco vindicari a Viro docto in Miſcell. Obſ. 1732. Volum. I. p. 32. eo quod *tenere* apud noſtrum idem videatur, quod apud Lactantium de V. Beata *tangere*, in his: *anima idcirco immortalis eſt*, *quia nec* tangi *poteſt*, *nec* videri.

Ibidem: *Sed enim Deus actum hominis ignorat . . Erras . . cum omnia Deo cognita . . plena ſint*. Qui hîc emendabant *Deo cuncta plena ſint*, vel *Deo cognita plene ſint*. offenſi eo videntur, quod vox eadem *Deo* tam diverſo modo a nominibus *cognita* & *plena* dependeat, hujuſque reſpectu in ablativo, illius in dativo caſu intelligenda ſit. Sed forma iſta ſatis uſitata eſt. *Sic* cap. XXVI. *onuſti & immerſi* vitiis. cap. XXXVI. *qui non eget*, *qui non inhiat* alieno. Arnobius lib.

lib. I. p. 25. *consentaneum*, *dignum* Deo *fuerat*. Plinius VII. ep. 26. *ac ne* sermonibus *quidem malignis aut attendit*, *aut alitur*. Lactant. de Ira Dei c. IV. *quid tam dignum tam proprium* Deo, *quam providentia?* Panegyr. Incerti VIII. cap. 22. *ut se* sideribus & coelo *digna & vicina promittant*. Ausonius Grat. Act. cap. III. *non ingratus* beneficiis, *sed oppressus*. Ambrosius Offic. I. 21. . intercessionibus *non solum cedere nos*, *sed etiam delectari debere*. Hegesippus I. 34. *non invidemus* virtutibus, *sed delectamur*. Boëtius Consol. I. 1. *hominumque mentes assuefaciunt* morbo, *non liberant*. & lib. III. 4. *ut utentium* mentibus *virtutes inserant*, *vitia depellant*. Dictys Cret. lib. V. 8. *non se* his *moveri*, *neque indignari*. Plura praetermitto sciens.

Ibidem: *In solem adeo rursus intende . .: pariter praesens ubique interest*, *& miscetur omnibus: nusquam enim claritudo violatur*. Postrema verba significant, nusquam claritudinem solis violari, quo minus ubique interesse & omnibus misceri sol posset; adeoque praecedentium quodammodo rationem dant: secus quam videbatur Jac. Gronovio, emendanti *nusquam ejus claritudo violatur*. Sensus planus: neque *enim* merito objeceris, sic claritudinem ejus violatum iri, quae nulla re violari potest.

Ibidem: *non tantum sub illo agimus*, *sed & cum illo*, *ut prope dixerim*, *vivimus*. Ἀπροσδιόνυσον puto, quod J. Gronovius huc contulit ex Luca Euang. XVII. 21. ἡ βασίλεια τȣ̃ θεȣ̃ ἐντὸς ὑμῶν ἐστι: quippe quibus verbis simpliciter innuat Dominus, jam inter Judaeos esse Messiam, ipsiusque regnum ac doctrinam. Vide inter alios insignem Tillotsonum Conc. XCIV. Porro Ursinus conjiciebat delendum *ut*, ante ista *prope dixerim*. Sic sane Ammianus XIX. 12. *cujus ex nutu* (prope dixerim) *pendebat incedentium omnium salus*. Sed sic *pro-*

pe

pe hic valeret ferme, propemodum; ſine qua tamen mitigandae orationis forma mox cap. XXXIII. audimus: *non ſolum in oculis ejus, ſed & in ſinu vivimus.* Mallem igitur, ſiquid mutandum, *ut proprie dixerim.* Oroſius II. 2. *eo anno . . quo Roma ſub Proca rege* (ut proprie dixerim) *ſeminata eſt.* At forſitan idem ferme hic notat *prope*, quod proprie, ſubaudito ad rei veritatem vel naturam. Confer cap. XIX. *Quid M. Maro? nonne apertius*, proximius, *verius?*

Cap. XXXIV. *Ceterum de incendio mundi, aut improviſum ignem cadere, aut difficile non credere, vulgaris erroris eſt.* Non repudianda videtur Boxhornii conjectura, qua reponebat *aut ſufficere non credere:* ut hoc dicat Octavius, Ceterum quod ad incendia mundi attinet, vulgaris erroris eſt non credere aut ignem improviſum caſurum, quo deleatur, aut ignem hunc tanto incendio ſuffecturum. Planius tamen, ni fallor, minusque coacte ſic ſcriptum legeremus, *Ceterum te incendia mundi aut improviſum ignem credere difficile, aut non credere, vulgaris erroris eſt. Credere difficile aut non credere*, ſolenni repetitionis genere, dicitur pro *difficile, aut non credere.* Cicero Offic. I. 41. *videndum quid quisque* ſentiat, *atque etiam qua de cauſa quisque* ſentiat. ubi fruſtra turbas dabat Heumannus in Parergis. Livius XXII. 10. *profanum* eſto, *neque ſcelus* eſto. Cicero N. Deor. I. 22. *quaeritur* ſint *ne dii nec ne* ſint. Lactant. Epit. c. LXVIII. *& ab eo mundum* factum, *& hominum cauſa* factum. Res vix adnotatu digna eſſet, niſi talia Criticis aliquando crucem figere deprehenderentur.

Ibidem: *Loquitur Plato: partes orbis nunc inundare dicit, nunc alternis vicibus inardeſcere.* Malim *inundari*, quamvis alia verba ſaepe ita activi in forma, paſſivi ſignificatione gaudeant. Omnino ſic vulgo legimus

Valer. Max. I. 7. Ext. 5. *quod in quiete viderat urina ejus omnes Asiaticas gentes inundasse:* sed illic in codd. Brand. teste Vorstio est *urinam.* Equidem ubi *terra regio, gens* &c. dicatur *inundare* pro *inundari,* adhuc quaero, quidquid pro integritate Valeriani loci pugnet Burmannus.

Ibidem: *addit tamen ipsi artifici Deo soli & solubilem & esse mortalem.* Offendebatur hoc ordine Davisius, transponitque *& solubilem esse & mortalem.* Pariter ille in his cap. XL. . . *hilaresque discessimus: Caecilius, quod crediderit; Octavius* gaudere, *quod vicerit:* in his, inquam, τὸ *gaudere* aut delendum, aut post *crediderit* collocandum credebat. Sed neutro in loco quidquam novandum videtur, cum adeo solennis hujusmodi sit transpositio. Sic cap. XIX. *idem interpretando Junonem aëra . . ignem* esse *Vulcanum.* cap. XXI. *Haec tamen Aegyptia quondam, nunc & sacra Romana sunt.* Auctor D. de Caussis Corr. Eloq. c. XIX. *flexisse ab illa vetere atque dicendi via* directa. Cicero Tusc. V. 5. *ut ad eas cursim perrectura, nec eas* beata vita *a se desertas passura videatur.* ad quae duo loca posteriora plura congessimus.

Ibidem: *quis . . audeat repugnare, hominem a Deo ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari?* Frustra plane Wowerius substituit *ut primum potuit fingi:* ut jam olim observavimus in Lect. Tullianis. Similis infinitivus est modo in praecedentibus: *Quis . . ignorat . . coelum . . ita ut* coepisse, *desinere:* pro *coeperit.* cap. XXXIII. *Ita prius eos deseruisse comprehendes, quam* esse *desertos:* id est, quam deserti sint. Orosius III. 2. *quicunque nescit, hosce . . populos ita nunc in . . theatris consenescere, sicut tunc in castris . .* tabuisse. vide lib. V. 1. & alibi passim. Parili modo

ſubjunctivus duriuſcule cum ſubjunctivo congruit. ſupra cap XIV. *ne odio identid m ſermonum omnium laboremus, ita ut .. ſimpliciores* efferantur. quam rationem multis ibi quoque defendimus.

Ibidem. *Ita corpus in ſeculo, ut arbores in biberno, occultant virorem ariditate mentita. Quid feſtinas ut cruda a ibuc bieme reviviſcat & redeat?* Analogia grammatica legi poſtulat *occultat*, non *occultant*. Sed forſitan figura ejusmodi non tentanda. Hyginus Aſtron. IV. 3. *cum aries eodem tempore, quo reliqua ſidera* perveniant. ubi an cum Munkero legi debeat *perveniat*, id vehementer dubito. Salluſtius Hiſt. Frag. Lib. I. cap. 8. *niſi approbaveritis .. bona civium miſerorum, quaſi Cimbricam praedam venum aut dono* datam. quod merito defendere videtur Cortius, quem conſule. Juſtinus XIII 8 *Plus Perdiccae* odium *arrogantiae, quam vires boſtium* nocebant. ubi plura.

Cap. XXXV. *Et tamen admonentur bomines doctiſſimorum libris, & carminibus poetarum.* Barthius ad Stat. Theb. VIII 30. legebat Et *t. a. b. docti ſophorum libris, & c. p.* quod *libri* poëtarum aliud non ſint, quam *carmina* eorum. Sed male conſtruebat vir ille *doctiſſimorum* cum *poëtarum*; nam in *doctiſſimorum* ſubaudiendum *bominum*, atque hi a *poëtis* diſtinguendi ſunt. Exempla ex Cicer. Div. I. 49. Academ. II. 3. de Leg. III. 5, de Fin. I. 4. jam dedimus Lection. Tull. II. 17. unde forſitan integra etiam haberi debet iſta lectio Senecae Suaſ. VII. p. 46. *quotiens* magni *alicujus mors ab biſtoricis narrata eſt.* ubi J. F. Gronovius excidiſſe *viri* credebat.

Ibidem: *admonentur .. illius ignei fluminis, & de Stygia palude ſaepius ambientis ardoris.* Per explanandi formam uſitatiſſimam *igneum flumen* poſtea deſcribit ra-

tione cum ortus ipsius, tum figurae. Non video sane, cur cum Davisio trigam istam *de Stygia palude* pro emblemate notarii haberemus, magis quam sequentem *saepius ambientis ardoris*.

Ibidem: *Vos enim adulteria prohibetis & facitis: nos uxoribus nostris solummodo viri nascimur.* Sensus: ..nos *quotquot natura* viri sumus, operam damus ut tales solummodo simus nostris uxoribus, vel in usum nostrarum uxorum. Quod cum adeo sit planum, aque Davisio jam illustratum his Tertulliani verbis, *Christianus uxori suae soli masculus* nascitur: mirum, nunc Artzenium ad Plin. Paneg. c. V. cum Wowerio hic voluisse *noscimur*.

Cap. XXXVI. *Et tamen quis potest pauper esse qui non eget? Qui non inhiat alieno? Qui Deo dives est?* Distinguendum puto .. *eget, qui non inhiat alieno, qui Deo dives est? Eget* libenter suspenderim a voce *alieno*, secundum hanc formam, de qua ad ista cap. XXXII. *cum omnia*.. Deo *cognita plena sint.* ubi *Deo* similiter dativus simul & accusativus est.

Cap. XXXVII. *Quam pulcrum spectaculum Deo! cum Christianus homo cum dolore congreditur..: cum strepitum mortis & horrorem carnificis irripiens inculcat. Inculcat*, pro quo nonnulli maluerunt *insultat*, recte defendit Davisius, ut respiciatur ad martyres, qui morarum etiam in carnificinis impatientes erant, hasque urgerent & invitarent. qualem constantiam Martino suo tribuit Severus Ep. II. 10. *Si vero.. gladio deputatus.. duceretur, primus omnium*, carnifice compulso, *palmam sanguinis occupasset.* Quod vero vir laudatus pro *irripiens* legebat *arripiens*, id mihi, ad voces *strepitum* & *horrorem* respicienti, videtur duriusculum. Malim igitur *irridens*, vel *intrepidus*, vel etiam *increpans*; quod verbum hac

in

Digitized by Google

in re eſt commodiſſimum. ut Valerius Flaccus III. 613.

Jamque morae inpatiens, cunctantes increpat *auſus.* Alias plura.

Ibidem : *Cum libertatem ſuam adverſus reges & principes erigit.* Imitatur Florum Lib. I. 21. *qui libertatem a dominis datam, in ipſos* erexerant. ubi *exerkerant* vel *exercuerant* conjiciebant commentatores eruditiſſimi, ſtabiliente tamen vulgatam lectionem hoc Minucii loco. Hoc quod dudum ipſe notaveram; non fugiſſe etiam poſtmodum video doctiſſ. Marklandum in Epiſt. Critica. Conferatur itidem Firmicus Err. P. Rel. p. 6. *& tunc erecta ſermonis* libertate *proclamat.*

Ibidem: *Absque enim notitia Dei, quae poteſt eſſe ſolida felicitas? cum mors ſit: ſomnio ſimilis: antequam tenetur, elabitur.* Heraldus eruditiſſimus legebat *cum res ſit ſomnio ſimilis.* Sed ſolummodo mutanda hoc modo interpunctio, .. *felicitas, cum mors ſit? ſomnio ſimilis, antequam tenetur, elabitur.* Tentaveram ceteroquin *cum mero* (vel *mobili*) *ſit ſomnio ſimilis? antequam* &c. ſed prius veriſſimum arbitror.

Cap. XXXVIII. *At enim nos exequias adornamus.* Legendum hic foret *exuvias*, ſi vera emendatio eſſet, qua Faber aliique hanc vocem reponendam putaverunt S. Rufi Brev. c. XX. *atque* exequias *ejus Romam .. deduxerunt.* & Eutropii Lib. VII. 18. *ut etiam* exequias *Neronis honoret.* vide & Lib. IX 2. Sed verius eſt, apud hos praeſertim Latinos *exequias* ſaepe adhiberi pro cadaveribus, mortuorumve reliquiis; qua quidem ſignificatione aliquando etiam voces *conditura*, *humatio* ac *ſepultura* venire, notavit Ampliſſ. Bynkershoekius Obſerv. J. Rom. I. 5. Ammianus Marc. XXIX. 2. *ſed cum impie peremtorum* exequiis *ſuffragantibus, ad*

 prae-

Digitized by Google

praeturam venisse hominem comperisset immeritum. Paulinus V. Mart. II. 243.

> *Donec paulatim visu propriore pateret*
> Exequiis *delatus honor.*

vide etiam vs 488. Prudentius Diptycho XXXIX.

> *Campus Acheldamah sceleris mercede nefandi*
> *Venditus*, exequias *recipit tumulosus humandas.*

Paulinus Nolanus Epist. XIII. 3. *piis lacrimis .. perfusus religiosius* exequias *honorasti.*

Ibidem: *Quid ingrati sumus? quid nobis invidemus? si veritas divinitatis nostri temporis aetate maturuit?* Recte illud, *nostri temporis aetate* defendit Cl. Davisius; sed quod *maturuit* mutat in *innotuerit*, id dubito an praeter necessitatem faciat. Satis enim concinne revelatio Evangelica, sive veritas divinitatis *maturuisse* circa illa tempora dicitur, quatenus tum demum, non prius aut serius, apte in lucem mitti Deo visa fuerit. Sic res *maturescere* vel *matura fieri* dicitur, quae tempus sibi destinatum vel congruum jam pertingit. Quinctil. Epist ad Tryphonem: *nam ipse eos* (libros) *nondum opinabar satis* maturuisse. Conferatur etiam Cicero Catilin. Or. I. c. 13. *omnium scelerum ac veteris furoris & audaciae* maturitas *in nostri consulatus tempus erupit.* Metaphora videtur de frugibus, suo se tempore exhibentibus.

THOMAS WOPKENS.

OBSER-

Digitized by Google

OBSERVATA

IN

HESYCHII

QUAEDAM.

VIros doctos cum videam in Hesychio illustrando & emaculando strenue & cum laude aliquot abhinc annis, facta quasi animorum conspiratione elaborasse; jamque in eo sit, ut doctrinarum laude diu jam celebratissimus Jo. Alberti nova editione illius auctoris eruditum orbem beare velit quantocyus; quid pro virili conferre possem, prodere nunc audeo, eo fine, ut plus & acutius cernere viris doctissimis nulla ex parte velim videri; Sed amplius tandem cogitandi subsecuturis dare occasionem, in scriptore, qui, quousque literae erant, & Codices ejus MSSti non invenientur, cos ingeniorum esse potest. Quae primum se obtulerunt, nunc expono, bono omine. Non exhauriam omnia, quae in promtu sunt, sed, quae maxime necessaria nunc videntur, breviter stringam.

'Αγραρδύεις] Duplici modo potest legi, vel: Αγρεύεις, id quod explicationi subjectae convenit, περιέρχῃ, in praesenti; vel, quod praeferrem: 'Αγραύσεις quod literarum ordo requirit, & Nicander quoque de piscibus

dixit,

dixit, qui reti circumveniuntur. Nolim tamen περιέρχη propterea mutare. Error natus ex eo, quod Nicandri editiones ἀγρεύσεις vitiose proferant e malis Codicibus. In talem quendam incidit Hesychius, aut ejus compilator, ubi, quod saepissime solet, in textu lectionem habuit modo expressam; supra αυ autem scriptum ευ, quae vera lectio simul cum falsa deinde conflata fuit in unam vocem monstrosam certe & terrificam.

Ἀγρεύς. ὁ Πὰν &c. Non dicam quidem (quod tamen suspicor) excidisse post ὁ Πὰν, & ante παρὰ Ἀθηναίοις has voces καὶ Ἀπόλλων. Ita quidem est, quod evicerunt docti ad h. l. interpretes, qui nescio an eandem etiam in mente habuerint suspicionem. Dicam tantum, bene ab Hesychio Pani nomen hoc tribui. Apollodorus ad manum nunc non est. Videant, quibus volupe, an in Apollodoro Pan Agreus occurrat. Jam producam locum ex A. Licin. Archiae epigrammatibus. p. 432.

Ταῦτα μὲν εἰναλίων Κλείτωρ λίνα. κεῖνα δὲ Πίγρης
 Οἰωνῶν· Δᾶμις τὰ τρίτα τετραπόδων.
Οἷς ἅμα χερσαίησιν, ἅμ' ἠερίησιν ἐν ἄγραις
 ΑΓΡΕΥ, ἅμ' ἐν πλωτοῖς, ὡς πρὶν, ἀρωγὸς ἴθι.

ubi non bene interpres:

Cum quibus in terra simul & simul aëre in alto
 Venari *inque mari &c.* Potius:
Venator, *quibus in terra simul, & simul alto*
 Aëre, & in ponto ceu prius affer opem.

Idem Archias eadem pagina ἀγραυλον vocat panem:

Ἀγραύλῳ τάδε Πανὶ βιαρκέος ἄλλος ἀπ' ἄλλης
 Αὔθαιμοι τρισσοὶ δῶρα λινοστασίης.

Tria illa epigrammata, statim se excipientia invicem lucis

lucis nonnihil possunt glossis Hesychianis; his, & vicinis, adferre. moneo adhuc, si Pausaniae fides adhibenda, Atheniensibus Apollo Agreus non fuit, sed Agraeus. ἀγραῖον enim duabus vicibus nominat p. 97. 98. in Atticis.

Ἀγρήσκιται] Videtur vox Graeco-Barbara esse. Saltim purum putum Latinum est *acrescit*, Graecis literis scriptum; nisi dicamus e Graeco ad Latinos, cum aliis id vocis defluxisse. Sed hodie non credam.

Ἄγρηστον. εἰπὲ.] Lego Ἄγρ. ὗπε. Sequentia verba γένος τὶ ἐν Ἠλίδι, huc non pertinent, ut & Cl. Alberti suspicatur. Statim videbimus.

Ἀγελάδες νύμφαι. Legendum. Ἀνιγελάδες νύμφαι. γένος τι ἐν Ἠλίδι. Post νύμφαι subintelligendum pro more reliquit & repetendum νυμφῶν. Sic apparet verba in superiore linea superflua locum suum, quem obtinere debuerant, invenisse. Sed fidem faciam adsertioni meae. In Elide haud procul a Samico est fluvius Anigros, & ad illum antrum Nympharum Anigridum in quo loti, qui vitiligine & scabie laborabant, puri nitidique evadebant. Pausanias Lib. V. id est Eliac. prior. p. 387. νύμφας ἀνιγελίδας vocat. Strabo contra ἀνιγεριάδας. Incidit forsan Hesychius in Codicem vel Pausaniae vel Strabonis, in quo νι in ανι exciderat, & utraque lectione γερ (ι) vel γελ (α) notata fuit. Utramque deinde, ut probam, recepit. Nil certius.

Ἀγελάνεν] Ordo requirit & res ipsa ἀγελάζειν.

Ἀγρίας] Lego ἀγελάζων. Error ex eo natus quod terminatio ων in Codd. MSS. per ductum obliquum desuper ad latus protensum soleat exprimi. Hic vel non comparuit in archetypo, vel fuit neglectus. Ζ loco Σ

D 5 requi-

requirit series. Adhuc excutiendus fons glossae restat; in quem nondum incidi. Non est nomen proprium; sed epitheton, quod ipsi ideo datum forte a quodam commentatore Jobi, ubi dicitur solitudinem amare illud animal. conf. Nicetae Cat. in *Job.* p. 457.

'Αγρίνιον. ὄρος.
Ἄγρινοι. ἀγρόνομοι. καὶ οἱ παιδεραςαὶ ὕτως.
'Αγριομέλισσα. Ἡγησίας ὕτως ἐπεκαλεῖτο.

Confusissima haec sunt, in quibus tamen series literarum, filum non temere spernendum, egregie inservit. Certe qui Hesychii opus, quale nunc habemus cogitat, parum abest, quin inconsulto quodam typorum & preli chartaeque concursu emersisse putet ex officina libraria, haud secus ac mundum antiquitus atomorum fortuita conspiratione compositum credebant. Sine ulterioribus verborum ambagibus dicam, quid res est, & quomodo legendum statuam. Sic dispono, a cauda ad caput retrogradiendo.

Αγρίνιον.
Αγριομέλισσα.
Αγριοι.

'Αγρίνιον, ante μ locatum suspicionem erroris facit. Explicatur per ὄρος. Sed Editiones quaedam ὅρος habent. Hanc veram credo lectionem, & ex eo fingo vocem (sit venia!) ἀγρίκιον. *Terminus, statua terminalis*, ab ἄγρος & κιὼν, ita ut sub ὅρος ex more Hesychiano in mente ἀγρὸς sit repetendum. Si omnia exstarent Graeciae monumenta, non diffiderem invenire talem vocem. Analogiae certe non adversatur. Sed unde reliquis sua dabimus quae sequuntur. Sic lego.

'Αγριομέλισσα. ἀγρόνομος. sc. μέλισσα. mutato tantum jota in Sigma, quod centies occurrit. Clara haec sunt. Caetera igitur quae restant omnia ad unum articulum pertinent.

Αγριοι.

Ἄγρινοι. καὶ οἱ παιδ. οὕτως Ἡγησίας οὕτως ἐπεκα. Haec vitiosissima esse quis non videt. Sic restituo. Ἄγριοι. (ex aliorum observationibus hoc hausi) καὶ Καλοποδιώκλαι οἱ παιδ. οὕτως Ἡγησίανδρος ὁ Σπειριδοῦς ἐκαλεῖτο. Audacior videri posset quibusdam haec emendatio, qua tamen certius nihil succurrit. Duo loca indigitat Hesychius, duorum Atticorum Scriptorum, Aristophanis & Aeschinis. Aristophanis locus, quem & H. Valef. ad Harpocr. pag. 3. habet, in *Nubib.* exstat

> *Κἂν μὲν ἴδωσι κομήτην ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων*
> *οἷόν περ τὸν Ξενοφάντου.*

ad quae Scholiastes haec reposuit: Ἀγρίους καὶ καλοποδιώκλας [male Phavorinus, qui haec, ut solet integra exscripsit: Καλωπ. p. 979.] ἐκάλουν τοὺς τὰς ἀπηγορευμένας πράξεις, ποιοῦντας τοὺς παιδεραστάς. Quae etiam apud Suidam leguntur. Alter locus est Aeschinis orat. contra Timarchum, quem a doctorum nullo citatum miror, licet Harpocration p. 9. expresse indicarit ἀγρίους vocari in Aeschinis illa oratione, Paederastas. Est illa in opp. Demosthenis Wolfianae editionis, p. m 178. (Franckf. 1642.) Ἐὰν δ᾽ ὑμᾶς ἀναμνήσας ἐπιδείξω ὑπερβαίνων τοὺς ἄλλους τοὺς ἀγρίους ἄνδρας Κηδωνίδην, καὶ Αὐτοκλείδην, καὶ Θέρσανδρον. Sed mirabuntur, non sine caussa, inter hos ab Aeschine nominatos Agrios nullum esse Hegesiam, sive uti puto Hegesiandrus. Forte error est Hesychii, quales plures. Forte etiam, quod putem, effecit Aeschinis haec oratio tantum, ut Hegesiandrum, Diphili F. Spiriensem Timarchi quaestorem (ταμίαν) convitio communi Agrium in specie vocarent, eodem plane modo quo Timarchum ipsum ad laqueum adegit, & introduxit morem, ut ἀπὸ τῆς κρίσεως ταύτης τοὺς πόρνους τὸ λοιπὸν ἐκάλουν Τιμάρχους, ut in argumento orationis illius exstat. non minus autem contra Hegesiandrum flagritio-

tiosissimum scelus, declamabat tunc Aeschines, quam contra ipsum Timarchum. Forte per compendium scriptum erat ἡγήσιας. Hoc saepius accidit, e. gr. in πρόκλες, quod aeque πρόκλος ac πάτροκλος legi potest; & eodem signo utuntur ad nomen proprium a circumstantibus reliquis distinguendum. Hinc fere semper est dubium, dicere, hoc vel illud nomen integrum aut abbreviatum esse. conf. Sylburg. ad Pausan. p. 921. & Xyland. p. 206. Sic ergo sequens vox ὄντως in aliam mutanda necessario. Nam antea jam brevi praecesserat. Qui ductus considerat οσπως επ, & ουτως επ & ο σπειρευς potest legere. Si quis tamen putet ς ultimum in Ηγησιας pro ν accipere, & ex ὄντως, ἀνδρὸς facere, non repugnabo.

Ἄγριοι θεοί. οἱ Τιλᾶνες.] Non equidem mens est, invitis aliis, Hesychii librarios magis, quam auctorem, accusare. Potuit ab ipso Hesychio error proficisci, quo Titanes nominatos fuisse Deos Agrios credit. Ego puto ab Hygino deceptum fuisse, (aut alio quopiam, quisquis ille tandem sit) qui inter Titanes Agrium refert. Exstat in Hyg. Genealog. Jenios agros. Scheff. legit. Stenno, Agrius. Aut viderat quoque fugitivo oculo Pausaniae Achaica sive L. VII. ubi cap. 23. pag. 583. Ἀργεῖοι Θεοὶ commemorantur, postquam paulo antea praecesserat commemoratio Titaniae, urbis ad Sicyonium, praesertim cum vitiose exstet in impressis aeque ac MSS. quibusdam Τιλᾶνι pro Τιλάνῃ quod vel solum in errorem poterat inducere. Poterat quoque scripsisse Τιλανης. Facili mutatione, & paulo meliore, quam Τιλανες. Quidquid sit, si veritas amplexanda est, lego οἱ λυκαεῖς. Τ & Λ in MSS. ut simillima saepe confunduntur. Allego Stephanum Byzantinum. Κράγος ὄρος Λυκίας Ἀλέξανδρος δευτέρῳ Λυκιακῶν. ἀπὸ Κράγου τοῦ Τρεμίλου υἱοῦ, μητρὸς δὲ Προξιδίκης νύμφης. ἐνταῦθα καὶ εἶναι τὰ ἐπωνομαζόμενα τῶν Θεῶν Αγριῶν ἄντρα. ἀπαθανατισθῆναι

ναι γὰρ τοὺς περὶ Κράγον. i. e. Graeca phrasi. *Cragus ipse apotheosi honoratus fuit.* Et Eustathium ad Dionys. Perieg. vs. 850.

Κράγον δὲ ἐφημίζουσι.

Verba non piget adscribere: ex edit. Oxon. 1710. pag. 150. τὸν δὲ ἐνταῦθα Ταῦρον τὸ ὄρος καὶ Κράγον φησὶ φημίζεσθαι, ἀπὸ Κράγου τινὸς ἐπιφανοῦς ἀνδρὸς ὃς αὐτόθι θανὼν τιμᾶται. Ἐν τούτῳ δὲ φασὶν οἱ παλαιοὶ τῷ Κράγῳ θεῶν Ἀγρίων ἄντρα εἶναι —— —— ἱστορεῖται δὲ ὄρος εἶναι περὶ Λυκίαν. Holstenius ad Stephan. l. c. p. 172. e Tzetze in Lycophron. p. 94. adducit; Jovem Cragum in Lycia cultum fuisse. Fortassis tamen exstat alicubi fons glossae Hesychianae qui omni ipsum culpa liberare possit.

Ἄγριοι λιμένες. τόπος ἐν Ἑρμῶνι. Levi mutatione lego Ἑρμιόνι. Et potest omnino credi Ἀγρίους λιμένας fuisse Hermione in Peloponneso, si quis cogitet, ex eo dictum fuisse locum, quod Juppiter & Juno ex Creta ibi appulerint, quod portus ibi aliquot fuerint (expresse ita Scylax Peripl. p. 44. edit. Gron. μετὰ δὲ ταύτην Ἑρμιὼν πόλις ἐστὶ καὶ λιμὴν) itemque templum Veneris Limeniae habuerint, ut refert Pausan. II. p. 193. seqq. & quod ibi fovea fuerit, qua Cerberum ex inferno protraxit Hercules, & sine portorio ad Avernum mortui mittebantur ut Eustath. H. P. p. 286.

Ἀγρίφα. Ἀθηνᾶ.

Ἄγριφος. γένος τι ἀγρίας ἐλαίας. Non est vitium quod haec per φ scripta hic compareant, quae alii per ππ exprimunt. Revera φ nihil est aliud quam duplex π in uno ductu. Agrippa itaque Minerva, Jovis cerebro enata (nisi a loco quodam nomen sortita fuerit) eo sensu sic dicebatur, quo omnes qui praeter naturali partu edebantur, Agrippae audiebant.

Ἀγρο-

Ἀγροπήγη. Legendum esse Ἄγρυ πυγὴ suadet series literarum, quae dubia multa certe potest, (nisi plus justo sperneretur) extricare. Praecedit enim Ἄγρυ hanc sequi non poterat ἄγρο. Deinde πλεῶν. Non itaque poterat statim subjici πηδη, cum η praecedat λ. Hinc necessario Ἄγρυ πυδή. Explicationem paroemiae non tangam. Transeo statim ad. οὐδὲ Σώφρων τὰ πλεῖστα μέρη λείψ μετὰ τῶν ὄρων. Obscurum certe, si quem, sensum fundunt verba haec. Si per me staret caderetve loci fides, statim rescriberem : τὰ ἥδιστα . . . . . ΜΕΓΑΛΩΝ . . . . . In ἥδιστα mutare jubet πλεῖστα Zenobius, qui ἀπὸ τῶν ὄρων. Μαλακώτατα γὰρ τῶν πρὸς τῇ πηγῇ τῶν ὀρέων. Crederem equidem Μαλακώτατα & Ἥδιστα unum ac idem esse. Sed quid πηγὴ τῶν ὀρέων? Rescribe statim πυδή. id est μεγάλα τῶν ὄρων, sive (ut paullo durius dixit Hesychius) μεγάλα ὄρη pro ἄκραις eorum. ἄγρυ enim idem hic est ac ἄκρυ. Graeci altum quodvis & elatum, delicatum simul ac molle, voce πυδὴ notant. Conveniunt in eo, ut in pluribus, Arabum genio, qui non tantum tergora, اظهار sed & podices ارداف montium, pro altissimis verticibus nominant. Pudenda quoque & c . . . . montium عورات & فروج الجبال dicunt, immani patula hiatu praeruptaque c. . . . scopulorum praecipitia. Quaedam habet de his Cl. Albertus Schultens de Defect. pag. 256 Tanti faciunt hodieque orientales amplas carnosas & protuberantes nates, ut in commendanda foeminae cujusdam pulchritudine id quam maxime & primo loco requiratur. Haud aliter judicarunt scorta illa apud Alciphronem, L. I. Epist. XXXIX. Est locus certe elegans (utut castas aures offendat) & qui illustrare phrasin nostram egregie potest. Ibi enim τὰς γελασίνας τῶν ἄκρων & τὸν παλμὸν τῆς πυγῆς conjungit. Caetera nunc bene fluunt. Πρότερα enim in πιότερα mutandum esse

eſſe conſtat. Quod addit in fine Ζαπλῦτοι. ἄϛρε πυϛὴ indicant praedivites hoc nomine alicubi apud Comicum aut Tragicum quendam appellari. Confirmant ſimul veram lectionem Αγρε pro Αγρο, cujus erroris originem oſtendere non ingratum erit. Scriptum fuerat. ἀϛροπυγη. Hinc indoctus ſcriba, qui primam literam in ductu ϖ pro initio ξ πι habuerat, non potuit non ex υ ſtruere η cum videret unum ductum abundare, ſi ultimus pro υ eſſet accipiendus.

Ἄγρας. θῆραν] Optimum eſt ſi literarum ſeriem ſectemur legendo Ἀϛρώϛας. θηρῶλας. Supra adfuit nominativus pl. uti hic accuſativus α, praeſertim ſi cauda poſtrema tam in altum extollatur, ut caput & verticem literae ipſum aequet, (ita autem fere ſemper alpha pingunt) & ω & ευ & inprimis α tam naturaliter exhibet, ut Oedipo interdum opus ſit ad dijudicandum. Hinc tanta errorum ſeges in priſcis auctoribus. In fine autem neglecta vel plane non adſcripta fuit figura compendiaria ϛ quo ας finale exprimebant.

Ἀγρώϛη . . . ἄρτος τις, ὃς πρότερον λόχο ἐκαλεῖτο] Locho ſuſpectum mihi eſt. Lego ὃς πρότον (ſive πρὸ τοῦ varie enim legi poteſt, prout varia mente concipitur abbreviatura finalis neglecta) ὁλολάγανον. Qui paululum verſavit codices poteſt facillime diſpicere erroris originem. Obſervetur tantum compendium finale ον (ʹ) iterum omiſſum fuiſſe. De genere illius panis, qui non adeo delicatus & villicis potiſſimum deſtinatus erat hic agendi locus non eſt; videant, quibus lubet, Tiraquell. ad Alex. ab Alexandro Dier. Genial. L. V. c. 21. p. m. 753. & 754. Ἀϛρώϛη optime Seneca exprimit Ep. 124. *Non habet panem meus piſtor, ſed habet villicus, ſed habet atrienſis, ſed habet colonus.*

Ἄδαμος.

Ἄδασμ☉. ἐδένα δασμὸν ἐκτελἐσα, οἷον &c. ultima haec vox leg. Ἠ ἐ saepissime talis confusio orta.

Ἀδάυρα. αὐτὴ ἡ πνοὴ. Vox αὐτὴ suspecta fuit Cl. Jo. Alberti. Legit V. D. Ἀυτὴ ἡ πνοῆ. Egregie certe dummodo αὐτὴ significaret πνοὴν. Infra enim αὐτὴ non πνοὴ sed βοὴ exponitur, uti bene apud Phavorinum exstat; Ἀυτὴν (sic Phav.) κραυγὴν, φωνὴν, βοὴν. Nec prodest altera, Ἄυσαις quae confertur huic; illa enim non πνοὴν sed κραυγὴν significat. Idem Phavorin. Ἀυσάντων. βοησάντων, φωνησάντων, κηρυξάντων, κραυγασάντων. Ἀύσας. βοήσας, φωνήσας. Alia igitur via ingrediendo. Veram lectionem Phavorinus nobis asservavit in voce Ἄυρα. ubi sic. Ἀύρα. ἡ πνοὴ, ᾱ ῡ. ἄβρα ἢ ἡ θύλη ᾱ τῷ β̄. Ex scriptione itaque ᾱ ῡ (quam distinctionis caussa attulit Hesychius) natum αὐτὴ. Transversas lineas impositas τῷ αυ pro compendiosa terminationis τη scriptione sumsit librarius: primam quidem pro accentu gravi, alteram vero pro τ quod literae υ saepissime solet imponi. Sed fere nunc magis placet pro αὐτὴ legere ἄυρα. Saepissime Hesychius compositis, quae nil aliud significant quam ipsa simplicia, praesertim cum haec sint illis usitatira, subjicit sua simplicia. Vult ergo haec glossa notare: Ἀδαύρα nihil aliud esse quam ἄυρα, id est *flatum, ventum.* Utrumque fundamento suo nititur.

Ἀδαυχακνᾷ. κνῆδε κεφαλὴν. ψηλαφᾷ] Optimo consilio Cl. Alberti Ἀδαυχακνᾷ dividit; legendo Ἀδαυχᾷ. κνᾷ. κνήδει &c. Verae lectioni, quae est ἀδαυχεῖ. κνᾷ. haec proxime accedunt. Respexit locum Aristophanis. ἀδαυχεῖ γὰρ αὐτοῦ τὴν ἀχῶρα, σκλέζει δὲ ἀεί. Vult dicere Hesychius: ἀυδαχεῖ in l. c. significare, terendo, fricando permulcendo alicujus caput, furfur & sordes, quae sub crinibus latent, sudore procreatas (i. e. Graece ἀχῶρα)

Digitized by Google

ἀχῦρα) excutere ac detergere. Clarius & melius Hesychius loqui non poterat. κνᾷ exponitur per κνήθει, ut centies. conf. praec. observ.

Ἄδειτον. ὤμον, ἀφανές. Posterior vox ἀφανὲς nihil aliud, quam duae praecedentes, debet significare. Ἄδειτον certe non idem notat quod ἀφανές. Saepissime & in impressis & in manu exaratis ν & γ confunduntur. Lego itaque ἀφαγὲς, quod comedi non potest, ob cruditatem. nihil glossae convenientius. ὤμον paulo strictius videri poterat quibusdam, & non omnia complecti, quae ἄδειτον notat; hinc ἀφαγὲς subjungit, vocem a se, ut *infinitis* locis, fictam, ad eo clarius & distinctius exprimendum aeque conceptum rei & vocis, ac compositionis & derivandi modum.

Αἰαζομένη. θρηνοῦσα. ἀκούουσα. Merito offendit posterior explicatio. Transpositis & paululum mutatis literis emergit κλαίουσα. Solet Hesychius vocem quandam pluribus onerare synonimis, idem fere significantibus.

Αἰακόντιον. Ἀθηνῆσι καὶ τὸ τοῦ αἰακοῦ τέμενος. Series demonstrat vocem hanc ordinem reliquisse, & sequens καὶ hiatum insinuat. Optime poterunt conjungi cum Glossa paullo post sequente. Ἀιακεῖον οὗ φασὶν Ἀιακὸν οἰκῆσαι. Nam in vanum est quod *Meursius* prius illud in Αἰακόντειον mutatum velit, ut exprimeret usitatam formam in ειον, uti solent effingi nomina locorum sacrorum, quae nomen ab Heroë aut Deo quodam habent. Concederem si nomen primitivum esset Αἰακόντιος. Deinde, nescio quid deesse mihi videtur in posteriore glossa quod unam ex altera supplere & emendare hoc modo suadet: Αἰακεῖον. Αἰακοῦ ἄντρον, οὗ φασὶν Αἰακὸν οἰκῆσαι Ἀθηναῖοι, καὶ τὸ τ. Α. τ. Quam facile ον in ου & αν vertatur, ocularis inspectio docet. Ἀθηνῆσιν mutare in Ἀθηναῖοι visum est, quod nullum reperiam Athenis Aeaci domicilium.

Αἴαπτον. ἁμαρτία. Merito vapulant *Kuſtero* Lexicographi, inepti exſcriptores. An ille vero medicinam optimam adhibuerit, non dicam. Aliam exhibebo. Series nil patitur, praeter αἰαπτόν. Id vel a ἰάπτω poteſt derivari, id eſt *perdo*, *deſtruo*; uti vult Herodian. cit. Heſ. voc. Ἀάπτοι χεῖρες ſtatim in init. Gloſſar. vel ab ἀάπτω; ut ſtatuamus a Poëtis metri lege coactis, additum fuiſſe Jota, eadem ſemper manente ſignificatione. Sic infra αἴδηλον & αἰδήλως pro ἄδηλ. De Gloſſa jam cogitandum eſt, his conſtitutis. Putabam aliquando ἁμαρτία poſſe retineri, aut ſaltim legi ἁμάρτημα: ea mente, ac ſi veteres ita exclamarint, cum ſe telorum jactu exercerent, & aliquis a ſcopo aberrarit. Ἁμαρτάνειν hoc certe ſignificat, & ſub αἴαπτον poſſet σκόπον aut ſimile quid intelligi. q. *intactam*, *& illaeſam metam.* Sed hoc non admodum placet, nec ſponte fluit. ν & μ item Γ & Ρ facillime poſſe confundi, quiſque novit. Hinc efficerem. Ἄναπτον. Et nihil certe potuiſſet dicere Grammaticus magis perſpicuum, quam vocem illam apud Poëtas per ι, apud Proſaicos Scriptores per ν efferri.

Αἴγαν. ὑποδημάτων γένος. Succurrebat aliquando Αἴγλη ex Polluc. V. 16. Nunc vix dubito, quin imperitus compilator, quiſquis ille fuerit, ex Plutarcho aut alicunde attraxerit vocem Latinam Caligae; capite enim truncata, & mutato Α in Λ, evaſit Αἴλαν. Lego itaque Αἴγαι, (male pro Καλίγαι).

Αἰγωγαίαν. ὀφθαλμός. Locus facillime ſanandus; in quo tamen miror nihil vidiſſe viros doctos. Nota eſt vox βουγαῖος, de qua ampliſſime Phavorinus. Ad eandem formam Αἰγωσαῖος. Hinc apparet levi mutatione ſcribendum eſſe αἰγωγαῖον pro . . . αν. In more habet Heſychius vocem, cum qua gloſſae radix conſtruitur, in fine ſubnectere. manifeſto hoc elucet in v. Ἀϊδρείη.

Hinc

Hinc pro adjectivo neutro quaerendum eſt neutrum ſubſtantivum. Hoc eſt ὄμμα· Nec ulla enim vox magis commoda unquam reperietur. Statim ſequitur in v. Αἰδοῦντα. Id quod ſuadet illam huic ſubnectere, cum utraque in ſe ſpectata manca ſit. Dicam itaque ſine ulteriore ambitu, quomodo locum hinc reſtituendum cenſeam. Αἰγωγιαῖον· ὀφθαλμός· αἴγων· οἱ δὲ αἰγυπτίων. ὄμμα. Ultima & prima cohaerent. Deinde duas diverſas explicationes affert. Ex ultima ſyllaba (in αἴγων) propter literarum ſimilitudinem excidit οἱ. Pro δὲ invectum fuit τὶ ex ſequente articulo. Αἰγυδίων ab inepto ſcriba profectum, qui cum dubitaret de vera ſcriptione vocis Αἰγυπτίων obtruſit nobis ſuum αἰγιδίων. Satis tamen fidelis & candidus in eo fuit, quod characteres verae lectionis, quam in Codice ſuo inveniebat, appinxerit. Solent Calligraphi Jota, praeſertim quando a latere τοῦ π haeret tam alte ducere (πι) ut fere η referat, praeſertim ſi accentus accedat (πί). Tandem ex ων naſci poſſe ιον admodum proclive eſt. Haec utut levia, poſſunt tamen interdum inexplicabilibus tricis vel ſagaciſſimos innectere.

Haec in praeſentia ſufficiant : Alio tempore plura. Unum tantum adhuc, (ſemel in Heſychio occupatus) addam Ἄλλαſμα. ὁ βαπτιζόμενος. Vox corruptiſſima, aut potius vocis monſtrum, in quo, nil niſi caput & cauda, litera dico prima & ultima ſana eſt. Ita factum ſaepius in vocibus peregrinis, Hebraicis praeſertim aut Arabicis. Cl. Alberti in Miſc. Obſerv. 1734. m. Jan. & Febr. p. 97. adfert Ἄλλακτον. βαςαζόμενος. Sed opus illo non eſt, (ita liceat mihi dicere, bona cum venia VIRI Summe Reverendi) Miror in mentem V. Cl. non veniſſe, cum vox βαπτιζόμενος ritum deſignet, ex Judaeorum & Chriſtianorum ſacris deſumtum, vocem Ἄλλαſμα eſſe peregrinam. Si majoribus literis, ut olim moris erat, ſcribatur haec vox

(ΑΛΔΑΓΜΑ) emergit ΑΜΟΥΔΑΑ, id eſt vox Chaldaeo-Syriaca, qua Rabbini ineunte Chriſtianiſmo Chriſtianos notabant. Radix haec etiam hoc ſignificatu apud Arabes, Syros & Iudaeos hodienum quoque exſtat & quotidie occurrit. Per ſe patet proceſſus confuſionis. Librarius literarum Hebraicarum plane ignarus, vel ipſe quoque Heſychius e mala lectione tam egregium peperit vocabulum. ΛΛ duplex emerſit primum ex M. Alpha ex Omicron. Γ ex Υ (conf. Cl. Alberti l. c. obſerv. in v. Ἄλτει) M iterum ex ΔΑ. Haec nulla difficultate laborant. Unde vero hauſerit Heſychius alii videant. Id non curo.

V. W. X. Y. Z.

ISEBR.

ISEBR. EIL. HARKENROTHII

E P I P H Y L L I D U M

CRITICO-SACRARUM

FASCICULUS I.

SCripti hujus Commentarii argumentum ſtatim ipſe expromit *Matthaeus* Euangeliſta.

Cap. I 1. Βίβλος Γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ *Liber Geneſeos*, geniturae, procreationis, *Jeſu Chriſti*, *filii David*, *filii Abraham*. enim Γένεσις, *Geneſis*, *Procreatio*. Gloſſ. Cyr. venit ab antiquo, Γένω. Latinis *Geno* quondam fuit.

Proinde, quo tempore & modo ſuo *Jeſus Chriſtus* genitus ſit *filius Davidis*, *filius Abrahami*, familiae utriusque unus heres, caput rei eſt atque hujus Euangelii materia: hanc *Jeſu Chriſti* talis *geneſin* declarare, ſcriptione & Euangeliſtae perſona ſatis dignam mentem atque ſuam intentionem auctor indicat, ſuamque ingreſſionem primam ex ipſa rei ſcribendae materia, perſonae aptiſſimam, ἄτερ προοιμίου exorſus eſt.

Jeſu Chriſti gignendi *filii Abrahami* ejuſque familiae heredis in terra ſancta illuſtrandi procreationem ab *Abrahamo*, gentis principe atque pro-auctore, circumciſo parente, Matthaeus repetit; amiciſſimus Deoque

auctoratus enim, ante omnes beneficiarius, habebatur ut esset in carne *gignendi* filii sui *Jesu Christi* progenitor: atque inde *Abrahamus*, carne amputatus coll. *Act.* VII: 8. in fide, ex conjuge Sara, in Deum fideli, *Hebr.* XI: 11. prolem facturus ἐγγέννησε *genuit* Isaacum unigenam: satis Attice. *Thoma Magistro* indice Γεννᾷ· ἀνὴρ παῖδα. tamen de puerpera Elisabeta legitur. *Luc.* I. 13: 57. & de matribus XXIII: 29. Γεννῶ, ἐπὶ πατρὸς, *Procreo.* Gloss: Cyrilli.

Cap. I. vs. 3. Ἰούδας δὲ ἐγγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρὰ ἐκ τῆς Θάμαρ. *Judas autem genuit Phares & Zara e Thamare.* celebrata nuru sua, geminos, incestus socer ex gemellipara liberos suscepit. *Gen.* XXXVIII. 12 — 30. in sacris tabulis genealogicis ex Juda, Jacobi F. *tribus* tantum filiis, propagines totidem censae fuerunt.

I. *Schelanitarum* השלני *a Schela* filio Judae, e *sua* Canaanitide.
II. *Peretzidarum* הפרצי a *Peretzo.*
III. *Zerachidarum* הזרחי *a Zeracho*, ex Thamare Canaanitide, vel *Ephrathaea. Numer.* XXVI. 20. & 1 *Chron.* II. 3.

enim *Thamar*, nupta Eri quondam filio Judae primogenito, vidua soceri nurus, illustris *Ephrathae* nata, indigenae Bethlechemi urbis & confiniorum principis atque proprietarii patris heres filia, ex incesto socero gravida, geminos enixa, hereditatis, aut si mavis heredii, jus & nomen ab avo materno אפרתה *Ephratah* trahendum, transmisit *Peretzo*, ubi nato *Zeracho* fratri suo antevertit. inde Bethlechemi princeps & *Chron.* II. 50. IV. 40. heres & dominus אתה *Attha* inclaruit *Peretz.* Quo nomine *Attam* pro reverentia quondam dicebant senem quemlibet, quasi eum *Avi* nomine appellarent, conf. *Hesychium* in Ἄττα, Ἰέττας; ejusque nomen-

nomenclaturae rationem in 'Ιδαγλοῦς notari juvaret, neque linguarum harmonia diſſuaderet *Feſti* Schedas in *Attam*, *Atavus*, conſulere. *Abba*, Τέττα. legerem in *Gloſſis Philoxeni* quod emendatius praemonuit *Bonav. Vulcanius.* adde *Heſychium* in Τέττα. νεώτερος πρὸς πρεσβύτερον τιμητικὴ προσφώνησις. Siccine additi nominis *Zarachi* ratio ſolidiſſima clareſcit? quae divino Matthaeo, natum ex Judae progenie Peretzidarum, quae Bethlechemi plurimum potuit. *Ruth* IV. 11, 12. Ephrathaea, Jeſum Chriſtum Abrahami filium indicanti notabiliter & recte conſtitit.

Cap. I. vs. 11. Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. *Joſias autem genuit Jechoniam & fratres ejus*, nam erant *Joſiae* Regis *quatuor* filii. 1 *Chron:* III. 15 — 18. primogenitus *Jochanan*, natu ſecundus *Jehojakim*, tertius *Zedekia*, quartus *Sallum.* proinde natu ſecundum τὸν Ἰεχονίαν *Jechoniam* ſcripſit Matthaeus, regno Judae praefectum, quem Pharao Necho Aegyptii Rex, אליקים *Eliakim* nomine mutato יהויקים *Jehojakim* 2 *Reg.* XXIII. 34. 2 *Chron.* XXXVI. 1 — 4. conſtituit.

Anno Mundi Conditi.	Occupatae Terrae.	Per. Jul.
3403.	856.	4106.
	Diviſi Regni.	
	378.	
	Nabopolaſſaris	18.
	Jeremiae Prophetae, miniſterii.	20.

quo judicia Dei denunciavit & vinculis publicis deligatus legitur. Lib. Prophetiarum *Cap.* XXVI. 1. — XXVII. 1 —

Ibid. ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος *ſub transmigratione in Babylonem* redderem. nam ἐπὶ cum Genitivo *rei* ſignificat tempus illud, quo labente *res geritur.* ſicut Latinis *ſub* cum ablativo *rei.* & quae *viae*, *itineris*,

Digitized by Google

migrationis nomina ſubſtantiva adſciſcunt in conſecutione genitivum *urbis* vel *loci* vel *regionis*, quorſum, *ad* vel *in quam* vadit.

Transmigrationis in *Babylonem* ſuum tempus eſt. coll. *Eccleſ.* III. 1 — & excurrit

Anno M. C. Occupatae Canaanaeae. Per. Jul.
3406. 859. 4109.
Diviſi Regni.
381.
Judae.
Jehojakim Regis. 4.

conſtituti ab Aegypti Rege Pharao Necho, cujus copias fudit fugavitque Nebucadnezar, id aetatis in oriente domitor orbis, circa *quartum* hujus anni menſem: dominante

Nabopolaſſare. 21.
Jeremiae Prophetae, miniſt. 23.

quo adverſus populum Judae & Hieroſolymae civitatem divinitus excitatior, & in eam declamavit. Lib. Prophet. XXV. 1 — coll. vs. 3: XXXVI. 1 — & in gentes exteras. XLV. 1. XLVI. 1 —

Et jam anno Jehojakimi 3.
coll. *Dan.* I. 1, 2 — victor Nebucadnezar, exeunte anni tempore, regales quosdam natos, in ſervitutem Babyloniam abduxerat, hanc vero transmigrationem continuavit, ad annum pravitatis Judae & regni ſpoliati ſeu *Jehojachin* Regis deportati 12.
ſupremum, Arcae in Tſione 473.
Templi fundati 438.
Palatii Regis. 431.

A. M. C. Occupatae Canaanaeae
3425. 878.
Diviſi Regni Iſraëlis & Judae
401.

Vide 2 *Reg.* XXV. 8. *Jerem.* LII. 12. *Jechesk.* IV. 6 XXXIII. 21.

Cap. I.

Cap. I vs. 12. Μετὰ ϡ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος, *In transmigratione in Babylonem*, seu intra *transmigrationem*. enim μετὰ cum accusativo *intra*, interea temporis, significat penes Matthaeum XXVII. 63. coll. *Joh*. II. 19, 20 ita nunc, captivitate adhuc durante, *intra transmigrationem*. respondet infra vs. 17. ἀπὸ τῆς μετοικεσίας *a transmigratione* finita, captivitate soluta, propago Jehojakimi, redux, regalis, heredia postliminio recuperavit.

Ἰεχονίας *Jechonias* genuit *Salathiel Jehojakimo* Regi abacto suffectus legitur יהויכין *Jehojachin* Rex Judae, a Nebucadnezare constitutus, etiam post trimestre tempus, ab eodem victore Chaldaeorum rege, sui imperii an 7. deportatus in Babylonem transmigrare debuit. 2 *Reg*. XXIII. 36. XXIV. 8. 12. 2 *Chron*. XXXVI. 5 ⟶ 10. *Esth*. II. 6. *Jerem*. LII. 28.

A. M. C.	Occupatae Terrae.	Per. Jul.
3413.	866.	4116.
	Arcae in Tsione.	
	461.	
	Divisi Regni.	
	389.	
	Nebucadnezaris Regis Chaldaeorum	7.
Jeremiae Prophetae	minist.	30.

qui sermonem Propheticum *cap*. XXVIII. 1 — publicavit, custodiae publicae paenam subiit. XXXVII. 21.

An hoc anno ex Asia Scytharum copiae pellebantur ab Cyaxaris Medorum Regis 38. exercitu? an hic annus Cyri, deinde Persarum Monarchae, fuerit natalis? vel ipsius aetatis *primus*? Sed una & altera non est hujus loci quaestio.

Cap. I. vs. 17. Πᾶσαι ἓν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβίδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες, *Omnes igitur generationes*, propagationes, *ab Abraham usque ad David*, *procreationes*

tiones quatuordecim, Hesychio Γενεα· φυλὴ, ἐπὶ διαςήματος χρόνων, τῶ μὴ καὶ αὐτὸ βεβιωκότων.

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων.

τὴν δὲ γενεὰν ὑφίςανται ἐτῶν οἱ μὲν, κ̄. οἱ δὲ, κέ. οἱ δὲ λ.

Igitur Γενεὰ *progenies*, *proles*, *propagatio*, *gens hominum*, non unius aetatis *Procreatio*, Γενεὰ, Γένους καταγωγή. Gloss. Philox. atque ita Grammatico φυλὴ redditur, & haec ejus significantia ad Matthaei mentem videtur accommodatior. *Hesychius* citat versum *Homeri* Iliad. α. vs. 250. Obiter *Apollonii Sophistae* auctoritatem interserere liceat. Γενεὴ· σημαίνει πολλά. ἐπὶ μὲν γὰρ παντός γένους τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἀνδρῶν γενεή, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολέγει. ἐπὶ δὲ τῆς ἡλικίας ἀφ' ἧς δύναται τις γεννᾷν.

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων.

ἐπὶ δὲ τῆς εὐγενείας·

> Ἀμφότεραι γενεή, καὶ οὕνεκα σὴ παράκοιτις
> Κέκλημαι.

ἐπὶ δὲ τῆς ἀπὸ προγόνων εἰς τινα ἄνδρα καταγωγῆς. κ. τ. λ. Ex Cod. MS. CCCXLV. Biblioth. Coislin. penes *Bern. de Montfaucon* Part. II. p. m. 458.

Ceterum Abrahami *prima* propago *Isaacus*.

II.	. .	*Jacobus.*
III.	. .	*Judas.*
IV.	. .	*Phares.*
V.	. .	*Esrom.*
VI.	. . .	*Aram.*
VII.	.	*Aminadab.*
VIII.	. .	*Naasson.*
IX.	. .	*Salmon.*
X.	. .	*Boas.*
XI.	. .	*Obed.*
XII.	.	*Jess.*
XIII.	.	*David.*
XIV.	.	*Salomo.*

Davidis

Davidis regni princeps & heres. coll. vs. 6. naſcitur. ϗ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος *& a David* Rege parente, *usque ad transmigrationem in Babylonem* generationes quatuordecim numerantur.

Davidis *prima* propago regalis *Salomo.*
II. . . *Roboam.*
III. . . *Abia.*
IV. . . . *Aſa.*
V. . . *Joſaphat.*
VI. . . *Joram.*
VII. . . Ozias.
VIII. . . *Joatham.*
IX. . . *Achas.*
X. . . Ezekias.
XI. . . *Manaſſe.*
XII. . . *Amon.*
XIII. . . *Joſias.*
XIV. . . *Jechonias*

Jehojakim nempe, in terram Chaldaeorum abductus Rex. 2 *Chron.* XXXVI. 5. 6. cui Nebucadnezaris ſervo, adeoque *intra transmigrationem* natus eſt *Jehojachin.* coll. vs. 9.

Jehojakimi *prima* propago regalis *Jechonias.*
II. . . *Salathiel.*
III. . *Zorobabel.*
IV. . . *Abiud.*
V. . . *Eliakim.*
VI. . . *Azor.*
VII. . . *Sadok.*
VIII. . . *Achim.*
IX. . . *Eliud.*
X. . . *Eleazar.*
XI. . . *Matthan.*
XII. . . *Jacob.*
XIII. . *Joſeph.*
XIV. . . *Jeſus Chriſtus.*

naſci-

nascitur *Davidis* filius, filius *Abrahami*, utriusque familiae princeps & regni heres unus.

Atque ita *quatuordecim* generationes, propagines totidem regales, *a transmigratione in Babylonem* ad *Jesum Christum* usque indicatae sunt, earumque numerus ad liquidum percensetur.

Cap. I. vs. 19. *Joseph autem* . . . . .
καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, *& cum nollet eam primus traducere*, enim *Vulgatus* & *Vetus interpres* Latinus, quo *Tertullianus* utebatur παραδειγματίσαι *traducere*, etiam vertit *publicare*, aliquando observatum est *Augustino* redditum *exemplare*, quod excogitaverat, ut *exemplum facere* significantius diceret. Hesychio παραδειγματίσαι φανερῶσαι, θριαμβεῦσαι.

Verba, quae in ιζω terminantur Graecis pleraque, sunt *inchoativa*, & *frequentativa* alia; illa autem in Novi Instrumenti tabulis omnia indicare longum foret, quaedam in exemplum assumam. scilicet. Δειγματίζω, est denominativum primum, enim *Hesychio* Δεῖγμα. τόπος ἐν Ἀθήναις οὕτως καλούμενος. erat locus Athenis 1: in foro, sic dictus εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο. *Harpocrationi*, *Suidae*, in quem specimina, exempla, monstra rerum venalium deferebantur. 2. τόπος ἦν ἐν Πειραιεῖ, ἔνθα πολλοὶ συνήγοντο ξένοι καὶ πολῖται, καὶ ἐλογοποίουν. in Piraeeo, quo multi peregrini & cives convenire & sermones inter se conferre solebant. *Suidas* indicat, *Timaeus* autem *Lexici Platonici* auctor, nobis Biblioth. Coislin. Cod. CCCXLV. fol. 150. MS. penes *Bern. de Montfaucon* Part. II. p. m. 478. subjecit. Δεῖγμα, τόπος ἐν Πειραιεῖ, ἐν τῷ καλουμένῳ ἐμπορείῳ. Piraeeus ad Urbem Graeciae erat commune emporium, & illic commeatus atque mercatus celeberrimus, in gemino ejus foro, sed inprimis Hippodamio. Vide *Harpocrationem* in Ἱπποδάμεια & *Suidam*: quibus auctoribus Δεῖγμα, κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον, ἀφ᾽ ἑκάστου τῶν πωλουμένων.

Digitized by Google

μ῀ων. proprie dicitur *exemplum*, *ſpecimen* rerum quae in foro venum exhibendae proſtant, publicabant ut eſſet oſtentui atque ex hoc ſpecimine de pretio rerum vel mercium judicari, vel negotiari poſſet. proinde Δειγματίζειν ſignificanter dicit perſonam vel rem primitus *exemplo*, *oſtentui* publico in foro, in magna hominum celebritate, *exponere* ad negotiandum; inde translatum ad rem juridicialem ſignificat *primum* ſententiae judicis vindicatae *exemplum*, *ſpecimen* edere atque hoc *publicare*, ut omnibus ſit ſpectaculo, cruento, horrido atque exſecrando: cujusmodi *exemplum* vindicatae Dei Summi Judicis ſententiae *Judas* δεῖγμα indicat. *Epiſt.* vs. 7. proſtare civitatem & urbem Sodomam & Gomorrham, amoribus ardentem, igni de coelo concrematam. Paulus ad *Colloſſenſes* graphice ſcripſit *Epiſt.* II. vs. 15. ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ. coll. vs. 9. de Chriſto Jeſu Domino, coeleſtiſſimae vitae novae, in Coloſſenſibus, jam Deo & Patri credentibus, principe, auctore atque effectore tali laudatiſſimo, per quem ipſum haec res tota confieret. *Cum* ſibi ipſe *deſpoliaviſſet magiſtratus & poteſtates* publicavit *licenter*, *ubi triumphavit* hoſtes funeſtiſſimos *iſtos in ſemet ipſo.* vel in corpore carnis ſuae, quia *in ipſo* Chriſto *erat plenitudo Deitatis corporaliter.*

'Εδειγμάτισεν Heſychio ἐδημοσίευσεν. exemplum, ſpecimen exſecrandum populo hoſtibusque formidoloſiſſimum, ſe, corpus ſuum crucifixum, & in ſe, Chriſto, Deo, Gloriae Domino crucifixo, ſeveriſſimae ſuae vindicationis atque majeſtatis luculentiſſimae ſpectamen oſtentavit. Inde junctum hoc verbum παραδειγματίζειν ſignificantius dicit *perperam*, *maligne* primitus, (qualis praeproperi ac fervidi ingenii machinatio eſt,) *publicare*, violatae fidei jugalis *exemplum facere*, quod averſabile honeſtis *oſtentare.* atque ita παραδειγματίσαι non tantum, ut legitur in *Excerptis Scholiis*,

Scholiis, penes *Joannem Alberti*, Gloſſarum Graecarum Statorem diligentiſſimum, in *Adpend.* ad *Gloſſar. N. T.* p. m. 200. latis ad veritatem accommodate redditur, καταισχύναι ἢ κινδυνεῦσαι. ἐπὶ κακῷ φανερῶσαι καὶ παραδοῦναι εἰς θάνατον, ὡς μοιχαλίδα. anonymus Gloſſae hujus auctor animum applicuit ad illam Legem praeſcriptam. *Deut.* XXII. 23 —— ſed παρὰ in hoc verbo *vitium in actu* ſignificat, & terminatio ιζω actus ordiendi *principem* atque *primum* actorem indicat, etiam in Paulinis ad *Hebraeos* vs. 6. καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας. & in vitioſam vitam profeſſae fidei Jeſu Chriſti Filii Dei contrariam *lapſos* ex animi conſilio malignos iſtos, Judaeos quondam; ſimulatores *porro renovare ad poenitentiam*, inpoſſibile eſt, monenti quanquam Apoſtolo, *rurſum crucifigentes ſibimet ipſis Filium Dei & principaliter maligne* tanquam *exemplum* exſecrabile *facientes*; velut qui Filii Dei per ipſos traducendi primatum occeperant, quotquot Chriſtum profeſſi mutato animi conſilio abdicaverant, ex Legis obſervantia juſtitiam conſectati, a gratia defecerant. coll. *Gal.* V. 4. 10. 12. tanquam ſtimulatores ſeditionis qui rebellabant, pedibus manibusque obnixe, adverſus Chriſtum, Filium Dei quem ore, non ex animo, profeſſi, facientes eumque abdicantes obtrectabant, iſti ſeverius a Deo, attamen juſtius, puniuntur. Ejuſdem ſignificantiae verbi in ιζω terminati, *inchoativi* exemplum legimus. Γνωρίζω primum *notifico*. *Luc.* II. 15. *Joh.* XV. 15. XVII. 26. *Rom.* IX. 22, 23. 1 *Cor.* XII. 3. XV. 1. 2 *Cor.* VIII. 1. *Gal.* I. 11. *Eph.* I: 9. III. 3. VI. 19. 21. *Phil.* I. 22. IV. 6. *Col.* I. 27. IV. 7, 8. 2 *Pet.* I. 16. Διαγνωρίζω primus *divulgo*. *Luc.* II. 17. adde Καθαρίζω, Μερίζω, Σφραγίζω & quae ex his *denominativis*, tamen *inchoativis*, juncta, reliqua.

Cap. I.

Digitized by Google

Cap. I. vs. 21. Τέξεται δὲ υἱὸν *Pariet enim filium* . . . ita inſomnem de nocte Joſephum meticuloſum Angelus Domini confirmat, ut ſponſam Mariam ſuam ſtatim domum duceret, mature factu opus erat, quippe in futuro *primo* Mediae formae τέξεται *pariet* Virgo, e Spiritu Sancto feta, ſupra parturae humanae legem atque feturae modum una gravida primogenitum hunc, ſine homine obſtetrice, Patre Deo tamen obſtetricante, ſingulariſſimum, ex ſua carne & ſanguine natum, *filium* portentoſum & Davidis & Abrahami filium. *Thomae Magiſtro* in *Eclogis* Τίκτειν κυρίως ἐπὶ γυναικῶν τὸ δὲ Γεννᾷν, ἐπὶ ἀνδρῶν. etiamſi meminerim illa *Heſychii* Τίκτειν καὶ ἐπὶ ἀῤῥένων. Sed erat hic Filius unum *Mulieris Semen*, populi peculii ſui natus, quanquam ab utero recens, tamen Salvator ſempiternus, Immanuel.

Cap. II. vs. 2. Magi Hieroſolymam ingreſſi quaerendo inveſtigant *dicentes*. de illa Magorum quaeſitione incidit quaeſtio notabilis, utrum ipſorum, an Matthaei verbis, concepta ſit? cum plerique omnes ab hiſtorici divini, numine afflati, officio nihil alienius duxerint, quam fingere perſonarum characteres magis ex ingenio ſuo, quam ſecundum rei veritatem, inſerere orationes, nunquam habitas comminiſci. Auctoritatis divinae & fidei Evangeliſtae verecundia nos jubeat, ut haec Magorum verba credamus, Graeco ſermone dicta; ceteroquin ſe ea interpretatum nobis ſubjeciſſet Matthaeus. coll. I. 23. vel aliunde ſuam eorum verſionem conſtare voluiſſet.

Ubi eſt jam pridem *natus Rex Judaeorum?* εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀςέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ. *Vidimus enim ibi ſtellam in oriente.* Herodis Magni aulicos vel perſonam Regis. coll. vs. 3. unus Magorum inſtar omnium ſciſcitatur, ubi ita infit. Sed plerique omnes malint indicari *ejus* nati Regis ſtellam. Tamen αὐτοῦ Graecis quondam, & *tem-*

temporis, & *loci*, adverbium fuit. *Hesychio* Αὐτȣ̃ ἐκεῖ, αὐτόθι, ἐπὶ τόπȣ, ἐυθὺς.

Τὸν ἀςέρα *stellam* unam. *Ammonio* Ἄςρον καὶ Ἀςὴρ διαφέρει. Ἄςρον μὲν γὰρ ἐςιν τὸ ἐκ πολλῶν ἀςέρων μεμορφωμένον ζώδιον, οἷον Ὠρίων, Ἄρκτος. Ἀςὴρ δὲ, ὁ εἷς.

Ἐν τῇ ἀνατολῇ *in oriente*, stellam in orientali coeli plaga, horoscopum, quem in themate genethliaco צומח dixerint, τὸν ἀςέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ מזל הצומח legimus in *Jalkut Rubeni* fol. 3, 4. fide Clar. *Vriemoetii* Dissert. de *Schiloh* cap. 4. p. m. 89. apud quem litteratura Hebraea, omnisque huic finitima doctrina, superbit.

Cap. II. vs. 4. Rex Herodes ἐπυνθάνετο *percontabatur* vel qui ejus imperata faciebat legatus, a Sacerdotibus & Scribis, oratoribus ejus rei intelligentibus, ut *locum* rescisceret πȣ̃ ὁ χριςὸς γεννᾶται *ubi* ille *Christus nascitur*. indicante *Ammonio* Ἐρωτᾷν καὶ Πυνθάνεσθαι διαφέρει. Πυνθάνεσθαι μὲν γὰρ ἐςὶ, τὸ καὶ ἀκολȣ διεξοδικῶς ἀκȣ́ειν τὰ ὑπό τινος λεγόμενα, αὐτὸν ȣ̓δὲ ἐρωτῶντα. Ἐρωτᾷν δὲ, τὸ ἐθέλειν τινὰ κεφαλαιώδη λαβεῖν ἀπόφασιν περὶ τȣ̃ ὑποκειμένȣ πράγματος. & quae dein post pauca. Sed obiter Glossam *Hesychii* obnoxiam reficerem. Ἐπύθετο· ἤκȣεν, ἠρώτα, ἐμάνθανε τὸ αὐτὸ καὶ τὸ Ἐπυνθάνετο. infra Πύθετο· ἤκȣεν, ἐπυνθάνετο. Πυνθάνομαι ἀκȣ́ω. Πυνθανόμην· ἤκȣον.

Ubi, Πȣ̃ *Thomae Magistro* καὶ τοπικὸν, καὶ ἐρωτηματικὸν ἐςιν. *Ammonio* sumitur ἐν τόπῳ. Dorice autem ἐκ τόπȣ.

Nascitur, Γεννᾶται. Excerpt. & Vet. Lex. Graeco-Lat.

Cap. II. vs. 6. Equidem ante omnia nunc notari velim a principibus sacerdotum & scribis populi, quos Herodes Rex de Christi nascentiae loco consuluerat, responsa vs 5. 6. etiam effata Michae, ex ipsorum interpretamento & sermone citari. Καὶ σὺ βηθλεὲμ, γῆ

Ἰȣ́δα,

Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ *Et tu Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in ducibus Judae: ex te enim exibit dux, qui pascet populum meum Israel.* vaticinium de hoc liquidissimum exstat in Libro Prophetiarum *Michae* V. 1. Prophetae verba divinissima ne quidem Sacerdotum principes interpretes, fidei plena tamen, expresserunt. γῆ Ἰούδα *terra Judae*, istis interpretibus, hominibus omnium & regis judicio probatissimis, haec versio ad popularem intelligentiam accommodata debetur, parum ad Hebraeae veritatis exemplum, in quo legitur אפרתה *Ephratah*. Graecis Ἔφραθα. non mihi in animum inducam, ut credam obnoxium esse hunc in Evangelio Matthaei locum, quantopere majusculis scripta & affines litterarum ductus opinanti Critico favere viderentur.

ΕΠΦΡΑΘΑ
ΓΗ ΙΟΥΔΑ

Plerisque γῆ *terra*, *tellus* Judae pro *urbe* accipitur per synecdochen. urbis *confinium*, *agrum* urbi *contiguum* dicit. etiam infra X. 15. XIV. 34. *Arua*, Ἄρουρα, Γῆ, Χώρα, Πεδία. *Aruum*, Γεωργία. Gloss. Philoxeni. an Γῆ, Ὀργάς? dein *Orae*, Ὄχθαι, Γαι an Γῆ? Hesychio Γοιαυτῶ, φάρυξ. restituerem Γοῖ αὐλῶν, φάραγξ. Hebr. גיא, ut puta nostri *gae*, *ge*, *goe*, *gouwe* contracte, *goo* in junctis urbium, locorum & ejusmodi nominibus frequentarunt.

Οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ *nullatenus*, nequaquam *minima es* Bethlechem, dioecesis Judae confiniorum, urbium nomina passim sunt sexus debilioris: nam a *Bethlechem* in consecutione pendet superlativus ἐλαχίστη· quemadmodum a Βραχὺς, Βράσσων, βράχιστος; a Παχὺς, πάσσων, πάχιστος; sic ab Ελαχὺς, ἐλάσσων, ἐλάχιστος. loco, ordine, aut numero. Superlativus autem venit in hisce a comparativo, sicut secundum analogiam formatur a βραχίων βράχιστος; a παχίων, πάχιστος; sic ab ἐλαχίων magis regulariter ἐλάχιστος.

 Erat

Erat *Bethlechem* Judae, inter Hebronem & Hierosolymam sita, כברך אפרתה Alexandrinis ἐν τῇ ὁδῷ Ἐφραθα. *in via* juxta viam *Ephratah* indigenae quondam & proprietarii locupletis viri. *Gen.* XXXV. 19. aetate Jacobi aequalis; eam fortunarum sedem tenebat agrosus Cananita, hujus feracissimi fundi dominus, אפרתה *Ephratah*; avus *Peretzi* Judae filii maternus factus habeatur e *Thamare* filia familias herede, unde hujus avi nomen *Peretzo* matris primogenito datum nobile fuit, in Annalibus sacris. nam 1 *Chron.* II. 50. legimus. *Hi erant liberi Calebi*, filii חור, *Chur* primogeniti *Ephratah*. eum autem *Calebum* vs. 18. filium חצרון *Chetsronis*, quem parentem *Peretzi* filium. vs. 5. accepimus. coll. *Gen.* XLVI. 12. *Chetsron* ergo etiam *Chur* dictus, primogenitus *Ephratae*, etiam *Peretzi*, nominati, qui אפרתה אבי בתלחם *Ephratah pater Bethlechemi*, idem *Peretz* vixit fortunatior. 1 *Chron.* IV. 4. matris primogenitus, avi materni heres atque familiae princeps, qui a quo familiam & nomen duxit, atque suae gentis proauctor exstitit, & unus omnium aequalium maxime floruit: idem parens mihi indicatur. *Mich.* V. 1. אתה בית לחם אפרתה *Atta* princeps, reverendus pater, *Bethlechemi Ephratah* potens, vir illustris, cujus prosapia in principibus Judae, ac ipse parens erat praestabilior. Sed soluta captivitate Babylonica reducum numerus, in contributis, valde attenuatus censebatur. *Esdr.* II. 21. coll. *Nehem.* VII. 26. In transcursu דרך *viam* Ephratae *Gen.* XXXV. 19. attingere volui, ὁδὸν dixerim terrae confinis *tractum* in agro; etiam *via* culta pinguia & confinia secat. דרך הים *Jes.* VIII. 23. ὁδὸν θαλάσσης. *Matth.* IV. 15. *oram maritimam* indicari quis neget? sic & ὁδὸν ἐθνῶν, *Matth.* X. 5. an גליל הגוים *Jes.* VIII. 23. Γαλιλαίαν τῶν ἐθνῶν. *Matth.* IV. 15. poneres? utique דרך, גליל synonyma aliquatenus fierent. Sed haec hactenus.

Digitized by Google

Cap. II. vs. 15. *Et erat ibi* Joſeph cum puello Jeſu Chriſto, filio Davidis, filio Abrahami, & illius matre virgine Maria, in Aegypto, *usque ad obitum Herodis* magni & famoſi Judaeorum Regis. Anno M. C. 4007. Inſtauratae Hieroſolymae 447. CXCIV. Olympid. 1. Octavii Caeſaris Auguſti 41. A. V. C. 749. *ut impleretur quod dictum eſt à Domino, per Prophetam, dicente.* ut ſupra I. vs. 22. enim *Dominus* per Prophetam ſuum interpretem *loquebatur* verba *ſua*, quae ipſe, non Propheta, conceperat; in hoc puello Jeſu Chriſto, inde evocando, uno regnabat haec oratio Domini diviniſſima. Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου *ex Aegypto vocavi Filium meum.* Unigenam. haec divinatio ſcripta legitur. *Hoſ.* XI. 1. וּמִמִּצְרַיִם קָרָאתִי לִבְנִי *Aquila reddit* καὶ ἀπὸ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. tantum de *Jeſu Chriſto*, Unigena Dei Patris Filio, in carne *puello* infante, qui cum Joſepho patre ejus comite & caſtode, in fugam penetraverat, Aegyptum tranſlatus, *ex Aegypto* divinitus *evocaretur* & in terram Iſraëlis patriam ſuam rediret incolumis.

In hoc Filio ſuo, Immanuele, Jeſu Chriſto *ex Aegypto* quem *revocatum* reduceret Deus Pater incolumem, ederet luculentiſſimum, in noviſſimis oeconomiae antiquandae diebus, exemplum ſuae clementiae & benignitatis & amoris in populum Iſraëlis contributorum, quem a principio ejus oeconomiae *infantem* unum e gentibus mundi dilectum, inde usque adjutaverat, auxerat, amaverat, dein adoleſcentem. Vide *Eccleſ.* XV. 9 — XII. 1 — 7. mox bona ſua abligurientem, vel iis abutentem, degenerem progeniem ſeverius caſtigatam abdicare Deus Pater noluit, aetatem parentum avis pejorem ſeverius exercuit, donec ejus ingratae poſteritati; demto electiſſimorum & piorum ſuorum numero, notabile hoc noviſſimum, ſub Veteris Oeconomiae finem, publicum exemplum ſui amoris, ederet illud, ſuumque in carne Filium, Jeſum Chriſtum puellum,

infantem, ab insidiis Herodis funestissimi Reges tutum salvum & incolumem, *ex Aegypto evocatum*, in terram Israëlis, sartum tectum *reduceret*. Nam Dei numine afflatus & excitatior Josephus, ipse subiit humeris & dulce puelli Jesu Christi levavit onus, nec sine aerumnula, tamen Dei Patris imperata fecit, qui ipse per eum effecisse Israëli censeatur, adeoque non abdicando ejus semini praesignificavisse hoc exemplo portentoso, se Deum misericordia ductum, ceu Patrem, populi immisericorditer ab ethnicis in mundo gentibus & dominationibus rerum potentibus habiti, dispersi, contributi hujus seminis miserturum, quod animo nunc confirmato quisque praesumeret, qui Deo fidem adhibuerit, & Jesu Christo Dei Filio puello infante in terram Israëlis reducto incolumi, spem Israëlis & rem Tsionis hanc divinitus esse in eum locum adductam intellexerit, eamque omnes ex eo, atque in eo cuncti, recognoscamus.

JOAN-

JOANNIS SCHEFFERI,

Argentoratenſis,

ADVERSARIORUM,

Liber ΑΝΕΚΔΟΤΟΣ.

CAP. XXIX. (CAP. II.)

EXſtat Liber vetus membranaceus in bibliotheca Upſalienſi, tranſlatus ex antiquo Sictonienſis civitatis collegio ſeu capitulo, ut vocant, in quo inveni praeter alia *Orationem Dominicam* cum *Symbolo Apoſtolico*, ut adpellant, *Poetice* cum Latina expoſitione ſcriptam, iſto modo.

Fadhe war i hiniriki halûcht hauis Þit name. til kom os Þit ricka. war dha Þin wili har i ioris heili ſwa ſum han warde i hiniriki. wart daglict brôd gif os i dagh. oc ſtrilaat oß warå missgaringå. ſwa ſum wi ſtrilantum Þom ſum brutlike åru widr oß. on låt oß iri Ladhås i freſtulſe. Utaû frål ſå oß af illu. Amen.

In

* Omiſeramus in ſuo ordine haec capita, quia continebant quaedam minus tum nobis expedita: hic nunc maluimus ea legi, licet non ſuo loco, quam plane omittere, atque ita mutilatas haſce doctiſſimi Viri Animadverſiones prodiiſſe quaerendi dare anſam. B.

In exponendo notandum, quod hic ſint ſeptem petitiones. In prima petimus, quod nomen Dei, quod in ſe ſanctum eſt, etiam a nobis ſanctum habeatur. quod a peccatoribus & ſpecialiter perjurio inhonoratur ac blaſphematur. In ſecunda petimus, quod ipſe regnet, i.e. potens ſit in nobis per ſuam gratiam in praeſenti, ita, quod nos poſſimus cum ipſo regnare per gloriam in futuro. In tertia petimus, quod ſicut ab angelis & aliis beatis in coelo fit voluntas Dei, ita & fiat in terra, per homines ejus praecepta ſervantes. In quarta petimus panem corporalis ſuſtentationis, ſpiritualis eruditionis, & ſacramentalis refectionis. In quinta petimus praeteritorum peccatorum remiſſionem, conditionaliter tamen, ſcilicet, ſi nos remittimus illis, qui nos offenderunt, quod eſt contra odium in corde ſervantes. In ſexta petimus a futuris peccatis praeſervationem, non quidem, ut non tentemur, quia ſcilicet bonum augmentum tentatio, cum non conſentitur, non eſt peccatum, ſed materia exercendae virtutis: ſed petimus, ne per delectationem & conſenſum in tentationem inducamur. In ſeptima a peccatis & malis praeſentibus liberari, & etiam a poenis debitis pro iisdem.

Sunt notanda quaedam in hac oratione: in **war** cum **a** ſit diphthongus, alteram vocalem **o** non habebat ſupra ſcriptam. Sic infra **wart** pro **wårt**, **ſtrilaat** pro **ſtrildat**. Scilicet cum hic mixtum haberent ſonum, alii unam, alii alteram vocalem ſcribebant, alii conjungebant, ut hac de re dicam amplius in opuſculo: *de permutatione literarum*. **hulacht** eſt, quod hodie ſcribunt **helicht**, ſanctum. Germani quoque veteres talia terminabant in **lucht**, non **licht**. Sic patriae meae ruſtici frequenter **altlücht/ ſchwarslächt** &c. **Hawis**] eſt quod hodie **Haves**, habeatur, ut ſit ſenſus: *ſanctum habeatur nomen tuum*, pro *ſanctificetur*, vel ut Sveci hodie, **helyghat warde/** Sanctum fiat. In ſequenti vocabulo prima litera eſt ex Runicis antiquis, quam vocabant **Thoro/**

uti

uti docet *Olaus Petri*, qui de literis his MStum ante annos centum triginta & amplius compositum post se reliquit, quod nuper ad manus meas pervenit. **Name**] contracte. Germani veteres plenius scribebant **naame** / ut est Oratione Dominica a Frehero edita. Sueci hodie inserunt y, & scribunt: **namyn**. **Warde**] est Germanorum **werde**, fiat. Et sic in praedicta oratione: **werde willo die**. **Swa**] etiam hic sine vocali *ò*, hodie scribunt **så**. **Warde**] etiam hoc antique scriptum, & consonantes ultimae conjunctae absque vocali. Sic in **Edda**: **balde / kome / Skioldunge** / & centum *alia* reperiuntur. **ftrilaat**] pro **för låt**, ut hodie scribunt. **sum**] est **som**, ut nunc scribunt, & permutantur hodieque hae literae inter se. Sic quod Germani dicunt **muth**, Belgae ajunt **moet**, quod illi **funs**, *hi* **voel**. Veteres Germani dicebant **samo**. Willeramus p. m. 113. **so sint** permixti **thia** veri praedicatores, **ande thia** non sinceri praedicatores, **samo thie** reginae & concubinae. **Brutlike**] hodie scribunt **brothlige**. **Brutlike** est a **brut**, pro quo Germani **bruch**, fractio, ruptura, a qua denominantur, qui delinquunt, quasi qui leges officii aut debiti frangunt. Ceterum hic iterum *u* vetus in *o* recens permutatur. **Wide**] ut supra **warde**. Est autem plane id, quod Germani hodie **wider**, contra, adversus. Sensus: *Sicut nos remittimus iis, qui frangunt officium adversus nos.* Svecis hodie haec vox in usu non est, sed pro ea dicunt **muot**. Haec in Svetico veteri notanda videbantur. Sunt & in interpretatione quaedam non contemnenda. Illud maxime, quod habet de pane quotidiano, de quo ne hodie quidem satis convenit inter interpretes. Verum addam & *Symbolum*, quod *Apostolicum* vocant. **Jaar troe a Gudh Fadher als das waldughetz skapará huinius or jordhu. On a Jesus Crit hans engu sun / warn hará / sum ar lådus af Pam halghá andá** &c. Sunt & in his non pauca notabilia. Nam primum vox *Ego*

 semper

semper scribitur Jat non jagh, ut hodie consueverunt, unde constat, veterem pronunciationem non fuisse multo diversam ab ea, quam hodie in Saxonia inferiori Belgioque servant. *Yesus Crit*] pro *Jesus Christ*. *Y* & *J* pro iisdem scribuntur saepe, etiam apud Latinos. Enga] pro nenda, ut scribitur hodie. Vetus propius convenit cum Germanico einigen, vel enigen. a] hodie scribitur pa. Videtur & hoc a Germanico an vel am ab esse. alz nadus] Sic fuit scriptum pro als swaldugs. Non fuit infrequens veteribus per z exprimere gs imo saepe, quomodo durum illum consonantium concursum in his linguis literis Latinis bene exprimerent, ignorabant, sicut alio loco demonstrabitur. Sunt & alia nonnulla, sed hoc potissimum notabile, quod articulus de descensu Christi ad inferos hic non compareat. Et sic olim suetum erat in Ecclesia Romana, uti Vossius ex Rufino in de tribus symbolis observat. Rufini verba haec sunt: *Sciendum sane est, quod in Ecclesiae Romanae Symbolo non habetur additum: Descendit ad inferna: sed neque in Orientis Ecclesiis habetur hic sermo. vis tamen verbi eadem videtur esse in eo, quod sepultus dicitur.* Ceterum vixisse scripti hujus auctor Scitonae ante duo saecula videtur, ut qui eodem libro notaverit incendium Holmense An. MCDVII. die Aprilis 17. tamquam rem, quae aetate sua acciderit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXX. (CAP. X.)

EXſtat apud me codex membranaceus incerti Medici antiqua manu ſcriptus, in cujus operculo hi leguntur rythmi Germanici, antiqui ſatis, &, ut cenſeo, non indigni, qui ab interitu vindicentur, ſaltim ob antiquitatem.

In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti
So wil ich dir daz bluot verſprechen.
Ich verſprike dir bluot, ih verbutte dih bluot.
Stant bluot, ſtode bluot.
Stant bluot inne, durh die Gotes minne,
Stant alſo liſe in dem ſiechem liebe
Stant ſam drate, ſam der Jordam tate,
Da der heilige Kriſt inne getauffet iſt.
Alſo du getaoffet ſiſt, unde unde ſive du geharzen ſiſt, daz dir zeboze. Kriſt wart gekundet ze Nazaret, unde geborn ze Bethlehem, unde gemartert ze Jeruſalem. Dabi verbuit ich dir bluot, daz du ſteſt, und nius geſt. In dem Namen des Vatters, und des Sunes, und des heil. Geiſtes. Amen.

In eodem libro etiam hi leguntur rhythmi veteres:

Daz er dez wolte wenen, daz er it nimer mere geſehe.
Sin Sun was ime viel lieb, unſafte er von ime ſchied, &c. &c. (*Sequuntur adhuc tres fere paginae:*)

Rythmi iſti quo pertineant, quisque animadvertit. Nimirum ſunt ex eo medicinae genere, quod fieri carminibus exiſtimant. Vetuſtiſſima hujus rei eſt opinio & Homero nota, qui illius ſemel iterumque facit men-

 tionem.

Digitized by Google

tionem. Valuitque olim maxime in plebe rustica & pecoribus curandis, sicut ex Catone novimus, qui formulas hujusmodi nonnullas prodidit in libris, quos de re pecuaria scripsit, quem & Plinius cum nonnullis aliis in hoc argumento laudavit. Secuti eandem superstitionem Christiani semipagani, & in usus istiusmodi vel abusus potius sacras literas adhibuerunt. Exemplo sunt superiora carmina magnam partem ex historia sacra deprompta. Atque quidem primum contra profluvium sanguinis valere putatum, ut ex formula ejus liquet, ampliusque colligitur ex Latina formula pene simili, quam habet Wierus de praestigiis Daemonum Lib. IV. p. 149. alterum adversus quartanam, quod exinde colligo, quia eo loco est adscriptum, ubi de quartana & remediis adversus eam agitur. Nunc ipsa videamus verba: *In nomine Patris:* Sunt haec solemnia in ejusmodi carminibus verba. Et ita finit quoque praesens carmen. *Versprecken* est peculiari formula sanguini cursum aut profluvium interdicere. Hoc quoque solemne vocabulum. Unde *segen sprechen*, carminibus ejusmodi uti. Et mox: *ih versprihe dih*. Ubi notandum *c* in his omissum, quia veteres levius ista pronunciabant, unde alii deinde *g* pro *ch* usurparunt, alii penitus omisere. Sicut hodieque mei rustici in Alsatia omittunt. *Bluot:* ita semper scribitur cum diphthongo *uo*, qualis hodie non in usu est, nisi apud Suecos, ac ne illos quidem nisi veteres. *Stode*. idem est ac praecedens *stant*, dialecto Suecis adhuc usitata, pro *stehe* i. e. sta, siste cursum. *Durch die Gotes minne*] Per amorem Dei. *Minne* amor apud veteres, quod hodieque usurpant Batavi. Speculum Saxonicum initio: *des heiligen Geistes minne.* *Lise*, vocabulum Alsatis meis notum, qui usurpant pro *molli*, *quieto*, quod nullum facit strepitum aut tumultum. Vult ergo quiescere debere sanguinem. *Siechem* pro *krankem*, etiam

Digitized by Google

etiam hoc Alſati mei uſurpant pro *aegroto*. Sueci ſcribunt : *ſieck*. *Libe* pro *Leibe* ut nunc malunt. Sed illud alterum hodieque retinent ruſtici. *Sam* hoc in uſu hodie non eſt, in compoſito *gleichſam* videtur occurrere. At apud Suecos nil frequentius, qui cum diphthongo *ſum* ſcribunt, & pro *ſicut* uſurpant.

Drote: etiam hoc vetus eſt Germanicum pro *erecto*. Hodie *recht*, *aufrecht* pro eo uſurpant. Senſus eſt: Sta eo modo erecte, quo olim Jordanes ſtetit. Alluditur ad hiſtoriam Joſuae aut Eliſaei quorum imperio Jordanes ſtetit, erectis aquis inſtar muri. *Getaoffet* eſt pro *getauffet*. Notanda permutatio diphthongorum, & uſurpatio illius å, quae hodie ſolis Suecis cognita. *unde:* hoc exiſtimo abundare, unumque ſufficere. *Sive* puto eſſe *Jo*, quod hodie uſurpant, h. e. *ita*, *hoc modo*. Certe Sueci veteres ſic ſcribunt hoc vocabulum niſi quod in fine pro *e* uſurpant å diphthongum. *Gebarzen* videtur poſitum pro *gebaertet* i. e. induratus, obfirmatus, ut ſit ſenſus : Sanguinem eo modo debere eſſe induratum firmatumque, ſicut aquae in Jordane erectae, quae ſaxorum inſtar ſtabant, ac in neutram procurrebant partem. Quod ſi verum, *z* pro *t* poſitum in *barzen* fuerit notandum. *Zeboze*. Puto hoc diſtincte ſcribendum. *Boze* vox antiqua eſt pro medicina, curatione, quam rurſum Alſati plebeji retinuerunt. Inde *bozenhaus* hodieque Argentorati, ubi aegroti ex ſcabie maligna & ſimilibus curantur. Apud Suecos eadem vox eſt frequentiſſima. Senſus eſt: haec ita fiant in medelam curamque tuam. *Gekundet* eſt a *kunden*, pro quo hodie Germani *verkundigen*, annunciare. *z Jeruſalem*: cum apoſtropho illud *z* ſcribendum pro *ze*, ut eſt in praecedentibus. Hodie ſcribunt *zu*. Sed illo modo etiamnum loqui malunt ruſtici. *Nins* apud Helvetios adhuc in uſu eſt. Alii ſcribunt *nirgents*, i. e. nuſquam, in nullum locum.

Sunes

Sunes pro *Sohnes*, ut nunc malunt. Atque haec in priori carmine notamus. Posterius initio est destitutum, in quo habebantur quaedam de Tobia sene, filium dimittente a se cum faustis ominibus & adprecationibus. Illud *waenen*, quod primo occurrit, positum existimo pro *meinen*, putare, arbitrari, & sic hodieque aliquibus in locis per Germaniam usurpant. Sensus: putabat, se numquam post visurum filium Tobias. *Sun* pro *Sohn* iterum ut supra. *Vil lieb* pro *sehr*, ut loquuntur hodie, *valde charus*. Sic postea: *vil leid*, *vil wol*, *vil guot*, &c. apud antiquiss. Otfridum: *filu wasso*, valde acutus. *Unsafte* pro *unsanfte*, contrarium vocis *sanft*. Hodie in usu non est, sed pro eo dicunt *ungern*, aegre, cum dolore. Legitur & hoc, apud veteres, ut Willeramum p. 37.

Fierzeck pro *vierzig*, quadraginta. *Cot* pro *Gott*, ut scribunt hodie. Veteres saepe pro *G* usurpant *C*, quia durius pronunciabant. Sic in praecedenti voce vidimus. Et mox *wec* pro *weg*, *stec* pro *steg* occurret. *Niemer*, lego *niemet*, i. e. *niemandt*, nemo. Sensus: Deus, quem nihil latet. *Sclhat* positum pro *scalc*, i. e. servo. Scilicet Germani vix poterant ab initio literis exprimere sua vocabula, cum temporibus Caroli M. ea scribere tentarent. Quod ex Constitutione Friderici II. omnium primum Germanice scripta observavit Frider. Faust, in Praefat. ad Fastos Limpurg. Itaque cum *schalc* deberet noster scribere, *sclhat* posuit.

Plane sicut in sequentibus pro *pflege* scripsit *fphlege*. Sensus verborum: *Cujus tu proprius es servus*. Vocat eum servum Dei, quem Germani una voce *Gottscalc* appellarunt. Nam apud veteres honesta ea vox fuit, ut cum ex his, tum ex *marscalc* nomine, quod equorum ministrum denotat, apparet. Unde simul liquet, parum callide deductam a Latina voce

callidus,

Digitized by Google

callidus, sententia Boxhornii, in Differt. de convenientia trium linguarum. Ne jam dicam, nullam pene literarum esse convenientiam in vocabulo utroque. *Wencket* puto esse id, quod hodie dicimus *wancket*. *wancken* est ambigere, huc illucque inclinare, nutare, quod & *wincken* vocant, ut *wencken* scriptum sit pro *wincken*, ut *fierzec* pro *fierzic*, *manecfalt*, pro *manicfalt*; vel pro *wancken*, ut *geben* pro *gaben*, *merie*, pro *marie*, in hoc ipso carmine. Ita sensus erit: Deus, qui nullius causa mutare neminique ambiguum se exhibere solet. *Si* positum pro *die*, *huite* pro *heite*, nunc. *Gefrorde* vocabulum hodie ignotum, pro quo *frost* usurpant, denotatque *gelu* aut frigus. *In holze oder in dahle* i. e. in silvis aut domibus. Nam pro *dahle* scribi debebat *dache*, sed sic solet, ut superius notavi. *Fiente* pro *feinde*. Et sic solent Batavi hodie scribere, ac Sueci, qui fere omnia antiqua Germanorum retinent. *Geminret* pro *gemindret*, minuatur. *Hin* pro *hien*, illuc. Et solet crebro illud *e* omitti apud veteres. Sic statim post *dinem* pro *deinem*, *si dir* pro *sei dir*, *vermiden* pro *vermeiden*, neque aliter hodieque rustici loquuntur. *Fib* notat *fünff*, quinque vulnera Domini, h. e. Christi tibi benedicant, ait. Etiam haec pronunciatio rusticis adhuc frequens. *Jet wederhalben*. Conjunctim haec scribenda. Sensus: propter unumquodque, scilicet eorum vulnerum *Giste*. Hoc in usu non est, sed ajunt: *stehe dir bey*, ut *geste dir darineben*, sit: adsistat tibi, adjuvet te. Noster infra: *Geste dir bi*. *Degen*. etiam hoc est inter prisca vocabula, & virum fortem aut militem significat. Ita saepe in antiquis cantilenis Germanorum, eoque libro, quem *das Heldenbuch*, i. e. librum heroum, aut virorum fortium appellant. *In Gottes fride*, h. e. in pace Dei, formula antiquissima

ma bene aliis ominantium, quam iterum Sueci retinent, in quotidianis salutationibus *var* est pro *fahr*; quia *f* & *v* consonans saepe permutantur. Est autem *fahren* antiquis Germanis *proficisci*. Unde illud cantilenae notae: *Mit Fried und Freud ich fahr dahin.* Et sic etiamnum Sueci usurpant, cum discedentem jubent bene valere. *Helige* pro *heilige*, quomodo rursum Sueci imo & Batavi solent, & rectissimum est, ut alio loco monstravi. *Engil* pro *Engel*. Convenit & hoc cum Suecica consuetudine. *Lieb* pro *Leib*. *Ez* pro *das* vel *daz*, ut scribebant veteres, vel *dez*. sicut supra *wencken* pro *wancken* scribi notavimus. Unde abjecta prima litera fiebat *ez*, quod hodieque meis Alsatis in usu est. *Sttelin* corruptum est pro *stelin* vel *stielin*, chalybeum. *Schilton*: hoc quid sit, ignoro. Nisi forte *schuldig* i. e. debitum denotat. Certe *u* & *i* sunt permutabiles. hinc *gulden*, *gilden*. *Diu* pro *die*. Ita saepe infra, ne quis vitium scripturae putet. *Dir vor* transposita pro *vor dir*, ut mox. *Alz* pro *alles*, omne. *Ubil*, pro quo hodie *ubel*. Ita supra *Engil* pro *Engel*. *Verirret*. Sensus: omne malum a se aberret. *hofen* pro *offen*, apertum. *albu* pro *alle*. *dibir* pro quo alias *dir* per augmentum syllabae, ut supra *darineben* pro *darneben*. *Dehainez* divisim scribendum. *hainez* pro *chainez*, sicut *durh* pro *durch*. *chainez* autem pro *kaines* vel *keines*; sicut solent hodieque praesertim Helwetii pronuntiare. *Stehe* similiter ut chainez pro *steche*. *Enside* puto positum esse pro *snide* h. e. *sneide*, scindat. *Wanne* pro *wonne*, gaudio. *Geben* dixi supra haec significare *gaben*. Septem dona S. Spiritus intelligit ex solemni carmine Ecclesiae in die Pentecostes. *Haile*. Hodie sic non usurpant, sed pro eo ponunt *gesundheit*, sanitas. Verbum tamen, quod inde oritur, in usu. Nam *hailen* est sanum facere. *Sande* pro Latino *Sancto*. Ita solent istas voces

ple-

Digitized by Google

plebeji corrumpere. *Swa* in ſuperiori carmine fuit *ſwé*, ubi vide, quae notavi. *Poten*, nuncii; Apoſtolos intelligit. *Herſchat* pro *Herſchaft*. *Ewangeliſten* pro *Evangeliſten*, prorſus ſicut Sueci ſolent. *Here und frige*. i.e. te honoret liberetque. *Here*, ut ſupra *hofen*, pro *ofen*. *frige* pro *frie* h. e. *frei*. *Selec* i. e. *ſelig*, ut dixi ſupra. Notat autem hoc vocabulum ſanum pulcrumque. Hodie in compoſito ſic uſurpatur. Nam *holdſelig* dicimus, quod pulcritudine ac venuſtate ſua trahit omnes in amorem. *Nareſt* ignotum hodie, repentinum ac feſtinum denotat. Batavi tamen dicunt *naerſtig*, quod noſtri *hurtig*, ſedulum, feſtinum. Convenit propius Suecicum *ſnareſt*, quod celerrimum ſignificat. *Obias* pro *Tobias*. Satis iſta indicant imperitiam hominis magici, quales tamen neſcio quid ſupra communem hominum ſortem ſapere rudi plebeculae videntur. *Si medio*. Eadem eſt inperitia. Legimus in ſacris, profectum Tobiam fuiſſe in Medos; ex quo hic quisquis fuit, non populum Medos, aut regionem, ſed neſcio quam artem *Simedio* confecit, plane ſicut poſt ex *Rages* formavit *Strages*. *Bure*, villa, domus, vox antiqua & notabilis, penitusque conveniens cum Suecorum conſuetudine, quibus hodieque *en vogelbure*, cavea, quaſi diceres domum avium, & *burabref*, literae ſeu tabulae, quibus aedium dominium transferri ſolet. *Huite* pro *heite*, hodie, ut etiamnum Suevi pronunciant. *Namen dri*, tria nomina ſancta. Sic vocat ea, quae tribuuntur SS. Trinitati. Eis enim neſcio quam vim occultam ad talia ineſſe Magi putabant, ſicut ab initio ſuperioris carminis monui. *Wihe*, vetus verbum, quod luſtrationem denotat, vel conſecrationem.

Unde hodieque *Prieſterweihe*, *weiwaſſer*, *weibiſchof*. Puto autem hoc in loco notare aſperſionem aquae luſtralis, quam exiſtimo ad talia adhibuiſſe. Nam

&

& hodie nescio quam vim illi aquae tribuunt illi; qui ex talibus apud plebem imperitam quaestum faciunt. *Trunsum* puto hoc divisim legendum. *Trun* existimo id esse, quod nunc *thrauwer* scribimus, h. e. fidus, obsequens, vel potius, quod vocamus *trauwter*, h. e. charus.

AUGU-

AUGUSTINI VAN STAVEREN

OTIA.

PRAEFATIO.

QUum ſuperiori anno Hygini fragmentum Graecum, Miſcellaneis hiſce Obſervationibus inſertum, cum erudito orbe communicarem, pauca quidem ad codicis, e quo deſcriptum erat, antiquitatem adſerendam & inluſtrandam, non tamen ea, quibus lectori ſatisfeci, me adduxiſſe opinor, quia variis negotiis diſtrictus accurato ejus examini tum temporis vacare non potui. Ductus literarum, &c, qui in codice iſto non conſpiciuntur, accentuum rationem habere, & ita lectorem de codicis aetate ex ipſo accentuum defectu, ut cenſet Henninius in Helleniſm. Orthod. pag. 39, facile colligenda, certiorem reddere debueram. Nunc vero, quia Valckenario, qui ipſe manibus hunc codicem verſavit, meas vices excipere, & de ipſo fragmento ſententiam ferre viſum fuit, ad hujus viri accuratam codicis & fragmenti deſcriptionem delegare, quam meis forſan frivolis obſervationibus Lectorem detinere malui.

Ne tamen, ἀσύμβολος accedam, quaſdam emendationes, quibus Hygini, Euripidis, Pauſaniae, Plutarchi

tarchi & Nepotis verba mutilata in pristinum salutis statum restituere adnitar, in medium proferre juvat.

CAPUT I.

Euripides Graecorum Tragicorum praestantissimus, & 'Αττικώτατος scriptor, dixit in Electra. vs. 999.

ΕΚΒΗΤ' ἀπήνης Τρῳάδες, χερὸς δ' ἐμῆς
Λάβεσθ' ἵν' ἔξω τοῦδ' ὄχου ΣΤΗΣΩ ΠΟΔΑ

Elegans locutio, & Euripidi familiaris.
in Bacch. vs. 646.

——— πῶς προνώπιος
Φαίνῃ πρὸς οἴκοις τοῖς ἐμοῖς ΕΞΩ ΒΕΒΩΣ
ΣΤΗΣΟΝ ΠΟΔ', ὀργῇ δ' ΥΠΟΘΕΣ ἥσυχον πόδα.

In Helena vs. 562.

ΣΤΗΣΟΝ, φόβου μεθεῖσα, λαιψηρὸν ΠΟΔΑ.

Itaque, cur in Electrae l. c. pro * στήσω πόδα substituendum sit, βήσω πόδα, caussam video nullam. dubito etiam, an, quum βήσω in Indicativo Activo inusitatum sit, in subjunctivo admittatur.

Elegans locutio est ὀργῇ ὑπόθες ἥσυχον πόδα. respicit ad simplex verbum θεῖναι πόδα, quo utitur in suppl. vs. 171.

'Ελθεῖν δ' ἔτλησαν δεῦρο, καὶ ξένον ΠΟΔΑ
ΘΕΙΝΑΙ, μόλις γεραιὰ ΚΙΝΟΥΣΑΙ ΜΕΛΗ.

In Iphig. in Aul. vs. 614.

Σὺ δ' ὦ τέκνον, μοι λεῖπε πωλικοὺς ὄχους
Ἁβρὸν ΤΙΘΕΙΣΑ ΚΩΛΟΝ, ἀσθενὲς δ' ἅμα.

Iphig.

* Vid. Misc. Observ. A. 1738. M. S. O. N. D. pag. 436.

Digitized by Google

Iphig. in Taur. vs. 33.

Θόας, ὃς ὠκὺν ΠΟΔΑ ΤΙΘΕΙΣ, ἴσον πτεροῖς.

in Rheso vs. 571.

Φυλάξομαί τοι κἀν σκότῳ ΤΙΘΕΙΣ ΠΟΔΑ

Ibid. vs. 280.

'Ρῆσον. ΤΙΘΕΝΤ' ἔλεξας ἐν Τροίᾳ πόδα.

In Bacchis vs. 861.

Ἆρ' ἐν παννυχίοις χοροῖς
ΘΗΣΩ ποτὲ λευκὸν
ΠΟΔ' ἀναβακχεύουσα.

Denique in Iphig. in Taur. vs. 752.

Μήποτε καθ' Ἄργος ζῶσ' ΙΧΝΟΣ ΘΕΙΗΝ ΠΟΔΟΣ.

Theocrit. Idyll. 21. vs 59. de piscatore.

Ὤμοσα δ' οὐκ ἔτι λοιπὸν ὑπὲρ πελάγους ΠΟΔΑ ΘΕΙΝΑΙ.

Ut autem κινοῦσαι μέλη de euntibus, ita κινεῖν πόδα dixit in Bacchis vs. 764.

Πάλιν δ' ἐχώρουν, ὅθεν ΕΚΙΝΗΣΑΝ ΠΟΔΑ.

CAPUT II.

IN hoc capite Pausaniae & Plutarchi locum, ut credo, mutilum emendare conabor. Pausanias Lib. VI. cap. 21. Hippodamiae procos ab Oenomao patre occisos recenset, quibus addit Ἠιόνες Μάγνητες τοῦ Αἰόλου. Unusquisque locum attento oculo intuitus; etsi non Lynceus, corruptum facile viderit, quem ita corrigendum puto Ἠιονέα Μάγνητος τοῦ Αἰολίδου. Quod

enim Sylburgius vir doctissimus reponit, καὶ Αἰολεῖς Μάγνητες ἀπὸ τοῦ Αἰόλου, forsan quidem aliis, mihi vero non placet. locum, ut ego restituo, emendandum esse docet Pisander apud Schol. Euripidis in Phœniss. vs. 1748. ἦσαν δὲ Εὐρύνομος καὶ Ἠϊονεύς, υἱοὶ Μάγνητος, τοῦ Αἰολίδου καὶ Φιλοδίκης. ὁ δὲ Ἠϊονεὺς (ἀνῃρέθη) ὑπὸ τοῦ Οἰνομάου, ὃν τρόπον καὶ οἱ ἄλλοι μνηστῆρες.

Alter locus est Plutarchi περὶ φυγῆς Tom. II. p. 602. Οἶμαί σε τῆς Νάξου γεγονέναι θεατήν. εἰδὲ μὴ, τῆς Θουρείας ἐνταῦθα πλησίον οὔσης, ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἐχώρει τὸν Ἐφιάλτην, καὶ τὸν Ὦτον, αὕτη δὲ τοῦ Ὠρίωνος ἦν οἰκητήριον. pro Θουρείας, lego Ὑρίας. id docet Strabo Lib. IX. pag. 620 ἡ Ὑρεία δὲ τῆς Ταναγραίας νῦν ἐστι, πρότερον δὲ τῆς Θηβαΐδος, ὅπου ὁ Ὑριεὺς μεμύθευται, καὶ ἡ τοῦ Ὠρίωνος γένεσις. de Orionis hac patria, agit etiam Schol. Homeri Iliad. Σ. vs. 486. Regis vero *Hyriei* nomen Hygino fab. 195. & Lib. II. Astron. Poëtic. cap 34. restituendum esse jam ante Munckerum viderat P. Leopardus Lib. XIII. Emend. cap. 22.

CAPUT III.

IDem supra memoratus Plutarchus Hygini locum Micyllo suspectum, a Munckero injuste defensum in integrum restituet. Hyginus multis locis mire depravatus, Fab. XXVIII de Oto & Ephialte fratribus ab Apolline interemptis scribit. *Qui ab Apolline nacti sunt interfecti*. Micyllus legit *ab Apolline avo s. i.* Munckerus τὸ *nacti* passive hic sumi docet, ut alibi *nacta occasione*. aliud *nacti ab aliquo*. qui loquendi modus Hygino, licet ad ultimam Romanorum Scriptorum aetatem detrudendo, esset indignus. Plutarchus itaque legendum monet, *Qui ab Apolline naxo* (i.e. in insula Naxo) *sunt interfecti*, quum in insula Naxo Otum & Ephialten habitasse nos docet. Pindarum addo, qui hanc lectionem

Digitized by Google

nem adfirmat, qui cum ejus Scholiaſte ad O. Pyth. IV. vs. 56. in Naxo hos fratres periiſſe teſtatur. & hujus Pindari auctoritate adductus Munckerus recte in Apollodoro pro ἐν ἀμάξῃ, ἐν τῇ Νάξῳ legit. Idem e Pauſania docet Olearius ad Philoſtrati Heroic. cap. 1. §. 4. qui locus exſtat Lib. IX. cap. 22. γενέσθαι δέ σφισι τοῦ βίου τὴν τελευτὴν ὑπὸ Ἀπόλλωνος κατὰ τὰ αὐτὰ Ὅμηρος πεποιήκασι καὶ Πίνδαρος, ὡς ἐπιλάβοι τὸ χρεὼν αὐτοὺς ἐν Νάξῳ τῇ ὑπὲρ Πάρου κειμένῃ. Hinc Salluſtius apud Servium ad III. Aen. 578. Otum in Creta pugnaſſe, & ipſe Servius ad vs. 125. Bacchum poſt devictos gigantas in Naxo triumphum egiſſe memorat. Denique Aglaoſthenes, qui Naxica conſcripſit, ut Hyginus Lib. II. cap. 16. docet, Titanas in inſula Naxo ab Jove bello laceſſitos refert.

CAP. IV.

HYginus Fab. XIV. Argonautas deſcribens ait, *Orpheus Oeagri & Calliopes Muſae filius Thrax, urbe Flevia, quae eſt in Olympo monte ad f. E.* MARTIS CITHARISTA. Ultima haec verba multum negotii Eruditis exhibuerunt. Cl. Scheſſerus emendat *arte citbariſta.* eaque lectio vehementer mihi adridet. ita Apulejus III. Florid. *arte tibicen* dixit. ſed leviſſima mutatione legendum puto *mantis*, *citbariſta.* Hygini fabulae maximam partem Munckero videntur ex Graecorum & Latinorum Poëtarum ſcholiaſtis compilatae. Si haec tam vera, quam quidem veroſimilia, ſint, non dubium eſt, quin Auctor reſpexerit verba Scholiaſtae Apollonii Rhodii II. Arg. 686. τὸν Ὀρφέα φασὶ καὶ μάντιν εἶναι, & Scholiaſtae Euripidis in Alceſt. vs. 967. πρῶτος Ὀρφεὺς μυστήρια θεῶν παραδέδωκεν, ὅθεν καὶ θρησκείας (lege θρησκεία) τὸ μυστήριον καλεῖται, ἀπὸ τοῦ Θρᾳκὸς Ὀρφέως. καὶ ἄλλως καὶ ΠΟΙΗΤΗΣ καὶ ΜΑΝΤΙΣ

ιῶ ὁ 'Ορφεὺς. Primus Orgia inſtituit. Orpheus ut & Serv. docet ad VI. Aen. 645. Virgilii eum *Threicium ſacerdotem* vocantis. & ὀρφεοτελεσταί olim dicti ſunt ſacrorum Arcanorum myſtae. Vid. Spanh. ad Ariſtophan. Ran. vs. 1061. plura de Orpheo theologo dabit J. Perizonius ad Aelian. Lib. VIII. V. H. cap. 6. Adpoſite ergo junxit Hyginus *mantis* & *cithariſta*. egregie Cithara doctum fuiſſe Orpheum, non eſt, quod multis probemus. Argonautae enim aureum vellus petituri Chironem vatem conſuluerunt, & reſponſum retulerunt, nautas, numquam Sirenum litora ſuperaturos eſſe, niſi ſi comitem ſibi adſciſcerent Orpheum, ut eorum aures citharae, qua pollebat, cantu mulceret.

Haec narrat Herodorus apud Scholiaſt. Apoll. Rhod. Lib. I. Argon. vs. 23, 31. quod officium egregie praeſtitit, (vid. Tzetz. ad Lycophron. vs. 175.) ut neminem praeter Buten Sirenum dulcedine e ſociis amiſerint, teſte Hygino. Objecerit mihi quiſpiam, τὸ *mantis* Graecum eſſe vocabulum, neque umquam civitate Latina donatum. Reſpondeo, in ipſo Cicerone legi, & Hyginum ipſum dixiſſe fab 190. *Theſtor mantis*, ubi Munckerum conſule. qui ad fab 81. docuit, uti vocabulis Graecanicis ſolenne eſſe Hygino, & ad Lib. II. cap. 1. P. Aſtron. recte *Aepolorum*, i. e. *caprariorum* pro *aetolorum* reſtituit. Imo prioris Latinitatis ſcriptoribus Graecas admiſcere voces quarum propria ſignificatio non bene Latina lingua exprimi poteſt, familiare eſt. quare apud C. Nepotem in Pauſania ingenioſiſſimam Cl. Oudendorpii conjecturam ad J. Caeſar. Lib V. B. G. cap. 12. pag. 225. pro *cum Scytala*; *cum talea* legentis vix admittere auſim.

CAP.

CAP. V.

Cornelia Gracchorum mater in Epistola ad filium scribit pag. 747. Edit. Nepotis ultimae *& invocabis Deum parentem i. e. n. p. t. e. D. preces expetere.* Salmasius legit *e. i. Deos manes parentis. i. e. n. p. t. e. Deûm paces expetere.* quam lectionem probat Graevius ad Ciceron. Pro Domo cap. 41. mox pro *Ne ille sinat Jupiter te ea perseverare.* Rutgersius Lib. V. Var. Lect. cap. 12. *N. i. s. J. t. eo perseverare.*

J. Fr. Gronovius ad Livium Lib. XXII. cap. 38. legit: *Ne ille sinit Jupiter te ea perseverare.* ita codd. uno excepto. *perseverare* verbum esse *activum* praeter Gronovium docuere Viri eruditissimi Davis. & Oudendorp. ad Hirtium de B. Africano cap. 18. Plura verba neutra esse videntur quae activae sunt significationis: ita optime in Nepotis Attico cap. 21. §. 3. pro *fistula putris eruperit. fistula pus se eruperit*, legendum conjecit Cl. Oudendorpius ad J. Caesar. Lib. I. de B. Civ. cap. 8. Vid. Eund. ad Lib. II. cap. 12.

CAP. VI.

Frontini locum haud recte puto a Tennulio intellectum. Lib. II. cap. 1. Ex. XVII. *Divus Augustus Vespasianus Judaeos Saturni die, quo eis nefas est, quidquam seriae rei agere, adortus superavit.* Tennulius postquam caussam, cur Vespasianus Saturni die Judaeos fuerit adortus, exposuit, multa addit de jejunio, quo Ethnici Judaeos hunc diem sacrasse falso credebant, de qua Ethnicorum opinione videndi Interpr. ad Suetonii August. cap. 76. sed nihil haec faciunt ad illustranda verba *quidquam rei seriae agere.* Respicit enim Auctor ad otium & luxum, quibus sese dabant

isto die Judaei, non vero ad jejunium. Sed rem ab initio repetamus. Judaeos persequebantur Romani, ceterique ethnici odio internecivo, cujus caussa facile liquet e Philostrato Lib. V. de Apoll. Tyan. cap. 33. καὶ γὰρ στρατιὰν ἔχεις, καὶ δύναμις, ἣν ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους ἦγες, ἐπιτηδειοτέρα ἦν τιμωρεῖσθαι Νέρωνα. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ πάλαι ἀφεστᾶσιν οὐ μόνον Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων; οἱ γὰρ ΒΙΟΝ ΑΜΙΚΤΟΝ εὑρόντες, καὶ οἷς μήτε ΚΟΙΝΗ ΠΡΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ ΤΡΑΠΕΖΑ, μήτε ΣΠΟΝΔΑΙ, μήτε ΕΥΧΑΙ, μήτε ΘΥΣΙΑΙ, πλέον ἀφεστᾶσιν ἡμῶν, ἢ Σοῦσα καὶ Βάκτρα, καὶ οἱ ὑπὲρ ταῦτα Ἰνδοί. Hinc varia & horrenda, quibus Judaeos, infamarent, finxerunt crimina. inprimis vero sacra, quibus operabantur Judaei, omnium ludibrio exponere quocumque modo conati fuerunt. Alii impiam & Deos perosam esse gentem clamitabant. Alii coelicolas i. e. nudum coelum colentes Judaeos appellabant. Alii caput eos asininum adorare pro certo adfirmabant. Vid. Tertulliani Apologetic. cap. XVI. Graevius Epist. 482. ad N. Heinsium & celeb. P. Burmannus de Jove Fulgeratore cap. 10. Multi etiam Judaeos deridebant, quod religiose jejunarent, & quidem jejunium celebrarent die Saturni. Non tamen omnibus eadem de Sabbatariorum jejuniis fuit opinio; Alii enim, in quibus videtur esse Frontinus hoc die ne quidquam seriae rei agere Judaeos, nec opus, nec iter facere neque se defendere fuisse ausos. sed otio sese duntaxat dare, gulae indulgere, ventrem variis cibis explere, imo dapibus sese obruere ac vino quasi sepelire, & ita Baccho operari credebant. Audiamus Plutarchum Lib. IV. Symposiac. Quaest. 5. pag. 672. Qui postquam praecedenti pagina de Judaeorum jejuniis & Sabbatorum feriis maligne opinatus fuerat, de hoc Sabbati sive Saturni die adnotat, αὐτοὶ δὲ τῷ λόγῳ μαρτυροῦσιν, ὅτι ΣΑΒΒΑΤΟΝ τιμῶσι, μάλιστα μὲν πίνειν, καὶ οἰνοῦσθαι παρακαλοῦντες ἀλλήλους, ὅταν ᾖ κωλύει τι μεῖζον, ἀπογεύεσθαι γε πάντως ἀκράτου νομίζοντες, cetera,

quae

quae de origine vocis Sabbati, Pontifice Maximo, ejusque tintinnabulis, pallio ac Levitis ex ejusdem calamo profluxerunt, ut Judaeos Bacchum colere certis argumentis monſtraret, omitto.

Hanc Judaeis, ut putabant, uſitatam Sabbati diem celebrandi conſuetudinem imitati fuerunt multi e Romanis, qui otio & epulis hunc diem etiam conſecrare coeperunt, & quadam prava ſuperſtitione commoti Sabbato iter facere non ſuſtinuerunt. Vid. Brouckh. ad Tibull. I, III, 17.

Aut ego ſum cauſſatus aves, aut omina dira
Saturni, aut ſacram me tenuiſſe diem.

& celeb. Burm. ad Ovid. Remed. Amoris vs. 219.

Nec pluvias vites: nec te peregrina morentur
Sabbata; nec damnis Allia nota *ſuis.*

(Quamquam J. Lipſius Lib. I. Saturn. Serm. cap. 5. propter triſte ac maleficum Saturni ſidus hunc diem viae infauſtum Romanis viſum fuiſſe adfirmet.) Adde Tertullian. cap. XVI. Apologetic.: *ſecundo loco ab eis ſumus, qui diem Saturni otio & victui decernunt, exorbitantes & ipſi a Judaico more, quem ignorant.* Ubi conſule celeb. Haverkamp. Hos ergo a Gentilibus male perceptos Judaeorum ritus innuens Frontinus, illos Die Saturni nullam rem ſeriam agentes, ſed ex perverſa ſuperſtitione otio & gulae indulgentes, a Veſpaſiano, ut olim male feriatos Trojanos a Graecis ſuperatos fuiſſe memorat. Praeterea de ſuperſtitione, qua ſeſe defendere hoc die non ſuſtinuiſſe jactantur Judaei, ita Plutarchus idem de Superſtit. Tom. II. pag. 169. Ἀλλὰ Ἰουδαῖοι σαββάτων ὄντων ΕΝ ΑΓΝΑΜΠΤΟΙΣ ΚΑΘΕΖΟΜΕΝΟΙ τῶν πολεμίων κλίμακας προστιθέντων, καὶ τὰ τείχη καταλαμβανόντων οὐκ ΑΝΕΣΤΗΣΑΝ, ἀλλ' ἔμειναν

ὥσπερ ἐν σαγήνῃ μιᾷ τῇ δεισιδαιμονίᾳ συνδεδεμένοι. Frontini phrasin *quidquam rei seriae agere* inlustrat summus Gronovius ad Livium Lib. XXIII. cap. 7.

CAP. VII.

AD Hyginum redeo. Fab. 92. *Cui* (Paridi) *si secundum se judicasset, pollicita est in omnibus terris eum regnaturum, divitem praeter caeteros praestaturum.* Locutionem contra Munckerum egregie defendit Cl. J. Arntzenius ad A. Victorem de O. G. R. cap. 6. Adhuc tamen aqua mihi haeret. Dubito enim an recte dicatur *praeter caeteros praestat dives. inter homines praestare* quidem dicitur. Quid si cum Micyllo & Munckero *divitiis* retineamus, legentes *divitiis reges caeteros praestaturum. praestare aliquem divitiis*, Latinissime dici cuivis notum est. Vid. Nobb. Viri Heins. ac Burm. ad Ovidii IV. M. 630. & ita Lib. II. Astronomic. Poët. cap. 8. e Codd. MSS. lego *caeteras corporis specie praestans.* Aut si conjiciendi datur locus legamus, *se divitem* (Paridem) *praeter caeteros praestaturam. Praestare* pro reddere, facere sumi haud novum. Phaedr. Lib. I. Fab. 31. vs. 9. *Qui vos ab omni tutas praestem injuria.* & ita alii passim. Deinde lego *fortissimum inter mortales futurum.* Suadet id mihi praeter Coluthum a Munckero laudatum Euripides in Troade vs. 925.

Ἔκρινε (Paris) τρισσόν ζεῦγος ὅδε τρισσῶν θεῶν.
Καὶ Παλλάδος μὲν ἦν Ἀλεξάνδρῳ δόσις,
Φρυξὶ στρατηγοῦνθ' Ἑλλάδ' ἐξανιστάναι.

Confer vs. 974. ejusdem dramatis.

CAP. VIII.

FAb. CCXXV. Hyginus ſcribit, *Eleuther primus ſimulacrum Liberi patris conſtituit.* Locus corruptus, ſed qua ratione reſtituendus ſit, non liquet. *Eleuther* Lycaonis dicitur fuiſſe filius, a quo *Eleuther*, ſive *Eleutherae* oppidum Boeotiae forſan nomen habuit. de Heroe hoc Plutarchus Quaeſt. Graec. T. II. p. 300. quamquam ab Apolline *Eleuthere* nomen adeptum eſſe ab aliis dicitur. Vid. Graevius Lect. Heſiod. cap. 22. Quidquid ſit, non *Eleuther* iſte, ſed *Pegaſus* Eleutherius, ſive Eleutherarum civis Bacchi ſimulacrum, & cultum Athenienſes docuiſſe memoratur a Pauſania Lib. I. cap. 2. pag. 7. & Scholiaſte Ariſtophanis Acharn. vs. 242.

L. C.

Digitized by Google

L. C. VALCKENAER

DE

HYGINI FRAGMENTO

DOSITHEANO:

SCHEDIASMA.

NOn dubito, quin plerique ad *Hygini* Genealogiae mentionem cupide evolverint *Doſitheanum* excerptum, quod in ultimo Miſcellanearum Obſervationum faſciculo locum invenit; ſed vereor, ne ſpe, quam ad inexpectatum nomen conceperant, deluſa, propter inſulſam nugacis Grammatici praefationem reliqua non ſine faſtidio legerint, ac tres fabulas, tum ad editum *Hyginum*, tum ad inconditam ſtili *Doſitheani* ſtribiliginem comparatas, paulo propius conſiderare noluerint: ſin vanus hic eſt metus, has ſaltem fabulas publica luce non indignas judicaverunt. Quum vero nulla facta ſit Codicis, qui fragmentum ſuppeditavit, mentio, ejus indicandi negotium mihi datum credidi: id quominus a Doctiſſ. *Editore* praeſtitum fuerit, ſi quis mea culpa accidiſſe arbitretur, operoſe non intercedam; modo ne quis ſuſpicioſior ita in animum ſuum inducat, haec propterea a me adferri, ut Humaniſſimi Viri merita

rita deprimerem, aut in tantilla re laureolam quaererem. Nihil hercle minus cogito. Verum committendum non existimavi, quanquam aliarum etiam rerum satago, ut mea hac in parte diligentia desiderari posset. *Primum* itaque ipsius Codicis, *deinde* Auctoris, *tum* materiae libro contentae dabo notitiam, paucula *denique*, subjungam, quae ad *Hyginum* propius spectant. Priora, tametsi nonnullis videbuntur nihil quidquam magno opere ad hanc rem facientia, ego aliter censeo, &, de fabularum Graecarum Auctore rite judicari non posse, contendo, nisi quis *Dositbei* scribendi rationem, & reliqua cognita habeat & prius exploratissima.

Codex, quo *Dositbeanum* excerptum continetur, est inter Batavae Biblioth. *Vossianos*, Graecorum voluminum in quarto, ut vocant, septimum. Forma membranarum quadra est; singulae paginae (constat liber in universum LXXX.) in quatuor columnas ad amussim quales ita sunt distinctae, ut Graecis Latina vocabula adcurate respondeant. Literae vivida adhuc nigredine conspicuae, grato nitore lectorem prolectant, neque tamen recentem Scriptionem produnt; character Graecus, accentuum & spirituum notis destitutus, uncialis est, sed neque ad vetustissimam scripturam accedit, neque cum ullo speciminum planissime conspirat, quae in Palaeographia Graeca exhibuit Vener. *Montfauconius*; nisi quod plerarumque tamen literarum tractus egregie cum illis conspirant, quos e Cod. Reg. p. 214. enotavit. Hinc si foret judicandum & ex accentuum absentia, ad summam antiquitatem Codex noster adsurgeret: verum ab istac cogitatione abducor, dum Latinam scripturam considero, & ad MS. specimina e Psalterio & Glossario depromta, quae in Palaeogr. prostant p. 237 & 248. comparo. Re tandem diligentius explorata, vix dubito, quin *Vossianus* Codex DCCCC annorum antiquitate sit commendabilis Saec. VIII. sive

IX.

IX. conscriptus; & quidem a Librario Latino, qui, dum Graecas literas scienter pingere didicerat, Linguae inscius fuit & rudis. Graecae voces mirabiliter mendosae ejuscemodi passim vitiis scatent, quae difficulter emaculari possent absque Latinae versionis subsidio, si Graeca spectes, paucissimis mendis inquinatae; unde facile dignosci potest, uter sermo Calligrapho fuerit nativus, Graecus, an Latinus.

Salmasius, qui hunc Codicem utendum acceperat a *Christiano Rumpfio*, Medico, e cujus Bibliotheca in *Vossianam* devenit, *librum* vocat *vetustissimum* Observ. ad Jus Att. & R. c. XXIII. p. 505, quaeque inde idem protulit, *vetusto auctori anonymo* accepta refert, quem in Plinianis p. 916. *Veterem Grammaticum* nuncupaverat. Auctoris nomen Codex *Vossianus* nuspiam praefert, olim fortasse initio adpositum, quatuor enim priorum paginarum scriptura, non temporis diuturnitate fuit detrita, sed data opera ab otioso homine, ut, nescio quibus inaniis excipiendis inservirent, inducta. Catalogus *Dosithei* nomine librum commendat p. 395. *Glossae Dosithei Graeco-Latinae, qui sub Hadriano vixit, cujus complura recenset apophthegmata egregie scripta.* Credibile, non aliter fuisse in *Vossiano* indice: *Isaacus* certe *Vossius* ad *Catull.* p. 97. e *Dosithei* Glossis profert, quae hoc in libro reperiuntur, si unum exceperis Ποδεκμαγεῖον, *pedale*, ex alio ejusdem libri apographo forsan desumtum, e quo non nullas insignis bonitatis glossas edito *Philoxeni* Glossario sub *Dosithei* nomine adscripserit *Vossius*, quae in Leidensi Cod. frustra quaesiveris; veluti sunt sequentia: *Deliquo*, διήθω. *Palor*, ῥέμβομαι, πασσαλοκοπῶ. *Palpor*, κροτῶ. *Praesidior*, βοηθῶ. *Racemor*, κοκκολογῶ. *Sannor*, μυκτηριάζω. *Subdor*, ἐφεδρεύω, βοηθῶ. & quae plura ad manum sunt. Certiora, quae librum Nostrum *Dositheo* auctori vindicent, indicia is Codex subministrat, quo usus fuit *Cujacius*. quem-

quemque apud *Cujacium* vidiſſe ſeſe adfirmat *Scaliger* in *Scaligeran.* p. 128. e quo poſtea *Doſithei Magiſtri Liber III. continens D. Adriani Imperatoris ſententias & epiſtolas* vulgatus eſt a *Goldaſto*, & cum ejusdem notis *Jurisprudentiae Veteri Ante-Juſtin.* ab *Antonio Schultingio* V. C. ſubjectus. Ubi in Gloſſ. Graec. Barb. *Doſithei ſentent. Lib. III.* citat *Joannes Meurſius*, a levi errore non eſt inmunis. Quae a *Goldaſto* edita ſunt, univerſa, non ſine aliqua ſcripturae diverſitate, in Voſſiano Codice continentur, & eundem Auctorem produnt. Quo argumento nitatur Catalogi *Voſſiani* Auctor, qui *Doſitheum* ſub Hadriano vixiſſe, adfirmat, exputare nondum potui; incertae aetatis Scriptor videbatur *J. A. Fabricio*, qui inter Grammaticos Graecos *Doſitheo* etiam locum conceſſit Bibl. Gr. Vol. VII. p. 59 & 60. Si qua *Doſitheo* fides, neque ſuccurrit, quod eam labefactet, nulla amplius de ejus aevo poterit remanere dubitatio, quum *Apro & Maximo Coſs.* id eſt ſub initium ſaeculi III. anno poſt C. N. CCVII. *Hygini* Genealogiam a ſe deſcriptam, liquido adſeveret; quod non parum *Reineſii* confirmat ſententiam, a qua non abhorruit *Schultingius* in praefat. p. 15. argumento in rem ſuam uſus minime ſpernendo.

Is itaque *Doſithei* liber *bina* primum continet *Gloſſaria*, deinceps *Hadriani reſponſa*, *Fabulas Aeſopias*, *Juris antiqui fragmentum*, *Excerptum ex Hygini Genealogia*, tandem *belli Trojani hiſtoriam.* Singula praefationibus a ſe invicem diſcernuntur; omnia Graece & Latine a Magiſtro conſcripta, pueris erudiendis inſerviiſſe, ex variis indiciis certo conſtat. Integro operi Auctor titulum videtur feciſſe: Ἑρμηνεύματα, *Interpretamina.* In praefatione ſecundo Gloſſario praefixa, ἐν τῷ πρώτῳ, inquit, βιβλίῳ τῶν ἑρμηνευμάτων ὡς πρῶτα συνηνέγκαμεν ῥήματα, *in primo libro interpretamentorum.* Libro primo ſubjungitur: *Impletum eſt primum interpretamen.*

Primus,

Primus, quem dicit, liber in *Voss.* Cod. hac ratione incipit:

Ἢ πλέον,	*aut amplius.*
Καὶ μεῖζον,	*& maius:*
Καὶ ἐλευθεριώτερον,	*& liberius.*
Καὶ πληρέστερον,	*& plenius.*
Καὶ ὑπέρμεστον,	*& cumulatissimum.*
Δαψιλέστερον γάρ,	*largitius enim.*

Eadem mox pagina sequitur:

Ἀποδώσω οὖν,	*reddam ergo.*
Τὰ λοιπά,	*cetera.*
Κατὰ στοιχεῖον,	*per literas.*

Nihil est causae, cur moneam in MS. legi ταλυπα κάτασυχιον· Literarum ει & ι, υ & οι: αι & ε. per mutationem hoc in libro, uti in aliis, perpetuam in numerum mendarum, quas memoravi, ne quidem retuli; earum etiam, si quid in medium proferam, nulla a me habebitur ratio. Ista autem, quae posui, verba breve excipit Glossarium ad ordinem literarum digestum. quo vix quidquam continetur, quod non sit pervulgatum & in editis Gloss. obvium. Quae subjiciam tametsi mendis non vacant, haud indigna videbantur, quae inde enotarem:

Ζώνη,	*Simicinthium.*
Θυμαντικός,	*Animosus.*
Ἱκεσία,	*Supplicatio, Praefatio.*
Κλάννει,	*Frangit.*
Κυβευτής,	*Stlactarius.*
Λάωμεν,	*Micemus.*
Τύπτει,	*Foedit.*

Abso-

Digitized by Google

Abſoluto hoc Gloſſario, atque adeo primo interpretaminum libro, in MS. p. 7. laudat Magiſter *diligentiam* ſuam, & *ſtudium*, *quo transſcripſerit librum omnibus digniſſimum*, & quae hujusce farinae plura ſunt; ἐν τῷ δευτέρῳ addit βιβλίῳ ἐροῦμεν, ὧν καὶ θελήσει πρόνοια, *in ſecundo libro dicimus*, *quorum & vult providentia*. Secundus iſte liber Gloſſarium complectitur, niſi Onomaſticon mavis vocare, Veteris notae & ex optimis libris a *Doſitheo* decerptum, non ad Alphabeti ſeriem diſpoſitum, ſed in capita XXXVII. diſtinctum, cujusce generis Gloſſarium ab *H. Stephano* vulgatum Theſauro utriusque Linguae inſeruit *Vulcanius*, quocum ſcriptus libellus ita convenit, ut & edito ſit auctior, & ad mendas, quibus is oppletus eſt, detegendas & emendandas facillimam viam non raro aperiat: In capite *de ſpectaculis* in *Vulc.* Ed. Col. 274. reperies: *Tubicines*, Κήρυκες. *Puerili*, Πιεαύδη. *Coraule*, Χοροαυλη. Eo haec poſui, quod *Puerili* iſta in ſede non conveniant, & *Vulcanio* atque *Meurſio* caliginem objecerint. Dubium non eſt, quin pro *pueruli* legendum ſit *Pythaulae*. En, quae MS. ſuppeditat: Σαλπισαὶ, *Tubicines*, Κήρυκες, *Curiones*. Πυθαύλαι, *Pythaulae*. Χοραύλαι, *Choraulae*. Primum Gloſſarii caput, e quo de reliquis conſtare poſſit, non pigebit deſcripſiſſe:

ΠΕΡΙ ΘΕΩΝ.	*DE DIIS.*
Θεῶν ὀνόματα,	*Deorum nomina.*
Θεοὶ ἵλεοι,	*Dii propitii.*
Οὐράνιοι,	*Celeſtis.*
Ἐπίγειοι,	*Terreſtris.*
Θαλάσσιοι,	*Marini.*
Θεοὶ καταχθόνιοι,	*Dei inferni.*
Δαίμονες,	*Demones.*
Σκιὰ,	*Umbra.*

Κρόνος,	*Saturnus.*
Ζεὺς,	*Jovis.*
Ζεὺς βροντῶν,	*Jovis tonans,*
Ζεὺς ἀςράπτων,	*Jovis coruſcans.*
Ζεὺς κεραύνιος,	*Jovis fulminans.*
Ζεὺς μέγιςος,	*Jovis Maximus.*
Ζεὺς Κτήσιος,	*Jovis Specularus,*
Πύλαιος,	*Janus geminus.*
Ὀρθώσιος,	*Stator.*
Στρόφιος,	*Bulturnus,*
Ποσειδῶν,	*Neptunus.*
Ἥλιος,	*Sol.*
Χάρων,	*Orcus.*
Πλούτων,	*Ditis pater.*
Σεράπις,	*Serapis.*
Διόνυσος,	*Liber pater.*
Ἀπόλλων,	*Apollo.*
Ἀσκληπιὸς,	*Aeſculapius.*
Ἡρακλῆς,	*Herculis,*
Ἑρμῆς,	*Mercurius.*
Πὰν,	*Silvanus.*
Διόσκοροι,	*Caſtores.*
Πρίηπος,	*Priapus.*
Ἄρης,	*Mars.*
Βαίπυλος,	*Abaldir.*
Ἔρως,	*Cupido.*
Καρποφόρος,	*Frugifer.*
Ἐφιάλτης,	*Incubus.*
Αἰὼν,	*Aeternus.*
Δαίμων.	*Genius.*
Σίληνος.	*Ingenis.*

Hujus non eſt operae, in mendis eluendis diutius morari: unum attingam, ne quis, ſi id praetermiſiſſem, poſtea mihi vitio vertat. Pro Βαίπυλος, *Abaldir*, ſcribi debet: Βαίτυλος, *Abaddir*. *Priſcianus* Lib. V. p. 647.

Abadir

Abadir Deus est: dicitur & hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devorasse pro Jove, quem Graeci Βαίτυλον vocant. Hunc locum, & ad peregrinam utriusque nominis formam declarandam plurima, notavit *S. Bochartus* Geogr. S. P. II. L. II. c. 11. col. 707. & 708. Etymologi notam in Βαίτυλος eadem ratione praefert MS. *Leidensis*, qua eam emendandam Vir Eruditissimus admonuit.

Glossario, quod secundi Interpretaminum libri vices praestat, eadem illa: Θαυμαστόν ἐστι καὶ ἐπαινετὸν & reliqua subnectuntur in MS. p. 30. & seqq. quae sub *Dosithei* nomine edidit *Goldastus*. Ab his nec Graeca neque etiam Latina nisi in levioribus discedunt; Graecae autem quae vocantur *Hadriani* sententiae a praefationum stilo non deflectunt, & eam movent suspicionem, Auctorem Latinum habuisse, e quo nonnulla Lexicorum istius aevi subsidio, Graece verterit *Dositheus*, qui ad istam postea versionem in usum puerorum Latina etiam vocabula adjecerit.

Tandem ad fabulas *Aesopias* in MS. p. 40. deveni, non infimam libri *Dositheani* partem. Primae fabulae initium tantum dedit *Goldastus*, in cujus apographo reliqua omnia deerant. In *Vossiano* fabulae occurrunt XVIII. ab illis, quae vulgo sub *Aesopi* nomine circumferuntur longe diversae, quaeque eorum sententiam, qui has *Planudae* deberi censuerint, minime labefactent. Prudenter itaque adsensum sustinuit. *J. A. Fabricius* Bibl. Gr. Lib. II. c. IX. §. 11. *Vossianus* Codex, quem ibidem indigitat *Boylius*, dubium non est, quin is ipse sit qui prae manibus versatur, quem melius vocasset Codicem 500 annis ante *Planudae* aetatem conscriptum. Fabulae, quas continet, *Aesopiae* non sunt invenustae, & ab homine Graece scientissimo conscriptae, raro a *Dositheo* interpolatae, sed ab eodem in Latinum sermonem versae. Unam & alteram

e MS. producam, poſtquam nonnulla de *Hygini* fragmento monuero.

Fabulas *Aeſopias* nova iterum excipit Praefatio p. 47. diverſi generis materiae inſerviens, quam propterea non indicabo, ut hanc partem Amico meo integram relinquam, qui pulcerrimo munere Juris antiqui ſtudioſos brevi ſibi demerebitur. Praefationis deſcribendae moleſtiam non inſumam, cum nihil diſtet ab editis, e quibus hominis ingenium, quantum pro *Hygini* fabulis ſufficiat, perſpici poteſt atque dignoſci.

Sequuntur p. 58. quae ad *Hyginum* ſpectant in Miſcellaneis vulgata. ultimam fabulam continuo ſequitur belli Trojani enarratio, e periochis *Homericis* conſarcinata, & ob Latinam verſionem, in qua formae ſubinde occurrunt inſolentiores, haud ſpernenda.

Redeo, unde diſceſſeram, & in *Hygini* fragmento, cujus cauſa hanc operam, quantulacunque ea eſt, inſumſi, aliquantiſper ſubſiſtam. Praemonendum tamen videtur, quod plerique me tacente ſuſpicabuntur, Indicem Excerpto in Miſcellaneis p. 418. praefixum, non legi in MS. neque inibi *Hygini* fabularum fieri mentionem, quam p. 419. aliquoties offendes. Haec & alia apographo adſcripſeram, quorum in cenſum inportunum iſtud ἄζυγος referri debet, quod a me inconſiderate libri orae adſcriptum, evulgari non debuiſſet: In vitiis porro, quae in excerpto remanſerunt, tollendis male ſedulam diligentiam non ponam, neque etiam, quae ab *Hygino* aliena videntur, attingam, ſed vero paucis inquiram quid per *Hygini Genealogiam* intellexerit *Doſitheus*, & ſi quid commodi hinc ad editum *Hyginum* derivari poſſit. Primum adſcribam *Doſithei* verba: Μαξίμῳ καὶ Ἄπρῳ ὑπάτοις πρὸ γ̄ εἰδῶν Σεπτεμβρίων Ὑγίνου Γενεαλογίαν πᾶσιν γνωστὴν μετέγραψα, ἐν ᾗ ἔσονται πλείονες ἱστορίαι διερμηνευμέναι ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ. *Maximo & Apro Conſulibus Tertio id. Septemb. Ygini Genealogiam omnibus notam deſcripſi, in qua erunt*

plures

plures iſtoriae interpretatae in hoc libro. Si fabulas, earumdemque indices conſideres, nihil offendas, quod non ad Mythologiam potius quam ad Genealogiam pertinuiſſe, cenſeri poſſit; nam, quod in diſſert. de Script. Mythol. contendit. *Thomas Galeus*, proprie utrumque genus a ſe invicem diverſum, veriſſimum eſt; nihil tamen impedit, quominus quis, utrumque ſimul complexus, Genealogiam conſcripſiſſe dici queat. In Genealogiis elaboraſſe *Hyginum*, ex Poët. Aſtronom. II. c. XII. inter omnes conſtat; num vero iſtud opus perierit, nec ne, non una eſt ſententia. Genealogias ab *Hygino* vocari, quarum epitome ſub fabularum nomine in vulgus fuerit edita, ſuſpicabatur *Galeus*, id ipſum *Jacobus Micyllus* & in diſſert. *Hygino* praemiſſa *Joannes Schefferus* videntur crediſſe. Horum Sententiam non parum commendat *Doſitheus*, qui, poſtquam *Hygini* Genealogiam a ſe deſcriptam fuiſſe monuerat, addit: ἐν ᾗ ἔσονται πλείονες ἱστορίαι διερμηνευμέναι ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ. Credibile itaque, indidem fabulas a *Doſitheo* fuiſſe deſcriptas, quarum indices tantum, ſive ignavia ſeu membranarum penuria poſuerit librarius; bonum factum, quod non omnes omiſerit, ex iis, quae ſuperſunt, de reliquis judicandum. Quae inter Latinas *Hygini* fabulas leguntur, 138. 141. 144. eaedem ſunt cum *Doſitheanis*, & in his vix quidquam occurrit, quod in illis non reperiatur.

Prima Fabula, *de Prometheo*, apud *Hyginum* CXLIV. iisdem fere verbis concepta, & quae ibi praemittuntur, ſervum etiam interpretem produnt, *ignem*, — *quod.* τὸ πῦρ, — ὅ. In fine legitur: *hanc aquilam poſt triginta annos Hercules interfecit* &c. *Doſitheus:* τοῦτον οὖν τὸν ἀετὸν . . . reliqua deerant. in MS. in quo, absque ullius lacunae indicio, ſequebantur, quae ad aliam fabulam olim pertinuerint. Clariſſ. G. *A.* in literis nuperrime ad me datis, „ *Hiatus*, inquit, eſt in hiſtoria „ Promethei, poſt verba enim τοῦτον οὖν τὸν ἀετὸν, deſi-

„ derantur finis illius fabulae & integrae quinque ſe-
„ quentes cum parte ſextae; verba enim τὰ κάλλιστα τῆς
„ ὀπώρης &c. ad fabulam Tantali pertinent, intra quam
„ & primam Promethei de Venere egerat, de Minerva
„ & Neptuno, de Actaeone, de Daedalo, de Apolline &
„ Caſſandra, uti ex indice ab ipſo Doſitheo adpoſito manifeſtum.“ Secunda fabula, quae *de Philyra* agit in cognominem arborem demutata, apud *Hyginum* eſt 138. In Graeca de Chirone dicitur: ὃς πρῶτος ἰατρικῆς ἐπιστήμης εὑρετὴς ἐγένετο. *Hygin. qui artem medicam primus inveniſſe dicitur.* in Latina *Doſithei* verſione MS. *qui primus medicinae artis diſciplinae adinventor fuit.* obſervari poteſt, unam Graecam vocem duabus ejusdem uſus Latinis reddi, atque adeo de Graecis Latinam factam verſionem: deinde notanda locutio, *medicinae artis* apud *Hyginum* plus ſemel obvia, & de Graecis ἰατρικῆς ἐπιστήμης ſatis inperite expreſſa. Ultima tandem fabula longius videri poſſet ab *Hygin.* fab. 141. recedere, niſi ex *Doſitheo* hac ratione emendandum *Hyginum* cenſueris: *Sirenes* —— *Proſerpinae raptum lamentantes ad Apollinis petram venerunt.* quae quidem licentia in *Hygino* facile ferenda, mirum in modum mendoſo, & ad ſcriptum Codicem poſt primam editionem nunquam exploraro: neque etiam novi, qui *Hygini* fabulas in vetuſto Codice uſpiam gentium reperiri, tradiderit, quod non immerito quis miretur, praeſertim cum Aſtronomicum *Hygini* opus, ſub titulis pro librariorum libidine diverſis, paſſim in Bibliothecis latiter.

Dignum vero, quod peritiores diligentius perſequantur, fuerintne *Hygini* fabulae Latine primum conſcriptae, & a *Doſitheo* Graece redditae, an contra Graecas fabulas ſub *Hygini* nomine legerit *Doſitheus*, & hinc nonnullas Latine reddiderit. *Hygini* fabulas e Graecis Latine verſas ad nos deveniſſe, haud abſurde cogitari poteſt, & fuerunt, quibus iſtaec ſententia non diſplicuerit. Multum hac in re diſputare, hujus non eſt loci;

ci: Auſim tamen contendere, Graecas, quae ſub *Hygini* nomine proſtant in Miſcellaneis, *Doſitheo* non deberi. Earum ſtilus, pro materiae ratione ſimplex, ſed nitidus eſt, & a *Doſitheano* immenſum quantum diverſus & diſparatus. Contendat modo quis *Doſithei* praefationes cum in Miſcell. tum a *Goldaſto* vulgatas, quin ipſas, quas vocat, *Hadriani* ſententias, & hominem agnoſcet Graecarum literarum rudem & plane expertem: ſicubi enim ex incondita ſcribendi forma & ſordidi ingenii faece ſeſe videtur emergere, veluti in lege de Parricidis §. 15. Graecos, quos deſcripſerit, Auctores habuiſſe exiſtimari debet. Ejusdem generis occurrunt §. 17. ed. *Schult.* p. 877. a reliquis, quorum vix quisquam ſenſum adſequatur, alio plane colore diſſita: *πρῶτον πάντων Θεοὺς σέβεσθαι, οὐ λιβάνῳ, ἀλλὰ συνειδήσει. Γονεῖς τιμᾶν· Τέκνοις ἐγγλυκαίνειν.* quorum ultimum, ſi vel MS. huic lectioni non adſentiretur, ex ſagaci *Tornaeſii* conjectura in textum debuiſſet a *Goldaſto* recipi, quem a legitima hac conſuetudine nulla alias religio removit.

Sola itaque Latina fabularum *Hyginianarum* verſio *Doſitheo* videtur tribuenda, qui pari ratione in *Aeſopiis* fabulis verſatus, ab alio Graece conſcriptas in Latinum ſermonem transfudit. Harum is nitor, ea eſt elegantia, ut Graeca *Doſitheo* deberi, nulla ratione mihi perſuadere potuerim. Fieri tamen facile poteſt, ut fallar, & propterea, ut liberam omnibus faciam cogitandi copiam ex *Aeſopiis* fabulis primam & ultimam deſcribam, ea ratione, ut in Graecis, ſcriptionem, quoad ejus modeſte fieri potuit, emendatam repraeſentem, Latinam verſionem non attingam. Prima fabula apud *Phaedrum*, *Locmannum* & alios obvia; poſtremam vivide in notiſſima Satira expinxit *Horatius*. Neutra occurrit in *Aeſopi* fabulis.

DE CERVO.

Ἔλαφος εὐμεγέθης ὥρᾳ θέρους δίψῃ λειπόμενος παραγίνεται ἐπί τινα πηγὴν διαυγῆ καὶ βαθεῖαν, καὶ πιὼν ὅσον ἤθελεν, προσεῖχε τῇ τοῦ σώματος, καὶ μάλιστα μὲν ἐπήνει τὴν φύσιν τῶν κεράτων ἀνατεταμένων τε εἰς πολὺν ἀέρα, καὶ ὡς κόσμος εἴη παντὶ τῷ σώματι· ἔψεγε δὲ τὴν τῶν σκελῶν λεπτότητα, ὡς οὐχ οἵων τε ὄντων αἴρειν τὸ βάρος· ἐν οἷς δὲ πρὸς τούτοις ἦν, ὑλακή τε κυνῶν αἰφνιδίως ἀκούεται, καὶ κυνηγεταὶ πλησίον· ὁ δὲ πρὸς φυγὴν ὥρμα, καὶ μέχρις ὅπου διὰ πεδίων ἐποιεῖτο τὸν δρόμον, ἐσώζετο ὑπὸ τῆς ὠκύτητος τῶν σκελῶν· ἐπεὶ δὲ εἰς πυκνὴν, καὶ δασεῖαν ὕλην ἔπεσεν, ἐμπλακέντων αὐτοῦ τῶν κεράτων ἑάλω, πεῖραν μαθὼν, ὅτι ἄρα ἄδικος ἦν τῶν ἰδίων κριτὴς, ψέγων μὲν τὰ σώζοντα αὐτὸν, ἐπαινῶν δὲ, ὑφ' ὧν προδέδοται.

Cervus bonae magnitudinis aestivo tempore siti deficiens advenit ad quendam fontem limpidum & altum, & cum bibisset, quantum voluerat, adtendebat a corpori, & maxime quidem laudabat naturam cornuorum excelsissimam in multo acre, & quod ornamentum esset omni corpori, culpabat autem crurum exi itatem, quasi non essent ferre pondus: sed cum in his esset, latratus canum subito audiit, & venatores proximo: at ille in fugam ibat, & quamdiu quidem per campos faciebat cursum, liberabatur a velocitate crurum, sed ubi in spissam & condensam silvam incidit, obligatis ei implicatus cornibus captus est, modo perdiscens, quod injustus esset suorum judex culpas quidem vituperans, quae salvabant eum, laudans autem, a quibus deceptus esset.

Quod in initio fabulae legitur, ὅσον ἤθελεν, a *Dositheo* videtur adjectum; Προσεῖχε τῇ τοῦ σώματος sensum non perficit. Paulo aliter vulgavit *Goldastus* a MS. lectione

lectione non recessi, quia videbatur a *Dositheo* profecta. Pristina, nisi egregie fallor, *Auctoris* scriptura fuit: προσεῖχε τῇ τοῦ σώματος εὐφυΐᾳ. haec propria vocabuli, secundario usu ad mentis virtutem translati, sedes. Apud *Homer*, Il. Δ. vs. 147. εὐφυέες μηροί. *Euripides* Iphig. Aul. vs. 1516.

—— —— εὐφυῆ τε σώματος
Δέρην σφαγεῖσαν. —— ——

Facete *Alexis* apud *Athen*. XIII. p. 568. C.

Εὐφυεῖς ὀδόντας ἔχειν; ἐξ ἀνάγκης δεῖ γελᾶν.

Quae quidem a *Dositheo* aliena sunt, minime vero ab hac fabula, in qua omnia ad optimorum scriptorum usum posita sunt & conformata. Inferius pro ἐν οἷς ἦν π. τ. λων. probem legi ἐν ᾧ δὲ π. & pro μέχρις ὅπου, μέχρις οὗ. In fine MS. praefert ἐνπλακεντων αὐτω. quod versionis rationem declarat. Ecce Tibi ultimam fabulam.

DE MURE RUSTICO ET URBANO.

Μῦς ἀρουραῖος ἐκάλεσεν ἐπ' ἑςίασιν μῦν ἀςικὸν, καὶ παρεῖχεν αὐτῷ σιτεῖσθαι τὰ ἐν ἀγρῷ σύκων τε καὶ σαφυλῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων· ὁ δὲ πολλὴν αὐτοῦ πενίαν κατεγίνωσκεν, ἐκέλευέ τε τῇ αὔριον ἀφικνεῖσθαι πρὸς αὐτὸν, καὶ ὃς εἰς πλουσίου ταμεῖον αὐτὸν εἰσαγαγὼν παρεῖχεν εὐωχεῖσθαι, τοῦτο μὲν κρεῶν παντοδαπῶν,

Mus silvester vocavit ad cenam murem urbanum, & praestabat ei vesci quae in rure, ficus & uvas & cetera poma; at ille multam ejus paupertatem agnoscebat, jubebat ei in crastinum venire ad se & ille in divitis cellarium eum induxit, praestabat epulari hac & quidem carnium omnium diversitatem, etiam & piscium; super

πῶν, τοῦτο δὲ ἰχθύων, ἔτι γε καὶ πλακοῦν τῶν ἐν ᾧ γε πρὸς τούτοις ἦσαν, ἡ Ταμιοῦχος ἐπεισῆλθεν, καὶ τούτους δέος τε καὶ φυγὴ καταλαμβάνει, καὶ ὁ ἀρουραῖος πρὸς τὸν ἀστικὸν, σὺ μὲν, ἔφη, ταύτης ἀπόλαυε τῆς τροφῆς, μετὰ τοσούτων ἐδεσμάτων, ἐγὼ δὲ χαίρω τῇ μετὰ ἀδείας καὶ ἐλευθερίας τροφῇ.

super & placunctarium dulciorum : in quo autem ad eos erant, Cellaria introivit, & eos necessitas & fuga conprehendit, & silvester ad urbanum, Tu, inquit, eas fruere epulationes cum tantis cibis, ego autem gaudio soluto & libero cibo.

Unicam adjiciam, quae postremam in MS. proxime antecedit, quia *Planudae* fab. 134. videtur obversata.

DE FORMICA ET CICADA.

Χειμῶνος ὥρᾳ σῖτον ἐκ μύχου σύρων ἔψυχε μύρμηξ, ὃν θέρους σεσωρεύκει, τέττιξ δὲ τοῦτον ἱκέτευσε λιμώττων, δοῦναί τι καὶ αὐτῷ τῆς τροφῆς, ὅπως ζήσῃ, τί οὖν ἐποίεις, φησὶν, τῷ θέρει τούτῳ. οὐκ ἐσχόλαζον, ἀλλὰ διετέλουν ᾄδων, γελάσας δὲ ὁ μύρμηξ, τόν τε πυρὸν ἐγκλείων, χειμῶνος ὄρχου, φησὶν, εἰ θέρους ᾖσας.

Jemis in tempore, frumentum e cabo trahens siccabat formica, quod per aestum collegerat, cicada autem eam rogabat esuriens dare aliquid sibi ex cibo unde & vivat, quid ergo faciebas, inquit, per aestatem banc, non mi vocabat, quia perseveravi cantando, ridens ergo autem formica, & frumentum includens, iberno salta, dixit, si per aestum cantasti.

Octoni, ut vides, sunt choliambi non invenusti:

Χει-

Χειμῶνος ὥρᾳ σῖτον ἐκ μυχοῦ σύρων
Ἔψυχε μύρμηξ, ὃν θέρους σεσωρεύκει,
Τέττιξ δὲ τοῦτον ἱκέτευσε λιμώττων
Δοῦναί τι κ᾽αυτῷ τῆς τροφῆς, ὅπως ζήσῃ·
Τί οὖν ἐποίεις, φησὶ, τῷ θέρει τούτῳ,
Οὐκ ἐσχόλαζον, ἀλλὰ διετέλουν ᾄδων,
Γέλασε, μύρμηξ, τόντε πυρὸν ἐγκλείων
Χειμῶνος ὀρχοῦ, φησὶν, εἰ θέρους ᾖσας.

GUL.

GUL. OTT. REIZII

SPECIMEN

PSEUDOSYNONYMORUM.

AD LECTOREM.

HOc tibi ſpecimen, Lector amice, ex ſilva Pſeudoſynonymorum excerptum, exhibere placet; unde judices, ecquid operae ſim facturus pretium, ſi Latinarum vocum, quae ſynonymae vulgo dicuntur, proprietates & genuinas notas earumque adeo inter ſe differentias, poſt Auſonium Popmam, ejusque accumulatorem & gravatorem verius quam amplificatorem Hekelium, tradere adgrediar: hoc potiſſimum conſilio, ut eas differentiarum notas non tam ex meo effingam ingenio, quod illi maximam fecerunt partem; (quodque nuper *Girardus*, Abbas Gallicus, in patria lingua perquam eleganter praeſtitit: ſed alia longe linguae vigentis viventisque, ut ita dicam, ac demortuae eſt ratio) quam ut ex probatis Romani ſermonis auctoribus ea loca colligam, in quibus vocum cognatarum atque adfinium concurſus & oppoſitio veram earum oſtendunt naturam. Quam telam dum pertexímus, non paucis ſimul veterum locis, Criticorum more, aut lucem, aut medelam, aut adverſus cenſorum & correctorum vim ſuppetias adferre pro virium tenuitate conabimur.

Digitized by Google

bimur. Quae inſuper praefari aut moris aut neceſſitatis eſt, ad ipſum opus, ſi quando editu dignum judicabitur, differo. Id tamen in praeſentia monendus es, Lector, me nonniſi ea, quae illis vel prorſus indicta, vel meo judicio minus recte tractata fuerant, ſelegiſſe atque excerpta hic dare. Vale.

Scribeb. Medioburgi, menſe Febr. 1739.

AB. Ex.

„ Qui *ex* theatro ſe venire dicit, (*verba ſunt* Diomedis Gramm. *Lib. I. pag.* 408. *f. Edit. Putſch.*) „ ex ipſo venit theatro; qui vero *a* theatro, non ex „ ipſo theatro, ſed el oco, qui proximus eſt theatro? Fuſior eſt Ciceronis hac de re ſermo *in Orat. pro A. Caecina c.* 30. „ Cum de vi interdicitur, duo genera „ cauſſarum eſſe intelligebant [*majores*]; ad quae interdictum pertineret: unum, ſi qui *ex loco*, in quo „ eſſet; alterum, ſi *ab eo* loco, quo veniret, vi dejectus eſſet. Et horum utrumque, neque praeterea „ quidquam, poteſt accidere, recuperatores. Id adeo, „ ſi placet, conſiderate. Si qui meam familiam *de* meo „ fundo dejecerit, ex eo me loco dejecerit: ſi qui „ mihi praeſto fuerit cum armatis hominibus extra „ meum fundum, & me introire prohibuerit, non *ex* „ eo, ſed *ab* eo loco me dejecerit. Ad haec duo gene„ ra rerum unum verbum, quod ſatis declararet utras„ que res, invenerant: ut ſive *ex* fundo, ſive *a* fun„ do dejectus eſſem, uno atque eodem interdicto reſ„ tituerer, unde vi.“ &c. Cui haec non ſufficiunt, perlegat ap. Cicer. reliqua cum principio cap. inſeq. Locum itidem ſatis longum ex Terentio Scauro *de Orthogr. in Ed. Putſch. pag.* 2263. *σὺν ἐπικρίσει* noſtra conſulto in praeſentia relinquimus.

AB

AB *additum aut omissum.*

G. J. Vossius *de Construct. cap* XLVI. *pag.* 170 sic ait: „Censet Malaspina *Castig. in Cic. ad Att* „ *epist.* aliud esse *venire Roma*, aliud *a Roma*. Omisso „ praeverbio, signari locum interiorem, addito, no- „ tari exteriorem: ut *a Buthroto* sit, *a locis Buthroto* „ *vicinis*. Sed ut aliquando id verum esse agnoscimus, „ ita saepe aliter esse, satis ostendunt loca veterum, „ quae adduximus. Et ita Augustum loqui solere...... „ auctor est Suetonius (in Aug. c. 86.)" Vossianae equidem sententiae lubens subscribo: sed & aliud quid inter esse non nunquam crediderim. Ex. gr. quod ex *Livii* Lib. I. belli Punici [XXI. 9.] adfert: *Interim ab Roma venisse legatos, nuntiatum est*, neque loci proximitatem, neque *urbem* proprie unde venerint, sed ipsam *civitatem*, quae eos miserit, declarat. Si praepositionem non addidisset Livius, haud aliud significaturus erat, quam ex illa urbe venisse legatos; sed dubium foret lectoribus, a quibus missi essent, num ab ipsis Poenis, an ab Romanis, an vero ab alio populo. Pluribus hoc illustrari posset; sed sequentia ex eodem Livio loca suffectura credo· Lib. II. c. 13. *Mucium dimissum . . . . . legati a Porsena Romam secuti sunt.* Eod. Lib. C. 15. pr. *Eo anno postremum legati a Porsena de reducendo in regnum Tarquinio venerunt.* Lib. XXVIII. c. 12. *Nec ab domo quidquam mittebatur.*

A. DE.

Proprium non minus quam promiscuum harum propositionum cum verbis narrandi usum, docuit *Frater Cariss. in ambiguis pag.* 146-7. unde haec in usum nostrum transferimus: „Quamquam idem illud audire „ *de*, & audire *a* perspicuitatis gratia alibi adcurate „ distinguatur, ut vel in solo *cap.* 10. Cic. *pro Cluen-*

tio

Digitized by Google

„ *tio* aliquoties, ubi ille: *Vos auditis* DE EO, *in quem* „ *judices non eſtis ..... auditis non* AB *inimico.* Ibid. „ iterum: *illi audiebant* DE EO, *de quo jurati ſententias ferre debebant ..... audiebant* AB *accuſatoribus.* „ Et ad Attic. Lib. V. Ep. 20. *y ut idem ad me certa* „ DE TE & A TE *referat.*" Addo ex CICER. Lib. III. in Verr. c. 57. *Non hoc nunc primum audit privatus* DE *inimico, reus* AB *accuſatore:* ubi primo intuitu promiſcue ſumi videntur, ſed ſi penitius indages, latet aliquid; ſive is ſenſus ſit: *Audit nunc Verres ab accuſatore, quae ejus inimici de eo privato .... Ciceroni ſuggeſſerant*; ſive hic, ſicuti putabat Carolus Frater: ut praeverbium *ab* gravius quid deſignet & atrocius, quam alterum *de.* Auſonius in Commem. Profeſſ. I. vs. 12.

Teque canam DE *te, non* AB *honore meos.*

verſui tantum conſulere voluiſſe videtur.

A. PER.

CORNEL. NEPOS Alcib: c. 5. *Ab hoc deſtitutus, primum* PER *Thraſybulum*, Lyci filium, AB *exercitu recipitur.* i. e. perſuaſu Thraſybuli exercitus eum recepit. Ceterum ſitne diſcrimen perpetuum inter haec & ſimilia: *Cicero legit librum*; *Ciceroni liber eſt lectus*; *Liber a Cicerone lectus, aut per Ciceronem*; vide diſputantes contra Sanctium ad ejus Minervam Lib. III. c. 4. Cl. Perizonium & Fratrem Fridericum in Ambig. p. 3. ſqq.

ABSOLVO. LIBERO.

Apud LIVIUM Lib. I. c. 58. Lucretia ait: *Ego me, etſi peccato* abſolvo, *ſupplicio non* libero. Unde patet,

Digitized by Google

patet, *absolvere* idem esse, quod innocentem pronuntiare; *liberare*, poenae eximere.

ABSUM. Desum.

Cicero in Bruto c. 80. *Hoc unum illi, si nihil utilitatis habebat*, abfuit: *si opus erat*, defuit. Sic homini alae *absunt*; avi, quae iis truncata est, *desunt*. Abest, quo caremus; deest, quo egemus.

ACCIDIT. Contingit. Evenit.

Agroecius & Caper Grammatici: *Contingunt bona: accidunt mala: eveniunt utraque*. Donatus ad Andr. IV. 2. 13. *Quod vix evenit, contigisse dicitur.* Seneca Epist. CX. *Et scies, plura mala* contingere *nobis, quam* accidere. quod explicat Lipsius (laudante Cl. Burmanno in N. C. ad Phaedrum pag. 215. ubi rectius quam ex Ausonio Popma genuinum verbi *contingere* significatum docemur) *Contingunt illa, quae ex voto & optato obveniunt nobis.* Dubito tamen, an totam Senecae mentem haec explicatio exhauriat. Namque statim subjungit: *Quotiens enim felicitatis causa & initium fuit, quod calamitas vocabatur?* Voluitne Philosophus: plura nobis mala nostro bono contingere, quam misere ac fataliter accidere? Distinxit etiam inter *accidere* & *evenire* Corn. Nep. in Alcib. c. 8. *Et si quid secundi* evenisset, *nullam in ea re suam partem fore: contra ea, si quid adversi* accidisset, *se unum ejus delicti fore reum.* Sallustius variandi tantum sermonis gratia dixisse videtur in Catil. LI. 26. *Illis merito accidit, quidquid evenerit.* & LII. 4. *Hoc nisi provideris, ne* accidat; *ubi* evenit, *frustra judicia implores.* it. Cicero VI. Famil. Ep. 21. *Timebam enim, ne* evenirent *ea, quae* acciderunt &c.

Digitized by Google

ACER. VEHEMENS.

Quid inter haec epitheta, si aut conjungantur, aut opponantur, intersit, quaerit FR. VAVASSOR in Antibarbaro p. m. 468. sed quantum judico, parum expedit. Ait CICERO in Bruto c. 27. n. 105. *Hunc* [Carbonem] ..... *canorum oratorem & volubilem, & satis* acrem, *atque eundem &* vehementem *& valde dulcem & perfacetum fuisse dicebat.* seq. cap. n. 107. *Maximum illum Scipionem* ..... *cum omnibus in rebus* vehementem, *tum* acrem *ajebat in dicendo fuisse.* Quae ego loca sic interpretanda censeo, ut *acer* referam ad masculam & vividam oratoris actionem quae in animos auditorum penetrat, eosque aut pungat aut moveat: *vehemens* ad ipsius sermonis gravitatem atque argumentorum pondus. Sic dicam: *vehementia* Demosthenis verba, actorem quoque *acrem* desiderare. Scilicet VEHEMENS, Belgice *fel*, *fors* (cui significationi oppono *placidus*, B *kalm*) ad internam rei naturam hominisve ingenium spectat, habetque admixtum coeci impetus intellectum: ACER, B. *scherp*, *doordringend* (cui oppono *fatuus* pro insipido, insulso B. *laf*, Gall. *fade*) ad rei effecta aut transitivam hominis actionem respicit. Hinc *vehementer irasci* quem dicimus, qui est modus animi internus: at *acriter in alios invehi*, quod est irae effectum. Sed praestat uno alterove ejusdem CICERONIS loco haec confirmare: Is ergo Lib. IV. Tuscul. Disp. c. 23. §. 51. *Nisi forte, quae vehementer, acriter, animose fiunt, iracunde fieri suspicamur.* Conf. c. 25. pr. & VIII. Phil. c. 5. §. 16. Idem in Bruto c. 22 n. 88. *Ex quo significabat, illum non in agendo solum, sed etiam in meditando* vehementem atque incensum *fuisse.* & supra n. 86. f. *Sed se arbitrari, causam illam a Ser. Galba, quod is in dicendo ardentior* acriorque *esset, gravius.*

Digitized by Google

vius & vehementius *posse defendi.* (Hic ego pro vulgata lectione *ornatior*, cujus vice alii *fortior*, Gronovius *altior* substituit, audacter, nec tamen temere *ardentior* rescripsi, quum MSS. *adhortor* & *abhortor* exhibere dicantur: siquidem τὸ *ardentior* mihi & ad Ciceronis mentem aptius, & MSS. aeque ac pristinae lectioni convenientius videtur. Ad quam emendationem confirmandam eod. utar loco, quo laudatus modo Gronovius ex cap. 80. *Quorum altior oratio actioque esset ardentior.* At mea de sententia *altior oratio* ad elocutionem sive stilum pertinet, *ardentior actio* ad dicentis oratoris virtutem. Et hanc, non illam, Cicero in Galba proprie laudat.) Plures equidem auctoritates in mundo habeo, sed binas tantum addam, quae inter alias Cl. Duumviri Schefferus & Burmannus notaverunt ad Phaedri II. fab. 3. pr. HORAT. II. Epist. II. vs 28-9.

> —— *post hoc* vehemens *lupus, & sibi & hosti*
> *Iratus pariter, jejunis dentibus* acer.

PLINIUS XXXVI. V. dicit Pollionem fuisse *acris vehementiae.* Postremo audiamus SERVIUM ad Aen. VIII. 614. ubi ACREM TURNUM, interpretatur: *Fortem. & proprie*, inquit, *apud nos* acer *est, qui apud Graecos* δεινὸς *dicitur: nam fortem, & vehementem, & asperum* & *amarum potest significare.* Sed crediderim, eum, si penitius cogitasset, τὸ *acer* per δριμὺς, & alterum *vehemens* per δεινὸς potius redditurum fuisse.

ACIES. BELLUM. CERTAMEN. PROELIUM. PUGNA.

Isidori, Ammonii, L. Vallae, Aus. Popmae, caeterorumque Grammaticorum observationibus nunc omissis, insigniora tantum exempla huc congeremus, ubi hae voces inter se opponuntur, unde earum usus ac differentia vel tacente me sponte patebunt. SALLUST. Jug.

Jug. LIV. 5. *Statuit non* proeliis, *neque* acie, *sed alio more* bellum *gerundum*. Ib. XCVII. 5. Pugna *latrocinio magis, quam* proelio *similis fieri*. [*Het gevecht scheen eerder een schermutseling, dan een hoofdtreffen.*] Lucilius in Edit. Douzae p. 65. ex Nonio:

Ut populus Romanus victus vi & superatus proeliis
Saepe est multis; bello *vero nunquam, in quo sunt omnia.*

Imitatus Livius IX. 18. *Quod P. R. & si nullo* bello, *multis tamen* proeliis *victus sit*. Ib. c. 19. *Uno* proelio *victus Alexander*, bello *victus esset*. Tacit. II. Ann. c. extr. Proeliis *ambiguus*, bello *non victus* [*Arminius*.] Id. XII. Ann. 39. *Crebra hinc* proelia, & *saepius in modum* latrocinii ...... & [*Ostorium*] *si non* proelium, *at certe* bellum *absumsisset*. Id. II. Hist. c. 40. pr. *Non ut ad* pugnam, *sed ad* bellandum *profecti*. Mavult hic Grotius, *ad debellandum*. Sed vulgatam defendit cohaerentia, & ducum militumque voluntas, poscentium, ut & imperator ante adesset, & auxilia exspectarentur. Idem de Morib. Germ. c. 30. *Alios ad proelium ire videas, Cattos ad bellum. Rari excursus & fortuita pugna*. quem ego locum interpretibus, quantum video, intactum, sic exponendum censeo: Caeteros *proeliari* tantum, sed Cattos cum ratione ac disciplina Romanae pari *bellum* tractare. Livius IV. 19 *Inter* proelium *ad castra R.* pugnatum *est*. Justinus V. Hist. c. ult. n. 8. *Cum in* bello *fors* proelii *utrumque fratrem* pugnae *obtulisset*. Ex allatis ergo locis satis patet, eundem Justinum Lib. XII. c. 9. minus proprie nec satis Latine Alexandri solius, cum de muro in urbis planitiem sine ullo satellite desiluisset, pugnam aliquoties adpellare proelium. Quid responderi possit, non ignoro: attamen *proelium* in oppido committi non potest. Livius XXXVI. 19. *in ipso* certamine pugnae. Ovid. XII. Metam. 180.

Qua tibi militia, cujus certamine pugnae
Cognitus.

Plinius VI. Epist. 13. f. *Tu tamen aestima, quantum nos in ipsa* pugna certaminis *maneat*. Quidam Codd. hic legunt: *proelii & certaminis.* Cortius autem ex solo Mediceo edidit: *Tu tamen aestima, quantum proelium, quanta* pugna certamini *maneat*. Sed in hac ego lectione Pliniani stili simplicitatem desidero. Hinc de horum vocabulorum conjunctione agit Cortius; ut ap. Sallust. *proelium pugnatum*, & Sil. Ital. VI. 208. *pugnas, Martem & proelia.* (ad q. l. Cl. Drakenborchius & aliam Silii ταυτολογίαν notavit.)

Ad *diem.* in *diem.*

Vlpian. Lib. 3. de Procurat. *Procurator dari potest & ad litem futuram, &* in diem, *& sub conditione & usque* ad diem. quo de loco vid. Misc. Obs. Vol. I. T. 3. p. 428. ubi docemur: „ *Ad diem* aliquid „ statui, quod certo die esse desinit: *in diem* vero, „ quod certo die effectum sortiatur.“ Adde his Auson. Popmam, & maxime notabilem hanc ex Pauli ad Edictum libris Lib. 44. *de Obl. & Act.* §. 1. „ Circa „ diem duplex inspectio est: nam vel *ex die* incipit „ obligatio, aut confertur *in diem*. *Ex die*, veluti: „ *Calendis Martiis dare spondes?* cujus natura haec est, „ ut ante diem non exigatur. *Ad diem* autem: *Usque* „ *ad Calendas dare spondes?* Hic autem *ad diem* & *in diem* promiscue sumuntur; & quod Ulpianus dixit *in diem*, Paulus vocat *ex die.*

Digitized by Google

ADHORTOR. ADMONEO.

Vim & usum horum verborum subjecta exempla satis declarabunt. TERENT. Hec. I. 1. 7.

—— *ergo propterea te sedulo*
Et moneo *&* hortor, *ne cujusquam misereat.*

ubi sic Donatus: *Monemus consilio: hortamur impulsu.* Clarius an obscurius? SENECA Epist. XCIV. pag. m. 775. „Non docet *admonitio*, sed advertit, sed excitat, sed memoriam continet, nec patitur elabi. „Pleraque ante oculos posita transimus. *Admonere* genus *adhortandi* est.“ [*Erinneren is zoo goed als vermanen: of, indachtig maken is een soort van aanporring.*] Ex hoc certe loco magis intelliguntur, quae supra disputaverat, veluti pag. 774. „Non est opus *exhortatione*, nec consilio quidem, ut colorum proprietates „oculus intelligat: a nigro album, etiam nullo *monente*, distinguet.“ Et paulo post: „Aut tu isto „modo licet & consolationes dicas supervacuas & *exhortationes*. Atqui non sunt supervacuae: ergo ne „*monitiones* quidem.“ CICERO X. Famil. Ep. 5. f. *Sic* moneo, *ut filium: sic faveo, ut mihi: sic* hortor, *ut & pro patria & amicissimum.* NEPOS in Phoc. c. 1. *Hic cum a rege Philippo munera magnae pecuniae repudiaret, legatique* hortarentur [i. e. impellerent] *accipere, simulque* admonerent [i. e. in memoriam redigerent] *si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret.* SALLUST. Jug. XXX. 3. *Concionibus populum ad vindicandum* hortari: monere, *ne remp. ne libertatem suam desererent.* Ib. c. LX. 4. *Ac, sicuti audiri a suis aut cerni possent*, monere *alii*, *alii* hortari, *aut manu significare.* JUSTIN. XI. 3. pr. *In transitu* hortatus *Thessalos fuerat; beneficiorumque Philippi patris* ...... admonuerat. Ibid. c. 9. med. [Darius] *ipse omnia*

Digitized by Google

omnia circumire, *singulos* hortari, *veteris gloriae Persarum* . . . . . . admonere. Huc facit ISOCRATIS locus ad Demonicum p. m. 2. Διόπερ ἡμεῖς, οὐ Παράκλησιν εὑρόντες, ἀλλὰ Παραίνεσιν γράψαντες, μέλλομεν σοι συμβουλεύειν κ. τ. λ. Quid vero proprie sit παραίνεσις, docet Ammonius de Different. in v. Συμβουλή.

ADPAREO. VIDEOR.

Priori respondet Gr. φαίνεσθαι, B. *blyken*; posteriori Gr. δοκεῖν, B. *schynen*. Adparet autem, quod revera exsistit; videtur, quod speciem veri praebet: idque ex oppositione sequenti magis adparebit. CORN. NEP. in Att. c. 3. *Sic enim Graece loquebatur, ut Athenis natus* videretur: *tanta autem erat suavitas sermonis Latini, ut* adpareret *in eo nativum quemdam leporem esse, non adscitum.* XENOPHON Lib. I. Κυροπ. p. m. 22. vs. 25. Οὐκ ἐστιν, ἔφη, ὦ παῖ, συντομωτέρα ὁδὸς, περὶ ὧν ἂν βούλῃ Δοκεῖν φρόνιμος εἶναι, ἢ τὸ γενέσθαι περὶ τούτων φρόνιμον. Et vs. 33. καὶ ὀλίγον ὕστερον, ὅπου ἂν πεῖραν δοίης, ἐξεληλεγμένος τ' ἂν εἴης, καὶ προσέτι ἀλάζων φαίνοιο. Ex eodem citavit, non recordor quis, hanc sententiam: Οὐκ ἐστι καλλίων ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίᾳ, ἢ δι' ἧς ἄν τις ἀγαθὸς τε γένοιτο, καὶ μὴ δοκεῖν βούλοιτο. Sic Catonem didicimus bonum esse, quam videri maluisse. Ceterum non aeque constantem hanc Graecorum verborum & Latinorum, esse differentiam, Friderico fratri facile largimur.

ADPELLO. PROVOCO.

Quid inter haec intersit, monuit RANCHINUS Lib. I. Var. Lect. c. 9. ubi ait: „ap. Liv. Lib. III. „ Virginius Trib. pl. Appio diem dicit, eumque in „ vincula duci jubet. Ille tribunos *appellat*, frustra „*provo-*

„ *provocat* ad populum. Notanda locutio: inde enim „ colligimus, proprie *adpellationem* eſſe ad collegas; „ *provocationem* ad populum. Idque ſemper obſervat „ Livius: non tamen ita religioſe alii authores; minus „ etiam JCti noſtri " &c. Promiſcuum apud poſteriores auctores uſum (nam cum Livio aurei aevi liberaeque Reip. ſcriptores, ut Cicero, ut Julius Caeſar, a Ranchino excipi debuerant) praeter Lexica Juridica, unus Tacitus oſtendet, Lib. XIV. Ann. c. 29. cum ait: *Ut qui a privatis judicibus ad ſenatum* provocaviſſent, *ejusdem pecuniae periculum facerent, cujus ii, qui imperatorem* appellavere. Ne longi ſimus, ex ſolo Livio duo haec adſcribemus loca: Lib. III. c. 56. q. l. Ranchinus tangit: „ Nec in tribunicio *auxilio*, Appius, nec in *judicio* populi ullam ſpem habebat. attamen & tribunos „ *appellavit*: & nullo morante arreptus a viatore, *Provoco*, inquit. Et ibid. ſub f. cap. „ Quod ſi indicta „ cauſa in vincula ducatur, iterum ſe tribunos pl. *appellare* ...... quod ſi tribuni eodem foedere obligatos „ ſe fateantur, ... ait ſe provocare ad populum." Lib. VIII. c. 33. p. pr. „ Quandoquidem apud te nec „ auctoritas ſenatus, nec aetas mea ..... valet, nec preces ..... tribunos plebis *appello*, & *provoco* ad populum." De hiſtoria provocationum extra JCtos profeſſos ſollicitus eſt LIPSIUS *Excurſ. C. ad d. Taciti l.*

ADPROBO. PROBO.

Conductorum fuiſſe opera redemta *adprobare*, & locatorum ea *probare*, multis auctoritatibus docet ad *Phaedrum* N. Com. IV. 24. vs. 11. Cl. BURMANNUS, cum BUDAEO in poſter. adnott. *in Pand.* fol. XXIV. b.

AEDES. AEDIFICIUM. DOMUS.

Audiamus hic Virum Consultiss. G. NOODT Lib. I. *de Usufr.* c. 10. *pr.* „ Isidorus Lib. XV. Orig. c. 3. *do-* „ *mum* definit, unius familiae habitationem. eamque „ ab *aedibus* distinguit Plautus, Casin. III. 5. 31.

— insectatur omnes domi per aedes.

„ ac verisimile est, (quod observat Sanctius [immo „ Scioppius ad Sanctii] Min. Lib. IV. de Ellipsi c. 4.] „ *domus* quidem adpellatione totum quid significari: „ *aedium* vero, conclavia in quibus sint arcae & cubi- „ lia...... Videtur & differentia inter aedes & aedificia fieri in his LIVII verbis: Lib. XXXVIII. c. 38. „ *Rhodiorum sociorumve, quae* aedes aedificiaque *intra* „ *fines regni Antiochi sunt.* Eo modo *aedes*, ut domus, „ totum quid significant: cum *aedificium* sit, v. gr. ba- „ lineum aut horreum, aut quid simile aedibus junc- „ tum, aut propter eas plerumque positum." Loca JCtor. vett. a Noodtio deinceps posita, brevitatis studio, hic tantum indicamus: *Ulpian.* l. 41. §. 8. *de Leg.* I. *Labeo* l. 31. *de Leg.* 3. *Ulpian.* l. 15. §. 13. *de Damno inf.* Consentientem sibi Noodtius laudare potuisset Servium, qui ad hunc vers. Aeneid. II. 512,

Aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe.
Ingens ara fuit.

sic commentatur: „ Omne aedificium aedes dicuntur; „ sed Varro locum, quatuor angulis conclusum, *aedem* „ docet vocari debere." Haec enim Servii mens: *totam aedificationem sive structuram, & quidquid ea complectatur, aedes adpellari.* Livii autem locum supra positum POPMA sic interpretatur: „ *Aedes* sunt sacrae & „ profanae: *aedificia* tantum profana [quod Vossius quoque innuit Lib. I. de Vit. Serm. c. 30. pag. 127.]

„ atque

„ atque etiam illa, quae non ſunt apta habitationi, ut „ porticus, propugnacula & ſimilia.“ Ut concludamus tandem, ſic nobis videtur: *Aedificii* adpellationem & generalem eſſe pro omni opere ad quemcumque uſum exſtructo: & ſpecialem, quam Noodtius ſatis declaravit. *Aedes* notat hominum Deorumve habitationem. *Domus* proprie humani tantum eſt uſus, habetque implicitam familiae ſignificationem. Proprie dico, nam ſi de nido avium, fovea vulpis, quin coeleſtium ſede uſurpetur, metaphora eſt. Nos autem, quod ſemel monuiſſe non abs re erit, de proprio potiſſimum ſingularum vocum ſignificatu, raro de earum abuſu aut tropis, agere in animo habemus.

AEGRITUDO. AEGROTATIO. MORBUS. VALITUDO. VITIUM.

Nihil melius quam ipſum hic audire CICERONEM Lib. III. *Tuſc.* c. 10. §. 23. „Ipſe etiam metus non eſt „ *morbi* ad modum ſimilis, quanquam *aegritudini* eſt „ finitimus; ſed proprie, ut *aegrotatio* in corpore, ſic „ *aegritudo* in animo nomen habet non ſejunctum a „ dolore. Doloris igitur hujus origo nobis explicanda eſt, i. e. cauſſa efficiens *aegritudinem* in animo, tamquam *aegrotationem* in corpore.“ ID. IV. *Tuſc.* c. 10. „ Ex perturbationibus autem primum *morbi* conficiuntur, quae vocant illi νοσήματα [B. *ziektens*] .... „ deinde *aegrotationes*, quae adpellantur a Stoicis ἀῤῥωστήματα“. [B. *krankte*] &c. Similiter Paulus JCtus in l. 5. *de Aedil. Ed.* „Et quantum intereſt inter haec „ vitia quae Graeci κακοήθειαν [*vitioſitatem*] dicunt, „ interque πάθος, [i. e. *perturbationem*] aut νοσόν, „ [i. e. *morbum*] aut ἀῤῥωστίαν [i. e. *aegrotationem*] „ tantum inter talia vitia & eum morbum, ex quo quis „ minus aptus uſui ſit, differt.“ Confer *Ammonii*

diſſer. Rurſus Cicero IV. *Tuſc.* c. 13. *pr.* „Quo„modo autem in corpore eſt *morbus*, & *aegrotatio*, & „*vitium*; ſic in animo. *Morbum* appellabant totius „corporis corruptionem: *aegrotationem*, morbum cum „imbecillitate: *vitium*, cum partes corporis inter ſe „diſſident: ex quo pravitas membrorum, diſtortio, de„formitas. Itaque illa duo, *morbus* & *aegrogatio*, ex „totius valetudinis corporis conquaſſatione & pertur„batione gignuntur: vitium autem, integra valetudi„ne, ipſum ex ſe cernitur. Sed in animo tantummo„do cogitatione poſſumus *morbum* ab *aegrotatione* ſe„jungere. *Vitioſitas* autem eſt habitus aut affectio in „tota vita inconſtans, & a ſe ipſa diſſentiens." Quod autem Auſ. Popma Ciceronem tamen eodem libro *aegrotationem animi* dixiſſe notat, nihil facit contra rectum horum vocabulorum uſum, quia *animi* addidit: parili enim Tranſlatione recte dicitur *morbus animi*, *vitium animi*, *vulnus animi*: ſicuti modo habuimus: *ſed in animo tantumm. cog. poſſ. morbum ab aegrotat. ſej.* Philoſophicas rationes qui quaerit, conſulat Emman. Martini, Hiſpanorum cum Majanſio doctiſſimi libellum περὶ πάθων, nuper admodum cum ejusdem Epiſtolis Amſtelaedami recuſum: qui pro perpetuo commentario in hunc IV. Tuſc. Diſp. librum eſſe poteſt. Tacitus II. Ann c. 29. *Metu* & aegritudine *feſſus*, *ſive, ut tradidere quidam, ſimulato* morbo. Eod. tamen L. c. 69. aegritudinem pro morbo dixit: *Mox adverſa Germanici* valetudine *detentus* [*Piſo*] *ubi recreatum accepit ...... tum Seleuciam digreditur, opperiens* aegritudinem, *quae rurſum Germanico acciderat. Saevam vim* morbi *augebat perſuaſio veneni a Piſone accepti.* Niſi & hic animi aegritudinem ſignificari velis, conceptum ex dati veneni perſuaſione. Sed ego ſententiam non muto. De loco Curtii Lib. III. c. 5. n. 10. controverſo, ſitne legendum: *Animum* autem aegritudo *corporis*; an, *animi* autem aegritudo *corpus* urguebat? videantur

dcantur Commentatores. Valitudinis ſignificationem mediam vide in fraternis Ambiguis pag. 623. At cum ea morbo opponitur, corpus quidem male adfectum, nec tamen aegrotans, deſignat. Exempla haec ſunto: Corn Nep. in Timol. c. 4. *Hic cum aetate jam provectus eſſet, ſine ullo* morbo *lumina oculorum amiſit . . . . . propter* valetudinem *vectus jumentis junctis.* Idem in Hannib. c. 4. *Hoc itinere adeo gravi* morbo *adficitur oculorum, ut poſtea nunquam dextro aeque bene uſus ſit.. Qua* valetudine *cum etiam premeretur, lecticaque ferretur, C. Flaminium conſulem apud Traſimenum cum exercitu inſidiis circumventum occidit.*

AEMULOR. Invideo. Obtrecto.

Auctoritates paucae, at congruae horum verborum vim ſatis per ſe arguent. Plaut. Mil. Glor. III. 2 vs. 26.

Quoniam aemulari non licet, nunc invides.

Phaed. Lib. II. Epil. vs. 7.

Neque haec invidia, verum eſt aemulatio.

Cornelius in Att. c. 5. f. *Et id, quod erat difficillimum, efficiebat.* [Atticus,] *ut inter quos* [Ciceronem puta & Hortenſium] *tantae laudis eſſet* aemulatio, *nulla intercederet* obtrectatio, *eſſetque talium virorum copula.* Ibid. cap. 20. f. *Quantae ſit ſapientiae, eorum retinere uſum benivolentiamque, inter quos maximarum rerum non ſolum* aemulatio, *ſed* obtrectatio *tanta intercedebat, quantam fuit incidere neceſſe inter Caeſarem atque Antonium*, &c. Cicero IV. Tuſcul. c. 26. §. 56.

Digitized by Google

§. 56. Obtrectare *vero alteri, aut illa vitiosa aemulatione, quae rivalitati similis est*, aemulari; *quid habet utilitatis? cum sit* aemulantis, *angi alieno bono, quod ipse non habeat*: obtrectantis *autem*, *angi alieno bono, quod id etiam alius habeat.* Haec in praesentia sufficiant. Alioqui praeter Grammaticos vett. laudarem *Cicer.* Lib. IV. Tusc. Disp. cap. 7. & 8. §. 16--8. & *Quinctil.* Inst. VI. c. 2. pag. 521. AMMON. Ζῆλος.

AEQUALIS. PAR. SIMILIS.

Gal. *Egal. Pareil. Semblable.*

Alem. *Eben. Gleich. Aehnlich.*

Primo memorabilia tantum classicorum aliorumque scriptorum loca Lectori ob oculos ponam, ut postea mecum de vero harum vocum discrimine sententiam ferat. CICERO IV. *Acad.* c. 17. *Et ais Democritum dicere, innumerabiles esse mundos, & quidem sic quosdam inter se non solum* similes, *sed undique perfecte & absolute ita* pares, *ut inter eos nihil prorsus intersit.* LIVIUS XLV. 3. Similia *omnia magis visa hominibus quam* paria. PETRON. cap. 80. *fortunae etiam similitudine parem.* QUINCTIL. X. Inst. c. 1. p. 914. *Nam mihi egregie dixisse videtur Servilius Nonianus, pares eos* [Livium ac Sallustium] *magis quam similes.* Id. Declam. VIII. c. 4. pag. 169. *Dicat nunc parricida, quid fecerit illud, quod etiam de similibus tam* paribus *aegris in alterum desperatio praevaluit?* ubi mihi cum Almelovenio placet, τὸ *similibus* pro glossemate ejici. Cl. autem BURMANNUS sic ait: „ puto legendum, *illud quod etiam de* „ *tam similibus, &* „ (vel *de*) *tam paribus aegris* &c. nam par & similis „ differunt: ut Quinctil. Inst. X, 1. Sall. Catil. 14. „ Ovid. II. Trist. 431.

„ Par *fuit exigui similisque licentia Calvi.*

Et ita alii."

CUR-

Digitized by Google

Curtius V. 5. 7. *Quippe in tam multiplici variaque fortuna ſingulorum, intuentibus* ſimiles *quidem*, *ſed tamen* diſpares *poenas*, *quis maxime miſerabilis eſſet*, *liquere non poterat*. ad q. l. locum ſic Freinshemius: „*Par* „ eſſe dicitur, quod tantundem habet aut virium aut „ magnitudinis, quamquam alia ſit forma aut ſpecie: „ ut contra *ſimile*, quod eamdem figuram habet, ma- „ gnitudine diſpari puta.“ &c. Subjectis inde ex Livio & Quinctil. exemplis, pergit: „ Hinc intelligas „ legendum in *Apulejo* de habit. doctr. Plat. *Nec ſolum* „ aequalitas, *verum etiam ſimilitudo cum virtutis inge-* „ *nio conjungitur*.“ Sallust. Catil. c. 14. *Quod ſi quis etiam a culpa vacuus in amicitiam ejus inciderat, quotidiano uſu atque illecebris facile* par ſimilisque, *caeteris efficiebatur*. Ubi Cortius adſcripſit: „*Par* „ ad conjunctionem *& conſuetudinem externam*, ſimilis „ *ad mores pertinet* . . . . . Differre certe obſervavit „ Cl. Burmannus ad *Quinctil.* Declam. &c.“ Cicero I. *de Legib.* c. 10. (ex indicio Cortii) *Nihil eſt enim unum uni tam* ſimile, *tam* par, *quam omnes inter noſmet ipſos ſumus*. De varia vocis *aequalis* ſignificatione conſulatur Frater in Ambiguis. Nos de diſtinctione illius a voce *par* ſolliciti erimus. Cicero de Orat. Lib. I. c. 18. §. 83. *Qui unam virtutem haberet, omnes habere, easque ipſas eſſe inter ſe* aequales *&* pares. Idem in Oratore c. 64. §. 215. Nam & creticus ..... *& ejus* aequalis *paeon*, *qui ſpatio* par *eſt*, *ſyllaba longior*. ibid. §. 217, confundit: *Ne jambus quidem*, *qui eſt e brevi & longa*, *aut* par *choreo*, *qui habet tres breves*, *ſed ſpatio* par, *non ſyllabis* &c. His ſimilia ſuppeditare poteſt *Nizolius* in Theſ. Cicer. Curtium VIII. 13. 21. *Attalum &* aequalem *ſibi*, *& haud* diſparem *habitu oris & corporis*. Quibus nunc addere lubet Mathematicorum definitiones ex Wolfii Elementis Arithm. §. 15. 22. & 24. „*Aequalia* ſunt, quorum unum alteri „ ſalva quantitate ſubſtitui poteſt. *Similia* ſunt, quae

non

„ non possunt distingui, nisi per compraesentiam: quae „ tamen, salva similitudine, quantitate differre possunt; „ adeoque quantitas est discrimen internum similium.“ Ex his ceteroque harum vocum usu sic colligo: SIMILIS ad figuram ac speciem pertinet, aut quum quid alteri vel par vel aequale esse videtur. AEQUALIS ad magnitudinem & quantitatem, ut anni, umbrae, pondera aequalia. Sic ex c. Cic. de Harusp. Resp. c. 17. §. 37. *Etenim quod sacrificium tam vetustum est, quam hoc, quod a regibus aequale huic urbi accepimus?* quod idem est, ac si dixisset: *tantae est vetustatis hoc sacrif. quantae ipsa urbs.* PAR ad rei naturam & aequalitatem refero, ut: pares animo, par doctrina, pares cantare. Sic, quod idem ait CICERO III. *de Legib.* c. 20. §. 46. *Noxiae poena par esto*, valet: *Qualis noxia, talis sit poena.* Quum vero rerum inter se comparatarum qualitates saepissime considerantur tamquam quantitates, & contra, hinc rationem peto, cur *par* & *aequalis* non raro confundi videantur. Qui meliora me docuerit, non parvam ei debebo gratiam.

AES. ARGENTUM.

SALLUST. Catil. XXXIII. 2. *Saepe majores vestrum, miseriti plebis Romanae, decretis suis inopiae ejus opitulati sunt: ac novissime memoria nostra, propter magnitudinem aeris alieni, volentibus omnibus bonis*, argentum aere *solutum est.* Hoc de loco GRONOVIUS Lib. IV. de Pec. vet. c. 5. agens pag 287—8. post rejectas aliorum emendationes atque expositiones, recte tamen ab iis advocari ait ex *Vell. Paterc.* Lib. II. c. 23. „ In hujus locum suffectus Val. Flaccus, turpissimae „ legis auctor, qua creditoribus quadrantem solvi jus- „ serat.“ unde colligit, pro *sestertio* persolutum fuisse *assem*; eamque interpretationem cum Sallustio, tum Vellejo apte congruere. „ Sallustio, quia sestertius „ *argenteus*, non minus quam denarius; as ex *aere*:

Vel-

„ Vellejo, quia sestertii pars quarta sive *quadrans* „ est as."

AGO nihil. Otiosus sum.

Plinius l. Epist. 9. f. *Satius est enim* otiosum *esse, quam* nihil agere. Quod oxymoron interpres Gallicus perquam feliciter sic reddidit: *Il faut infiniment mieux* ne rien faire, *que de* faire des riens. Pluribus exsequentem vide Rollinum V. Cl. de studio L. Gallicae pag. 118.

AGRESTIS. Rusticus.

Cicero pro Rosc. Amer. c. 27. f. *Vita autem haec* rustica, *quam tu* agrestem *vocas, parsimoniae, diligentiae, justitiae magistra est.* Varro de R. R. princ. Lib. II. *Viri magni, nostri majores, non sine caussa praeponebant rusticos Romanos urbanis. Ut* ruri *enim, qui in villa vivunt, ignaviores, quam qui* in agro *versantur, in aliquo opere faciundo: sic qui* in oppido *sederent, quam qui* rura *colerent, desidiosiores putabant.* &c. Hic uti oppidum ruri, ita & rus agro opponit. Aliud enim est *rusticari*, aut *ruri agere*, quod generale est, tam voluptatis quam laboris caussa: aliud *agrum colere*, i. e. frugibus & fructibus serendis cogendisque operari. Ammonii distinctionem inter ἄγροικος & ἀγροῖκος prorsus invertit *Ptolemaeus Ascal.* quod observavit Fabricius ὁ μακαρίτης T. IV. Biblioth. Gr. pag. 516.

ALACER. Laetus.

Ad locum Cicer. I. Act. in Verr. c. 6. §. 17. *Cum iste repente ex* alacri *atque* laeto, *sic erat humilis atque demissus:* Asconius inter alia sic: „ *Alacer* dicitur „ is, cui omnes sensus in loco quisque suo vegeti sunt „ & intenti. *Laeti* vero, qui vultu indicant adesse

ani-

„ animum sincerum sensibus suis.“ HOTTOM. autem: „*Alacritatem* Cicero Tusc. IV. *laetitiam gestien-* „ *tem* interpretatur [significat, credo, ex cap. 16. §. 36. h. l. *Cupiditas, avide semper aliquid expetens, &* inanis alacritas, *id est*, laetitia gestiens, *non multum differunt ab amentia.* Atqui hanc non alacritatem appellat simpliciter, sed alacritatem inanem. Sed ea de re fusius videbimus sub. tit. Gaudium]. „ Proprie igitur „ *laetitia* animi est, *alacritas* autem corporis. Itaque „ hominis *laetitia* propria, quippe quae opinione con- „ stet: *alacritas* autem communis omnium animantium. „ Idem de Divinat. II. *Galli victores* alacritate *& quasi* „ laetitia *ad canendum excitantur.*“ Ex multis exemplis hoc solum addimus: CICERO I. de Divin. c. 33. §. 73. *subito exaudivit hinnitum* [Dionysius] *respexitque, & equum* alacrem laetus *aspexit, cujus in juba examen apum consederat. Quod ostentum* &c.

ALES. AVIS. VOLUCRIS.

CICERO II. Nat. D. c. 44.

Inde est ales avis *lato sub tegmine coeli.*

ubi, postquam *ales* generaliter dixit, subjicit *avis*, ne quis de Pegaso aut alio animali alato accipiat. Ib. c. 64. *Quamquam* aves *quasdam*, & *alites* & *oscines*, *ut nostri augures appellant, rerum augurandarum causa esse natas putamus.* Idem I. Divin. c. 53. *Eademque efficit, in avibus divina mens, ut tum huc, tum illuc volitent* alites .... *tum a dextra tum a sinistra parte canant* oscines. Ex quibus locis discimus, *alitis* nomen speciale quoque esse in disciplina augurum, & certam *avium* formam. Adde *Festum*, & si tanti est, *Isidori Orig.* XII. 6. OVID. VII. Metam. 770.:

Copula detrahitur canibus quas illa sequentes
Effugit, & volucri *non segnius* alite *ludit.*

Alii

Alii tamen Codd. haud ſcio an rectius, pro *&* *volucri* exhibent *& coetum.* Certe Heinſius hoc probat. Tὸ *volucri* forte gloſſa fuit τῷ *alite:* idque a librariis verſui infartum, poſtea alteram vocem *coetum* loco extruſit. Niſi *volucri* hic accipere malis pro cito & volante, non' tardigrado, veluti ſtruthio camelo. Variandi ſermonis cauſſa confudit idem OVIDIUS Lib. II. Amor. El. 6. pr.

Pſittacus, Eois imitatrix ales *ab Indis,*
Occidit. exſequias ite frequenter aves.
Ite piae volucres, *& pectora plangite pennis.*

LAUR. VALLA IV. Eleg 45. „*Volucris* eſt, quaecun-„ que volat, nec *avis* ſolum, ſed illae beſtiolae quoque „ minutiores, ut apes " &c.

ALTER. SECUNDUS.

Singularis locus eſt CORNELII NEP. in Pelopida c. 4. f. „ Denique haec fuit *altera* perſona Thebis; ſed „ tamen *ſecunda*, ita ut proxima eſſet Epaminondae." Cui loco alterum geminum adjungit Baſil. Faber in Theſ. ex Eumenii Paneg. Conſtantii cap. 14. „ Itaque Fronto „ Romanae eloquentiae, non *ſecundum*, ſed *alterum* „ decus." Adde SCHORI Phraſes L. L.

AMICIO. INDUO. VESTIO.

VARRO Lib. IV. de L. L. p. m. 32. *Prius de* indutu *aut* amictu *quae ſunt; tangam*, &c. SILIUS Ital. VII. 447. de Cupidinibus Venerem exornantibus.

Aſt alius nivea comebat fronte capillos,
Purpureos alius veſtis *religabat* amictus.

ubi pro *veſtis* Heinſius legere mavult *ceſti*, non valde repugnante Drakenborchio. Quid ſi *veſti* eſt vera lectio: quam BROUKHUSII nota, carptim huc transferenda, firmare poterit, ad TIBULL. I. 9. 13.

Fruſtra jam veſtes, *fruſtra mutantur* amictus.

„ *Veſtes*, ait ille, ſunt indumenta interiora; *amictus*, „ quidquid veſtibus ſuperinjicitur. Cicero III. de Orat. „ c. 32. *Annulum quem haberet, pallium quo* amictus, „ *ſoccos*

„ *soccos quibus* indutus *esset, se sua manu confecisse*.
„ Catull. Carm. LXI. vs. 266.
„ *Talibus amplifice* vestis *decorata figuris*.
„ *Pulvinar complexa suo velabat* amictu.
„ Ovid. XIV. Metam. 260.
. . . . „*pallamque* induta *nitentem*,
„ *Insuper aurato circumvelatur* amictu.“

AMNIS. Flumen. Fluvius. Rivus.

Rivier. Vloed. Stroom. Beek.

Isidorus XIII. Orig. c. 21. „*Fluvius* est perennis „ aquarum decursus . . . . . Proprie autem *flumen* ipsa „ aqua; *fluvius* cursus aquae [Vix dubito, quin contrarium sit verum. Dicam potius, *fluvii flumen*, aut *amnis flumen*; quam *fluminis* aut *amnis fluvius*. Flumen enim est pro fluimen, & fluvius adj. ut pluvius. Vid. Scioppii additam. p. 553. in Minerva Sanctii L. IV. c. 4.] „ *Amnis*, fluvius est nemore ac frondibus redimitus, & „ ex ipsa *amoenitate* amnis vocatur. [Verius Etymon & alia memorabilia habet Vossius in Etymol. h. v.] „ Rivi dicti, quod deriventur ad irrigandum, i. e. in„ ducendum aquas in agris &c.“ [Et hoc ὕστερον πρότερον est: sicuti ictis *Jus* dicitur ab Justitia.] Sed ad potiora: Ovid. I. Met. 343.

Jam mare littus habet; plenos capit alveus amnes;
Flumina *subsidunt; colles exire videntur*.

Flamina conjicit Heinsius: sed si *flumina* simpliciter capias pro *undis* sive aquis amnium, vulgata stare poterit. Et sic aliquando sumi ex Aelio Gallo [citante Pomp. Festo in v. Torrens] L. II. eorum quae ad jus pertinent, observat Gothofredus ad l. 1. §. 1. D. *de Flumin.* ubi sic Ulpianus: „*Flumen* a *rivo* magnitutudine discernen„ dum est, aut existimatione [*forte*, ex aestimatione] cir„ cumcolentium.“ Auson. Eid. X. de Mosella.

vs. 21. *Et virides Baccho colles, & amoena* fluenta
Subterlabentis tacito rumore Mosellae.
Salve amnis . . . .

vs. 27. *Naviger ut* pelagus; *devexas pronus in undas*
Ut fluvius; *vitreoque* lacus *imitate profundo*;
Et rivos *trepido potis aequiparare meatu*;
Et liquido gelidos fontes *praecellere potu*.
Omnia ſolus habes, *quae* fons, *quae* rivus *&* amnis,
Et lacus, *& bivio refluus munimine* pontus.

TACIT. V. Hiſt 23: 3. *Spatiam velut aequoris electum, quo Miſae* fluminis *os* amnem *Rhenum Oceano affundit*. Eſtne *amnis*, ut ſupra Moſella, & hic Rhenus, qui a majori fluvio abſorbetur: *flumen* vero, quod in mare ſe exonerat? Quomodo & ſuperior Ovidii locus exponi poſſit. De *amnibus Oceani* vid. De la Cerda ad Virgil. IV. Georg. 233. collato Voſſii Etym.

AMOENITAS. VOLUPTAS.

Quantum inter haec vocabula in materia de ſervitutibus interſit, explanat ULR. HUBERUS in Praelect. ad Pandectas *T. de Servit.* p. 364. „quia *voluptas*, inquit, „eſt animi adfectio: [quae in cujusque patris f. imagi„natione mentis, nec alibi ſedem habet, ut eſt ſpatiari, „coenare, pomum decerpere, per ἀπραξίαν & animi „gratia] Sed *amoenitas* eſt praedii qualitas &c."

ANCEPS. DUBIUS.

VELL. PATERC. Lib. II. c. 79. n. 3. *Ea patrando bello mora fuit, quod poſtea* dubia *& interdum* ancipiti *fortuna geſtum eſt.* Vide de h. l. omnino Miſcell. Obſerv. Vol. VIII. pag. 63. & 389. Quum vero inter alias ſignificationes *anceps* idem notat, quod *periculoſus*, quodque nos dicimus *onder of over* (aut Caeſar, aut nihil:) hinc ego Vellejum ſic intelligo. „In illo bello non modo du„bio & ambiguo Marte, ut, utra pars vicerit, incer„tum eſſet; ſed & maximo de ſumma rerum diſcrimine „pugnatum fuiſſe: quali ſenſu Livius I. 15. *ultimam* dixit *dimicationem*. Hanc veram Velleji eſſe mentem, cetera, quae deinceps narrat, evincunt.

ANNULUS.

Quid differant *aureo annulo donari*, & *jus aureorum annulorum habere*, discamus ex Orig. J. Civ. GRAVINAE §. 24. de Legib. p. 337. Edit. Masc. „ Etenim „ servi annulos gestare prohibebantur, & libertus au- „ reo annulo ex indulgentia principis utebatur; quod „ jus adeptus habebatur ingenuus...... At si non mo- „ do jus aureorum annulorum, quod etiam feminis con- „ cedebatur, libertus impetrasset, sed aureo etiam an- „ nulo rite ac solemniter a principe donatus fuisset; lo- „ cus etiam in equestri ordine donatus eidem putabatur: „ unde ne umbra quidem juris patronatus supererat, ac „ jura omnia manumissionis extinguebantur. ut hinc ap- „ pareat, quid intersit *jus habere aureorum annulorum*, „ quae erat imago *libertatis*; & *aureo annulo donari*, „ quae nota erat *equestris ordinis*. Idque miror, Cuja- „ cium antiquitatis post extinctam remp. peritissimum „ promiscue accepisse, *ad tit. C. de Jure aur. ann.*"

APUD. PENES.

POMP. FESTUS: „ *Apud* mutuam loci & perso- „ nae conjunctionem significat: ut cum dicimus, coe- „ no apud amicum. *Apud* & *penes* in hoc differunt, quod „ alterum personam cum loco significat; alterum per- „ sonam & dominium ac potestatem, quod trahitur „ a penitus." ULPIAN. Lib. 63. de Verb. sign. „ Penes te amplius est, quam apud te: nam *apud* te „ est, quod qualiter qualiter a te teneatur; *penes te* est, „ quod quodammodo possidetur." Ecloga Basil. sic transtulit: Τὸ παρά σοι πλέον ἐστὶ τοῦ πρός σε. Πρός σε γάρ ἐστι τὸ ὅπως οὖν ὑπό σου κρατούμενον· παρά σοι δὲ ἐστι, τρόπῳ τινὶ νεμόμενον. GOEDDAEUS ad illam legem elegans hoc ponit exemplum: „ Sic hominem liberum *pe- „ nes se* habet, qui eum bona fide, ut servum possidet: „ at qui dolo malo detinet, qui amplius non possidet, „ *apud se* hominem liberum habet." Eleganter distinxit

CORN.

CORN. NEP. in Themist. c. 7. Ad *ephoros Lacedaemoniorum accessit*, penes *quos summum imperium erat: atque* apud *eos contendit, falsa his esse delata.* Plura qui nosse cupit de vario harum particularum usu, consulat scriptores de particulis, interpretes verborum juris, & prae omnibus aureolam Cl. DUKERI de Latin. JCtor. collectionem pag. 207. seqq.

ARBUTUM. UNEDO.

L. de la CERDA ad I. Georg. 148. scribit: „Sed hic
„ libitum admonere lectorem erroris Plinii, qui perni-
„ ciosus juventuti. Ait ille Lib. XV. c. 24. & L. XXIII.
„ c. 8. *arbutum* & *unedonem* eamdem rem esse. Hoc mi-
„ re grassatum est in adolescentibus [& Lexicis]. Sed
„ certe unedo nihil pertinet ad arbutum. *Epimelis* arbor
„ est, cujus fructus dicitur *unedo*: *Arbutus* Latinis, &
„ Graecis comarus, cujus fructus Latinis est *arbutum*,
„ Graecis memaecylum. Itaque unedo epimelidis est,
„ memaecylum arbuti." quae deinceps firmat Galeni, Dodonaei, Dalechampii aliorumque testimoniis.

ARGENTARII. NUMMULARII. MENSARII.

Vide de his post Auson. Popmam, HUBERI Prael. P. II. pag. 129.

ARMA. TELUM.

Praeter Grammaticos vett. consuli possunt GOEDDAEUS de V. S. p. 516. seqq. & MENAGII Amoenit. p. 453. Nos haec observavimus: OVID. II. Pont. I. 40.

Armaque *cum* telis *instrue mista suis.*

LIVIUS I. c. 43. Arma *his imperata*, *galea*, *clypeum*, *ocreae*, *lorica*, *omnia ex aere*; *haec ut tegumenta corporis essent*: tela *in* hostem, *hastaque & gladius.* SALLUST. Jug. CV. 2. *Neque his* (velitaribus) *secus atque aliis* armis, *adversum* tela *hostium*; *quod ea levia sunt*, *muniti.*

ARMA. INSTRUMENTA.

JUSTIN. XII. 4. *Et* instrumenta armorum *equorum*-

quae juvenibus data. De Salluſtii loco in Jug. LXXXV. §. 40. [*Arma, non ſupellectilem, decori eſſe*] egit Frater in Ambig. h. v. Subjungamus monitum Ob. GIFANII in Obſ. L. L. „ *Inſtrumentum* pro ſupellectili ab omni-„ bus veteribus poni pervulgatum eſt. Eo autem tralate „ utuntur pro *adjumento.* Putant vulgo idem eſſe quod „ organon, i. e. rem quamlibet, cujus adjumento quid „ fiat. Perperam. [Idem ſentit Scioppius: Sed diſputat contra eum Baſil. Faber aut alius in Theſ. Lat. quem vide]. „ Video namque veteres nunquam ita uſos etiam hoc „ verbo, ſed potius pro adparatu & inſtructione, ut ita „ dicam, ſeu inſtructu: idemque valere quod *ornamen-„ tum. Ornare* enim ſaepe idem ſimpliciter valet, quod „ inſtruere. *Signum* adpellat Cicero, quod nos vulgo „ *inſtrumentum.*" Quam ego vellem, ipſum locum demonſtraſſet. Ego *arma* malim interpretari, utpote quae & opificum & fabrorum ſunt: e.c. *Coquinaria arma* ap. Plautum.

ARS. ARTIFICIUM. DISCIPLINA. SCIENTIA.

ISIDORUS I. Orig. c. 1. „ Inter *artem* & *diſciplinam* „ Plato & Ariſtoteles hanc differentiam eſſe voluerunt, „ dicentes: *Artem* eſſe in iis, quae ſe & aliter habere „ poſſunt: *diſciplina* vero eſt, quae de iis agit, quae ali-„ ter evenire non poſſunt. Nam quando veris diſputa-„ tionibus aliquid diſſeritur, *diſciplina* erit: quando „ aliquid veriſimile atque opinabile tractatur, nomen „ *artis* habebit." Procul dubio ea ſignificat loca, quibus hi Philoſophi Τεχνῶν καὶ Μαθημάτων differentiam tradiderunt, intelligentes per Τέχνας *artificia* & opificia, per Μαθήματα diſciplinas altiores, quas bonas *artes* humanioresque literas dicere conſuevimus: qua de re conſulendus A. GELLIUS N. A. L. 9. & XIV. 3. Sed Iſidorum, etſi ex uſu ſui aevi, non ſatis Latine locutum eſſe, ea, quae ſubdam, arguent. CICERO VII. Famil. Ep 3. *Praeſertim cum habeam duas res, quibus me ſuſtentem; optimarum* artium ſcientiam, *& maximarum rerum gloriam.*

Digitized by Google

gloriam. Idem I. de Orat. c. 6. pr. *Ac mea quidem ſententia nemo poterit eſſe omni laude cumulatus orator, niſi erit omnium rerum magnarum atque* artium ſcientiam *conſecutus*. Ibid. c. 23. §. 810. *Nam ſi* ars *ita definitur, ut paulo ante expoſuit Antonius, ex rebus penitus perſpectis planeque cognitis, atque ab opinionis arbitrio ſejunctis ſcientiaque comprehenſis, non mihi videtur* ars *oratoris eſſe ulla*. Confer. Lib. II. c. 7. & 8. §. 30--2. &c. *Diſciplina* dixiſſet Iſidorus: quod clarius patet ex cap. 10. ejusd. L. de Orat. §. 44. *Miſſos facio Mathematicos, Grammaticos, Muſicos; quorum artibus veſtra iſta dicendi vis ne minima quidem ſocietate contingitur*. FRONTO p. 2202. ait: *Studium animi eſt: diſciplina artis*. ULPIAN. l. 27. §. 2. de Uſufr. *Si eum* diſciplinis *vel* arte *inſtituerit uſufructuarius, arte ejus utetur vel peritia*. Ubi Ulpiano, ſicuti Iſidoro, diſciplina eſt, quae Ciceroni ars; & eidem ars, quod illi artificium & opificium. *(ambacht en handwerk)* Sed objiciat quis haec Ciceronis I. de Offic. c. 42. §. 150. *Jam de* artificiis *& quaeſtibus, qui liberales habendi, qui ſordidi ſint, haec fere accepimus ...... omniumque, quorum operae, non quorum* artes *emuntur ...... opificesque omnes in ſordida* arte *verſantur. nec enim quidquam ingenuum poteſt habere officina. minimeque artes hae probandae, quae miniſtrae ſunt voluptatum ...... Quibus autem* artibus *aut prudentia major ineſt, aut non mediocris utilitas quaeritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honeſtarum, hae ſunt iis, quorum ordini conveniunt, honeſtae*. Ubi *artificium* & *ars* confundi videntur: ſed, ſi recte perpendas, cernes *artem* proprie eſſe ingenii, *artificium* operis: ſive, artificium eſſe artis in uſum deductae effectum. Haec nunc ſufficiant. Interim vide ſis Cl. OTTONEM in Alfeno Varo p. m. 235-6. aut noſtram, ſi tanti eſt, *Matheſin Jurid.* pag. 30-1. At ſi quis roget, quid diſciplinae nomen artibus aut appoſitum aut oppoſitum notet: reſpondebo eam eſſe artium traditionem, pro diverſis plerumque magiſtrorum ſectis.

Digitized by Google

Exemplorum adfatim congerere quilibet poterit ex Nizolii Thesauro titt. *Ars* & *Disciplina*.

ASSENTIO. Assentior.

Erasmus ad verba Cicer. I. Offic. c. 6, [*ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere adsentiamur*] „ *Assentimus*, inquit, homini, cui credimus: & *assen*-„ *timur* rebus, quas credimus.“ At enim Fabritius ad eundem locum & hic & alibi veram lectionem esse docet *adsentiamus*. Immo vel Lexica Erasmum erroris redarguere & promiscuum horum verborum usum docere poterunt.

ATRIUM. Vestibulum.

C. Aelius Gallus, *in libro de significatione verborum, quae ad jus civile pertinent, secundo*, „ vestibu-„ lum esse dicit, non in ipsis aedibus, neque partem ae-„ dium, [si de solis partibus habitabilibus sumas] sed „ locum ante januam domus vacuum, per quem a via „ aditus accessusque ad aedes est.“ &c. [unde Ciceroni vestibulum & primus aditus perpetuo fere conjunguntur.] Locum hunc nobis servavit A. Gellius Lib. XVI. c. 5. (& ex eo Macrob. VI. Sat. c 8.) ubi pluribus docet, errare viros, licet haudquaquam indoctos, qui opinantur, *vestibulum* esse partem domus primorem; quam vulgus *atrium* vocat. Confer Servii Comment. ad Virg. I. Aen. 730. & II. Aen. 469. & VI. Aen. 273. Firmemus, quod illi facere neglexerunt, dictum discrimen aliquot exemplis, meo instituto congruentibus. Plaut. Mostell. III. 2. 132. ubi pro parte aedium, licet ante aedes, sumitur:

Viden' vestibulum ante aedis *hoc? & ambulacrum quojusmodi?*

Seneca ad Marciam. c. 10. pr. *honores, opes, ampla* atria, *& exclusorum clientium turba referta* vestibula [sic enim distinguo]; *clara, nobilis aut formosa conjux*. Huc refer versus e Virgilio modo citatos.

Vi-

Digitized by Google

VITRUVIUS Lib. V. c. 7. (citante Vossio in Etymol. qui putat antiquitus, cum essent Romuleae casae, idem fuisse *atrium* & *vestibulum*.) *His qui communi sunt fortuna, non necessaria magnifica* vestibula, *nec tablina, neque* atria, *quod hi aliis officia praestant ambiundo, quae ab aliis ambiuntur*. Plura qui volet, consulat Vitruvium Lib. VI. c. 10. & alibi.

AUCTOR. SCRIPTOR.

Distinguit SALLUST. *Catil.* III. 2. *Tamen etsi haudquaquam par gloria sequatur* scriptorem *&* auctorem rerum TACITUM *autem III. Ann.* 3. & 30 auctorem rerum pro scriptore dixisse, jam monuit *ambiguorum* scriptor h. v.

AUCTOR. SUASOR.

SUETON. Tib. c. 27. *Alium dicentem*, sacras *ejus occupationes*, *& rursus alium*, auctore *eo senatum se adiisse*; *verba mutare*, *& pro auctore* suasorem; *pro sacris*, laboriosas *dicere coëgit*. Ubi cons. Torrent.

AUCTOR *legis*: LATOR *legis*.

OB. GIFANIUS in Obs. L. L. „*Auctor legis* non
„ est is, qui eam ferebat, sed alius qui eam confirmabat,
„ suadebat & adprobabat. Sic Manilius fuit *lator* legis
„ Maniliae. *Auctores* ejus legis nominantur P. Servilius,
„ C. Curio, Cn. Lentulus. *sub f. Orat. pro Manil.*
„ (§ 68) Cicero quoque, se ejus legis auctorem facit *pro*
„ *Domo* [c. 8. § 19] quod Lambinus miratur, quum
„ Manilius auctor fuerit, Cicero tantum suasor. Immo
„ Manilius non fuit auctor sed lator. Suasor autem &
„ auctor [male in meo ex. hic legitur *Suasor autem &*
„ *Lator*.] idem sunt: 3. Offic. [30] *Hujus deditionis ipse*
„ *suasor & auctor fui*." Similia his notavit Graevius ad d. Orat & iterum ad Lib. I. Attic. Ep. 19. ubi maxime elucet hic locus CIC. III. de Legg. *Itaque isti rationi neque* lator *quisquam est inventus*, *nec* auctor *unquam bonus*. Adde J. F. REIZII *Ambig.* pag. 72-3.

Digitized by Google

AUDAX. TEMERARIUS.

Grammaticos alias audiemus, nunc nostra proferimus, *Menander* in Fragm.

Εὔτολμος εἶναι κρίνω, τολμηρὸς δὲ μή.

LIVIUS XXV: 37. *Marcius ad consilium prima specie temerarium magis quam audax animum adjecit.* CICERO pro M. Font. §. 1. ut nunc princ. est: *Audaciter hoc dico, judices: non temere confirmo.* SALLUST. Jug. VII. 5. *Et proelio strenuus erat & bonus consilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque solet. Audax* quantum distet ab *audente*, multis docet Cl. BURMANNUS ad Ovid. I. Art. Am. 608.

AUDIO. AUSCULTO. COGNOSCO. COMPERIO.

Ipsae oppositiones per se horum verborum proprietatem manifestabunt. PACUVIUS ap. Cicer. I Divin. c. 57.

Nam istis, qui linguam avium intelligunt,
Plusque ex alieno jecore sapiunt, quam ex suo.
Magis audiendum *quam* auscultandum *censeo.*

CICERO V. Famil. Ep. 5. *Ex multis* audivi: *nam* comperisse *me non audeo dicere.* CORNEL. in Att. c. 13. f. Atque *hic non* auditum, *sed* cognitum *praedicamus.*

AUDIO. EXAUDIO.

Vide de his *L. Vallae* Lib. V. Eleg. c. 29. *Hadrianum Card.* de modis Latine loquendi, *Cellarii* Curas cum Append. & *P. Burmannum* ad Ovid. II. Am. IX. 51. Sed uti vulgare discrimen nihili esse momenti, satis docuerunt Viri Doctissimi, ita nullam inter haec verba esse differentiam, (licet a Poëtis persaepe, nec tamen semper negligatur) non concedo. *Audire* quid sit, nihil adtinet dicere: sed *exaudire* admixtam habet aut loci longinquioris aut vocis exilioris significationem. Aut audiendi finem respicit, (qualis est in opposito *exorare*) significatque *verhoren*. Et pudet sane testimonia adferre, quorum Lexi-

ca video eſſe plena; quamvis de vero intellectu lectorem non edoceant. Non poſſum tamen praetermittere adprime huc facientia verba *Dreſigii* in addendis Fabri Theſ. publicatis in Act. Lipſ. menſ. Dec. clↄ Iↄ CCXXXVIII. p. 699. „Durius, ait, mihi videtur judicium *Cellarii Cur.* „ *poſter.* p. 431. ſeq. *Differentia*, *quam pueri fingunt* „ *inter audire*, *& exaudire*, *ut illud ſimpliciter ſit* hören, „ *hoc* erhören, *ſive precibus annuere nulla eſt.* Nam, niſi „ fallor, non obſcure haec ipſa differentia apparet ex „ *Plinio*, *Panegyr.* c. 94. *Te praecipue, Capitoline Jupi-* „ *ter, precor, ut beneficiis tuis faveas, tantisque mune-* „ *ribus addas perpetuitatem.* Audiſti, *quae malo principi* „ *precabamur*, exaudi, *quae pro diſſimillimo optamus.*

AURIGA. Gubernator. Rector. Vector.

Quam mire haec inter ſe confundantur (nec enim ſpero fore ullum, qui genuinam ſingulorum vocabulorum proprietatem hic tradi deſideret) docuerunt Cl. Viri, *Burmannus* ad Ovid. I. Tr. IV. 13. *Drakenb.* ad Sil. Ital. XVII. 138.

AUSPICIUM. Ductus.

Livius IV. 20. *Quod ea rite opima ſpolia habentur, quae dux duci detraxit*: *nec* ducem *novimus*, *niſi cujus* auſpicio *bellum geritur.* Tacit. II. Ann. 41. *Ob recepta ſigna cum Varo amiſſa*, ductu *Germanici*, auſpiciis *Tiberii.* Ubi Pichena haec loca laudat. „Sueton. Aug. „ 21. *partim* ductu, *partim* auſpiciis *ſuis.* Plinius III. 20. „ *Quod ejus* ductu, auſpiciisque *gentes Alpinae omnes* „ ..... *ſub imperium P. R. ſunt redactae* Curtius L. VI. „ [c. 3. n. 2.] *Quorum alia* ductu *meo*, *alia imperio* au- „ ſpicioque *perdomui.* *Ductu*, i. e. per ſe ipſum: auſpi- „ ciis, quando per legatos bellum agitur. Tamen ap. „ Plautum confunduntur. Soſia de Amphitr. [I. 1. 37. „ & 41.] ait: *ut geſſerit remp. ductu*, *imperio*, *auſpicio ſuo.* „ Et ipſe Amphitruo alibi: [II. 2. 25.] *Eos auſpicio meo* „ *atque ductu primo* coetu vicimus. Nam vere Creontis „ Thebani regis auſpiciis bellum patratum fuerat." Ne quis

Digitized by Google

quis dubitaret, laudare potuisset Amphitr. I. 1. 39.

Regique Thebano Creonti regnum stabilivit suum.

Sed perquam mihi placet Fratris Cariss. Friderici conjectura, putantis apud Plautum esse jactantiam & gloriationem militarem. Consuli quoque meretur de his vocibus LIPSIUS II. *de Milit. Rom. Dial.* 12. *pr.*

AUSTER. NOTUS.

Nullam inter hos differentiam observant nec PLINIUS, qui Lib. II. Nat. Hist. c. 47. sic: „A meridie „*Auster*, & ab occasu brumali Africus: *Noton* & Liba „nominant.“ nec GELLIUS qui Lib. II. c. 22. „Meridies autem, inquit, quoniam certo atque fixo limite „est, unum meridialem ventum habet: is Latine Auster, Graece νότος nominatur.“ &c. nec SENECA Nat. Q. Lib. V. c. 16. f. scribens: „A meridiano axe „Euronotus est. Deinde Notus, Latine Auster. Deinde Libonotus, qui apud nos sine nomine est.“ nec denique VEGETIUS de R. M. Lib. IV. c. 38. „Meridianum autem cardinem possidet Νότος, id est, Auster. Huic a dextra jungitur λευκόνοτος, id est, albus „Notus. A sinistra λιβόνοτος, id est, Corus.“ Tamen APPULEJUS Notum ab Austro, tamquam speciem ab genere discernit, cum apud V. Eruditiss. *Cannegieter* ad Avian. pag. III. ita disserit: „*Austrorum* in nominibus illa est observanda diversitas: namque cum de „abscondito polo flatus adveniunt, *Notus* est: Euronotus ille, qui inter Notum aut [*sensus* & *vel* atque „*postulat*] Eurum medius effringit: ex alio latere Libonotos ex duobus unum facit.“ Favetne Appulejo, quod Austri pluraliter a Poëtis dicantur? De ceterorum ventorum adcurata differentia vid. *Vitruv.* Lib. I. c. 6. TANTUM.

Vol. X. Tom. I. FINIS.

MISCELLANEAE OBSERVATIONES CRITICAE IN AUCTORES VETERES ET RECENTIORES.

Ab Eruditis Britannis inchoatae, & nunc a Doctis Viris, in Belgio & aliis regionibus, continuatae.

VOL. X. TOM. II.

Menſes *MAJI, JUN. JUL.* & *AUG.* Complectens.

AMSTELAEDAMI,
Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS.
M. D. CC. XXXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

Vol. X. Tom. II.

Notae ad Ausonii Mosellam. 161 -- 200

Notae in Xenophontem Ephesium. 201 -- 218

Davidis Martini, Ecclesiae Ultrajectensis Pastoris Gallici, in Lucii Caecilii Librum ad Donatum Confessorem de Mortibus Persecutorum, Notae. 219 — 244

Joannis Georgii Graevii Epistola ad Davidem Martinum. 245 — 249

Jacobi Palmerii a Grentemesnil super Lacu Asphaltitide. &c. 250 — 256

H. L. J. D. P. B. Suspicio de emendando Tacito Annal. Lib. XI. c. 22. &c. 257 -- 295

Augustini van Staveren Emendationes in Pausaniam & alios. 296 – 310

Isebr. Eil. Harkenrothii Sicilimentorum ex Hesychii Glossis Manipulus primus. 311 – 316

MISCELLANEAE OBSERVATIONES CRITICAE IN AUCTORES VETERES ET RECENTIORES.

NOTAE AD AUSONII MOSELLAM.

Vs. 1.

Transieram celerem nebuloso flumine *Navam,*
Addita miratus veteri nova moenia vico,
Aequavit Latias ubi quondam Gallia Cannas,
Infletaeque jacent inopes super arva catervae.
Unde iter ingrediens nemorosa per avia solum,
Et nulla humani spectans vestigia cultus,
Praetereo arentem, sitientibus undique terris,
Dumnissum, riguasque perenni fonte Tabernas,
Arvaque Sauromatum nuper metata colonis.

Et tandem primis Belgarum conspicor oris
Nivomagum, divi castra incluta Constantini.
Purior hic campis aër: Phoebusque sereno
Lumine purpureum reserat jam sudus Olympum.

Versu primo *flumine* ex antiquis libris editionibusque revocavi, quam vocem hoc suo loco moverunt illi, qui Scaligeri conjecturam sunt secuti, reponentis *lumine*. In id me haec caussa impulit, quod Poëta fluminis transitum memorans, non diei, quo transiit, aut aëris per loca, quae emensus fuerat, temperiem, sed amnis ejus ingenium exposuisse videtur. Neque obstat vs. 12. quem vir magnus objiciendum putavit.

Purior hic campis aer &c.

Nam non mirum, itinere facto per densissimos saltus, quibus aquas suas ducit Nava, haerentque diutius nebulae, non dispexisse prius puriore caelo, quam ad Neomagum sive Nivomagum, ubi & cultus & Mosella amnis amoenius aëra temperant. Neque a sententia me dimovet hic locus ex Cupid. Cruc. adfix. ubi de Orci domo vs. 6.

Errantes silva in magna, & sub luce maligna
Inter arundineasque comas, gravidumque papaver,
Et tacitos sine labe lacus, sine murmure rivos,
Quorum per ripas nebuloso lumine *marcent,*
Fleti olim regum & puerorum nomina flores.

quem Freherus ad tuendam Scaligeri lectionem adfert, quia eo in loco omnes scripti & vetusti codices *lumine* praeferunt; quod iidem in hoc rejiciunt. Illud tamen addo, si per codices istos liceret, non & aliam me hic lectionem desideraturum quam *flumine*. Nam quod hoc versu 8. *nebuloso lumine* dixit, jam ante vs. 5. *lucem mali-*

Digitized by Google

malignam dixerat, ex Virgilio Aeneid. VI. vs. 270. *Ripas nebuloſo flumine* crepidines Stygis aliusve fluminis apud inferos accipio. Sed quisque hic ſuo mori & genio obſequatur; neque hic tantum, ſed & in iis, quae deinde a me exponentur.

Quis ille vicus fuerit, ad quem Navam amnem Poëta tranſiit, cenſentium diverſitas incertum facit. Vinetus Tres Tabernas accipit, caſtellum in agro Argentoratenſi. Scaliger Argentoratum intelligit. Valeſii Fratres in Notitia Galliae voce *Nava* locum eum, ubi Julius Vindex a Virginii Rufi copiis eſt oppreſſus. Freherus in commentariis ad Moſellam & Cluverius in German. Antiq. Lib. II. cap. 11. & 14. nec non Cellarius Geogr. Antiq. Lib. II. cap. 3. pag. 174. Bingium. Cellarius addit hunc interpretum conſenſum eſſe, ſed temere, nominavi enim, qui diſcrepant. Verum nihil Tres Tabernae, nihil Argentoratum ad Navam, qui inde longe abeſt. Ipſa autem verba Auſonii verſuumque, atque orationis ordo arguunt, vicum illum ad ipſum amnem Navam fuiſſe ſitum. Porro quae clades memorabilis ad Tres Tabernas? Quod Vinetus dirutas eas ab Alemannis per haec tempora a Juliano reparatas ſcribit, non id proprium huic vico, ſed multis aliis ad Rhenum, de quibus Ammianus Marcellinus libris prioribus. Scaligerum refellunt cum ea, quae Freherus habet, quod clades ad Argentoratum, recens, & Germanorum ſit, de qua vero Auſonius, ea antiqua erat & Gallorum; quod Argentoratum Poëta non videtur vicum nominaſſe. Tum, quod oſſa caeſorum in acie, qua de Poëta, inhumata conſpiciebantur, qui vero ceciderant ad Argentoratum, ſepulti omnes fuerunt. Ita namque Ammianus Lib. XVII. initio. *Hac rerum, quas jam digeſſimus, varietate ita concluſa, Martius Juvenis* (Julianus Caeſar) *Rheno poſt Argentoratenſem pugnam otioſe fluente ſecurus, ſollicitusque ne dirae volucres conſumerent corpora peremtorum,*

rum, ſine diſcretione cunctos humari *mandavit.*

Valeſios Fratres multa revincunt, primo loci diverſitas. circumventi namque & victi Vindicis milites non ad Navam, ſed ad Veſontionem, Sequanorum in Gallia Belgica oppidum. vid. Dion. Caſſ. Lib. LXIII. pag. 725. ſecundo non ſoli Galli ex Vindicis exercitu ſuperati videntur, ſed & Romani, quia Vindex pro Praetore Galliae praeerat. Sueton. in Ner. c. 4. Tertio non ea fuit cladis illius atrocitas, ut cum Cannenſi comparari queat, tu lege Dionem loco, quem dixi.

At vero Freherum, qui Tutorem & Treveros ad Bingium ſuperatos accipit, ſimiliter cladis tenuitas redarguit. Eam deſcribit Tacitus Hiſtor. IV. cap. 70. *Tutor Treveris comitantibus, vitato Moguntiaco Burgium conceſſit, fidens loco, quia pontem Navae fluminis abruperat. Sed* incurſu cohortium, *quas Sextilius ducebat, & reperto vado, proditus fuſusque.* Quo in loco quia *cohortium incurſum* dicit, vix eam juſtam cladem cenſeas, de qua nec magnifice Victor Cerealis, nec pudibunde Civilis apud eundem Tacitum Lib. V. cap. 16. & 17. Ille *fugam* nominat, *attamen*, inquit, *fuſos Germanos, quod roboris fuerit. Supereſſe, qui fugam animis, qui vulnera tergo ferant.* Civilis vero, *ne terrerentur vario Treverici praelii eventu, ſuam illic victoriam Germanis obſtitiſſe.* Ex quibus porro illud obſervandum, utrique duci, Romanorum nempe & hoſtium, non Gallorum eam cladem fuiſſe viſam, ſed Germanorum. adde de Treveris Tacit. de Morib. Germ. cap. 28. ut adeo ab errore Scaligeri, quem reprehendit, non ipſe ſibi caverit Freherus.

Ex me ſi quaerat aliquis, quae illa clades videatur, & quis vicus ad Navam, dico cladem mihi eam videri, quam Arioviſtus Germanorum Rex, trajecto Rheno, intulit Gallis, vicumque mihi Creutznacium videri. Nam ipſae illae *inopes ſuper arva catervae* ſive oſſa inſepulta barbarorum victoriam arguunt, maxi-

meque

Digitized by Google

meque Germanorum, nequaquam vero Romanorum. Germanorum hanc consuetudinem intelligas ex reliquiis calamitatis Varianae, quae campis nudae sparsaeque jacuerunt, donec collegit eas Germanicus, & tumulo condidit. Vide Tacitum Annalium I. cap. 62. De ista Gallorum clade in hunc modum gloriatur Ariovistus apud Caesarem Bell. Gall. I. cap. 44. *Omnes Galliae civitates ad se oppugnandum venisse, ac contra se castra habuisse: eas omnes copias uno abs se praelio fusas ac superatas esse.* Vides cladem ingentem & Cannensi comparandam, qua uno praelio Galliae civitates omnes sunt victae. De loco cladis hoc addo, Creutznacium ei opportunissimum videri, quod modico spatio ab Rheno abest, aditumque aperit Aeduos ac Sequanos, qui optimum totius Galliae agrum possidebant, ut Caesar testatur de Bell. Gall. I. cap. 31. sed post victoriam illam ab Ariovisto insessum, petenti. Ad Creutznacium porro me ea suspicio adducit, quod cum vici nomen non designet Poëta, amnem nominans ac vicum ei adsitum, tacite significare videatur vicum amni cognominem. Verborum enim Ausonii haec sententia est: Transii Navam amnem ad vicum. Quae quid declarant, nisi id, transii Navam amnem ad vicum Navam? Creutznacium vero sive *Creutznach* (ut Germani Germanicum oppidum vero nomine appellant) dubitare nemo poterit, quin a Nava sit dictum, qui existimaverit, amnem ipsum *Naham*, *Nacham* & *Navam* in vetustis monumentis scribi, quod notatum Valesio in Notitia Galliae, &, ni fallor, Brouwerio in Annalibus Trevirensibus. Probabile praeterea ante salutaris crucis cultum, unde prior appellationis pars vico adhaesit, solo nomine Nahae vicum hunc fuisse dictum. Quod autem Bingium vicum arbitrantur hocloco appellatum, in eo non convenit iis, & Ammiano Marcell. Lib. XVIII. pag. 115. ubi Bingium non vicum sed civitatem nominat. Nihil frequentius, praesertim in Germania,

mania, atque omnium maxime in Archiepiſcopatu Treverenſi, quam oppidorum nomina a fluminibus rivis & fontibus duci. Inde innumerae terminationes *Weiler*, *Bach*, *ach* atque aliae. Forte a Nava etiam *Naumburg* nomen invenit, quaſi *Naveburg*. Quod ſi igitur ad oppidum hoc Navam, fluvii cognomine dictum (Creutznacium deſigno) Navam amnem trajectum ab Auſonio putaveris, haud difficulter, ut reor, Dumniſſi & Tabernarum (quae loca ſibi Nivomagum petenti praeterita ſcribit Auſonius) ſitum invenies. Duc enim filum Creutznacio Nivomagum, quod oppidum hodie *Numagen* appellatur, proximum Moſellae, ſenties eo *Sobernheim* tangi & *Thauniſſen*, ſi non in omnibus, certe in multis Geographorum tabulis: Quae loca mihi quidem antiqua nomina Auſonio memorata praeferre videntur. Nam quod Marquardus Freherus iter Auſonii a Bingio ducit per manſiones, quas tabulae Peutingerianae demonſtrant, hoc modo, *Bingium XII. Dumno XVI. Belginum VIII. Noviomago X.* in eo vehementer fallitur, nam iter illud Auſonii

nemoroſa per avia ſolum,
Et nulla humani ſpectans veſtigia cultus,

abhorret plane a via, quam illae Tabulae patefaciunt, Romano opere munitam, manſionibus, mutationibus, quaeque aliae opportunitates viarum Romanarum in provinciis celebrari ſolent, ornatam. Quae res infirmat etiam eam Freheri & Cluverii opinionem, qua Dumniſſum Auſonio dictum, Dumnum antiqua illa tabula expreſſum, interpretantur. Credo, undecunque venerit Auſonius, Treviros aut Nivomagum cogitans, non eum viam militarem, quae nonnunquam longior eſt, ingreſſum, ſed, ut expediti & feſtinantes nonnunquam ſolent, aut quacunque tandem de cauſſa, per avia compendium feciſſe.

Duo,

Digitized by Google

Duo, ut puto, morabuntur nonnullorum judicia, quo minus persuasi in sententiam nostram eant, Dumnissumque *Thaunissen* & Tabernas *Sobernheim* existiment. Horum primum est, quod pergentes Creutznacio Nivomagum non priore loco, quo illud Poëta ponit, *Thaunissen* adeant, sed *Sobernheim.* Alterum quod

Arentem stientibus undique terris
Dumnissum.

dicit, neque enim id convenire videtur *Thaunissen*, qui vicus prope amnem *Simmer* est, qui amnis in Navam evolvitur. Quod ad prius attinet, ut versui serviret, viae ordinem deserit, id quod & alii extra versum nonnunquam fecisse deprehenduntur. Quod ad alterum, aut olim remotior a Dumnisso amnis fluxit, ut amnes saepe, aut sponte sua lapsi, aut aggeribus molibusque exclusi, cursum mutant, aut si altiore illic supercilio, saxisve abruptis forte coërcetur, dicendum est, arentem dici *Dumnissum*, quia amnis ille in isto loco sitienti Dumnisso nullam opem praestat. Cognovi loca subterlabentem fluvium ex editioribus tumulis prospicientia, quibus ex ariditate nomen est inditum, quod omnia circum arenis sicca sunt atque arida. Horatius Epod. III. vs. 16. Apuliam siticulosam dicit & pauperem aquae Daunum Lib. III. Od. ult. in qua regione non violens tantum Aufidus obstrepit, sed & Cerbalus ac Trento manant, & plures forte aquas reperias, si in iis studiose inquiras. Verum de hac re ex situ oppidi an vici verius incolae judicabunt. Ipsa vox *Dun*, si forte inde ei, ut pluribus urbibus & vicis per Galliam & Germaniam, nomen sit, collem significat: unde & Tauno Germanorum monti altissimo, quo de Pompon. Mela Lib. III. cap. 3. nomen inditum creditur, cui vox *Taunissen* respondet. Verum, ut dixi, conjectura haec incolarum, oculatorumque testium fide stabit cadetque.

Hoc unum adjungere liceat, Tabernas Romanorum; in aliis Germaniae locis, accolis hodie *Zabern* & *Sabern* appellari, *heim* vero, quod domum aut mansionem notat, oppidis innumeris nomen est. Quod dicit *inopem super arva catervam.* nota Virgilii imitationem ex Aeneid. Lib. VI. vs. 325.

Haec omnis, quam cernis, inops *inhumataque* turba *est.*

Haec, quae dixi, quia summis viris disputata sunt, explananda mihi uberius existimavi, in iis, quae sequentur, brevitate placere studebo.

VS. 19.

& amoena fluenta
Subterlabentis tacito rumore *Mosellae.*

de voce *Rumore* consulatur hoc loco Barthius, plura dabat Vossius in Etymologico.

VS. 23.

Salve amnis, laudate agris, laudate colonis,
Dignata imperio debent cui moenia Belgae.
Amnis *odorifero juga vitea consite Baccho;*
Consite gramineas amnis *viridissime ripas.*
Naviger, ut Pelagus; *devexas pronus in undas,*
Ut Fluvius *vitreoque* Lacus *imitate profundo.*
Et Rivos *trepido* potes *aequiperare meatu,*
Et liquido gelidos Fontes praecellere potu.
Omnia solus habes, quae Fons, *quae* Rivus *&* Amnis
Et Lacus, *& bivio refluus manamine* Pontus.

Grammaticum hic facile deprehendas Ausonium, sollicite discrimina *amnis, pelagi, fluvii, lacus, rivi, fontis* aucupantem. Amnis amoenitatis est, quare ei Poëta odorem, vites, gramineas ripas tribuit. Isidorus in Originib. Lib. XIII. cap. 21. *Amnis fluvius est,* nemore

more ac frondibus redimitus, *& ex ipsa* amoenitate *amnis vocatur.* Lacum cum a vitreo profundo commendet, lacum potissimum intellige, cujusmodi in urbe fuerunt, lympidissimorum fontium tota Italia aquaeductibus derivatorum receptacula. Unus Agrippa septingentos fecit Plinius Nat. Hist. Lib. XXXVI. cap. 15. Adde Frontin. de Aquaeduct. Lib. I. Fuisse etiam apud Treviros credibile, in qua urbe reliquiae aquaeductus hodie ostentari dicuntur. De Rivo Festus in Schedis Farnesianis, sed emendatis a Turnebo an Ursino. *Rivus vulgo appellatur tenuis fluor aquae, non specu inciliove factus, verum naturali suo impetu. Sed & hi rivi dicuntur, qui manu facti sunt, sive super terram fossa, sive subter specu.* Cujus vocabuli origo ex Graeco pendet. Corruptissime editur hic locus in Menagii Amoenit. cap. 39. pag. 342. scriptoris an editoris sive typographi culpa nescio. Unum illud & post *sed* de meo est nisi & hoc forte ab aliis occupatum. Non, quod nesciam *sed* nonnunquam pro *sed &* poni, verum quia non ob unam caussam huic loco id inseri malui, quam intelligi, quod & alibi saepe extritum puto, ob veterum scribendi rationem, non *sed* semper, verum saepissime *set* exarantium. Recte, si quid judico, Gronovius vs: 29. *potis* restituit pro *potes*, quod tamen in contextum recipere veritus sum, meticulosior forte justo, certe Tollio, qui ex sua Ausonii editione probabiles virorum doctorum conjecturas pro veris obtrudere Lectoribus non dubitavit.

Vs: 35.

Non superante vado rapidos reparare meatus
Cogeris, exstantes medio non aequore terras
Interceptus habes: justi ne demat honorem
Nominis, exclusum si dividat insula flumen.

Digitized by Google

Versui 35 nequaquam laboranti medicinam facit Gronovius, neque sententiam ejus expediit Freherus. Hoc dicit Ausonius, neque abundare, neque deficere Mosellam. *Vadum* undam aut aquam nominat, quod solemne Poëtis. vid. Burman. in Commentario majori ad Phaedrum Lib. IV. Fab. 8. in fin. *Reparare meatus* dicitur fluvius, cum amnem super ripas effusum ad alveum reducit.

Vs. 39.

Tu duplices sortite vias, &, quum amne secundo
Defluis, ut celeres feriant vada concita remi:
Et quum per ripas nusquam cessante remulco,
Intendunt collo malorum vincula nautae.
Ipse tuos quotiens miraris in amne recursus.

Versus hos ita legendos distinguendosque puto.

Tu duplices sortite vias. (Et, quum amne secundo
Defluis, & *celeres feriunt vada concita remi*
Et, quum per ripas, nusquam cessante remulco,
Intendunt collo malorum vincula nautae)
Ipse tuos quotiens miraris in amne recursus!

Vs. 45.

Tu neque limigenis ripam praetexeris ulvis,
Nec piger inmundo perfundis littora coeno,
Sicca sed in prima *adspergis vestigia lympha.*

Non placet *in prima* *, nec occurrit, quod reponam. Quid si *in pura* legatur? sic videtur suadere *inmundum*

coenum,

* Dictum, ut *In prima provincia*: *In primis aedibus*: *In ima cera.* Mosellam ingredientium pedes statim liquida *adsperguntur* aqua. non tenaci coeno oblinuntur & hauriuntur. Mosella ad ipsam ripam statim limpidas volvit aquas. cum multi alii fluvii demum procul aliquantum a terrae ora alveo puro decurrere soleant. Vox *adspergis* hic proprio sensu accipienda. ῥαίνειν Graecorum exprimit & *Lympha* etiam propria sua notione ponitur. B.

coenum, quod praecedit. *in* praepositio vacat. notum illud Virgilii, *Horridus in jaculis*, & sexcenta alia Poëtarum. vide ad Avian. Fab. 4. vs. 12.

Vs. 50.

Ast ego despectis, quae census opesque dederunt,
Naturae mirabor opus, non, cura *nepotum*,
Laetaque jacturis ubi luxuriatur *egestas*.

Quid, si ita emendemus?

Ast ego despectis, quae census opesque dederunt,
Naturae mirabor opus, secura *nepotum*
Laetaque jacturis sibi luxurietur *egestas*.

Non credo, id vulgato deterius esse, scripsisse tamen ita nostrum, sine librariorum testimonio adfirmare non audeo.

Vs. 56.

utque almus aperto
Panditur intuitu, *liquidis* obtutibus *aër*,
Nec placidi probibent oculos per inania venti.

Vix fero haec in uno versu conjuncta *intuitu, obtutibus*, sed opem, si qua desideratur, ferant alii.

Vs. 59.

Sic demersa procul durante per intima visu
Cernimus, arcanique patet penetrale fluenti:
Quum vada lene meant, liquidarum & lapsus aquarum
Prodit caerulea dispersas luce figuras:
Quod *sulcata levi crispatur arena meatu:*
Inclinata tremunt viridi quod *gramina fundo.*
Utque sub ingenuis agitatae fontibus herbae,
Vibrantes patiuntur aquas.

Vide, an ita malis distingui legique

Sic

Digitized by Google

Sic demersa procul, durante per intima visu,
Cernimus, arcanique patet penetrale fluenti,
Quum vada lene meant. Liquidarum & lapsus aquarum
Prodit caerulea dispersas luce figuras,
Qua *sulcata levi crispatur arena meatu,*
Inclinata tremunt viridi qua gramina fundo.

Qua pro *ubi* frequentatum Poëtae nostro vid. infra VIII. 154. 240. 245. 442. nec respuo *quum.* pronomen hoc, adverbiaque inde derivata varie corrupta sunt ab librariis, quia non integris litteris, sed notarum compendiis exarabatur vulgo. *dispersas* hic illic jacentes expone. *Patiuntur* id est patiendo sustinent ac perferunt, non iis cedentes, quod Virgilius dixit *patior durare* Aeneid. VIII. 577. atque ita Cornel. Nep. in Alcib. c. I. *Quum tempus posceret, laboriosus*, patiens, *liberalis, splendidus, non minus in vita, quam in victu.* Adde Avian. Fab. IX. vs. 4.

Vs. 68.

Nota Caledoniis talis pictura Britannis,
Quum virides algas, & rubra coralia nudat
Aestus, & albentes concharum germina baccas,
Deliciasque hominum, locupletibusque *sub undis*
Adsimilant nostros imitata monilia cultus.

Viri docti omnes fatentur corruptum esse versum 71. idque syllabae in *locupletibus* vincunt, eum ita sano

Delicias hominum locupletes. Ista *sub undis*
Adsimilat.

Ista nempe pictura, de qua vs. 68.

Vs. 77.

Digitized by Google

Vs. 77.

Sed neque tot species, obliquatosque natatus,
Quaeque per adversum succedunt agmina flumen,
Nominaque & cunctos numerosae stirpis alumnos
Edere fas. Haud ille finit, cui cura secundae
Sortis, & aequorei cessit tutela tridentis.

Dubito sententiam horum versuum & mentem Poëtae perspectam esse omnibus. Haec opinio veteres tenuit, terram solam lustrandam scrutandamque hominibus esse tributam, caetera omnia, supera, infera, circumflua, Diis seposita. Quae caussa est, cur ea arcana & secreta appellentur, nec sine scelere tentari posse existimentur. Dixi aliquid de ea re in Rescriptis Boxhornio de Catone cap. 11. plura dicenda supersunt, verum hoc loco tantum de Oceani arcanis non temerandis nonnulla perstringam Valerius Flacc. Lib. I. vs. 197. ubi Iason ad Neptunum

Scio me cunctis e gentibus unum
Illicitas *tentare* vias.

& vs. 627.

Hoc erat illicitas *temerare rudentibus* undas.

Carmen de navigatione Drusi, quod creditur esse Pedonis Albinovani,

Per non concessas *audaces ire* tenebras.

Atque in fine:

Dii *revocant rerumque* vetant *cognoscere finem*
Mortales *oculos*. Aliena *quid* aequora *remis*,
Et sacras violamus aquas, *Divûmque quietas*
Turbamus sedes?

Quare

Quare & noster infr. vs. 280. Glaucum scrutatorem *operti Nereos* nominat, neque obscure arguit, eum violati arcani poenas dedisse in eo loco commemoratas. Et ne Poëtarum figmentis istam relligionem adsignes, ipse gravis auctor Tacitus de Moribus Germanorum cap. 34. *Ipsum quin etiam Oceanum illa* (classe) *tentavimus. nec defuit audentia Druso Germanico, sed obstitit Oceanus* in se *simul atque in Herculem* inquiri. *Mox nemo tentavit*, sanctiusque ac reverentius *visum* de actis Deorum credere quam scire. Num ergo putidus κακόζηλος dicendus Florus ob haec Lib. II. cap. 17. 12. *Peragratoque victor Oceani littore, non prius signa convertit, quam cadentem in maria solem, obrutumque aquis ignem non sine quodam* sacrilegii metu & horrore *deprehendit*; id disputatum aliis novimus. Quod ad illam religionem attinet, ea cujusque generis hominum animos occupaverat, Poëtarum, Historicorum & Philosophorum nonnullorum. Morine autem Poëtarum an ingenio & judicio obsecutus hoc loco Ausonius sit, parvi refert investigare. Intelligimus religionem ei fuisse arcana Oceani prodere, piscesque ejus, speciesque eorum, nomina & foeturam id est ingenium explanare. Neque Oceani tantum, sed & aliarum rerum, quae a terris sejunctae Dîs quasi propriae sunt; quo pertinet vs. 186. 187. 188. infr.

Sed non haec spectata ulli, neque cognita visu.
Fas mihi sit pro parte loqui, secreta tegatur,
Et commissa suis lateat reverentia rivis.

Oceani autem pisces intelligit, cum obliquatos natatus, & per adversum flumen succedentes loquitur. Nam obliquatos natatus piscium dicit, qui flumina, quasi latera Oceani pulsantia atque intrantia, subeunt. Quod dicit *non edere fas* ostendit enarrationem ejus juri divino adversari, quare ait Neptunum hoc vetare.

Ostendit

Digitized by Google

Oſtendit autem ſe de flumineis piſcibus duntaxat cantaturum. Sed ais, Salmonem celebrat, is autem origine marinus, & adverſos amnes Rhenum, Moſellamque ingreditur. Verum neſciveritne id noſter Poëta, an diſſimulaverit, ut ex eo Moſellae aliquod decus quaereret, an verum non eſſe arbitratus ſit, non nunc ſollicitius perſequemur.

Vs. 97.

Nec te puniceo rutilantem viſcere, Salmo,
Tranſierim.

Salmonem laudibus effert, & ſane verum eſt, quod addit, dubiae eum facere caenae fercula. Et quanquam idem hominum guſtus hodie non eſt in nonnullis, qui olim fuit, quod ex iis intelligimus, quae mox de Lucio vs. 123. & ſeq. manet tamen Salmoni honos priſtinus. Conſiderate oculis cum luſtrarem aliquando ſtatuam iconicam antiquam, non tamen aevi optimi, quae viſitur in aula Clivenſi, viſus ſum mihi animadvertere piſcem, quem illa manu dextra praefert, & ſi quid tum recte judicavi, Salmonem. Res haec adduxit me in opinionem, ut exiſtimarem, virum eum piſcaturae Salmonum praefuiſſe, quae fiebat olim ad divortia Rheni & Vahalis, ubi locus nomen ſervat: *Salmoort* enim etiam nunc appellatur, opportuniſſimus capiendis piſcibus iis, qui adverſos eos fluvios ſubibant, quos nunc aliis locis intercipi in Hollandia Batavica novimus. Cingulus & baculus, quem ſiniſtra manu geſtat, eum inter officia domus Auguſtae fuiſſe declarant, praefuitque Salmonibus, menſae Caeſareae curandis: refero huc Caſſidori locum ex Varior. Lib. XII. ep. 4. *Deſtinet carpam Danubius*; a Rheno *veniat* Aucorago. huncenim piſcem viri docti Salmonem interpretantur. Vides, cur addat Auſonius vs. 103. de Salmone

Tempora longarum *fers* incorrupte morarum.

Mitte-

Mittebatur enim longe. Sed de hac piſcatione alius erit opportunior diſputandi locus, quem brevi fore ſperamus.

Vs. 105.

Quaeque per Illyricum, per ſtagna binominis Iſtri.
Spumarum indiciis caperis Muſtela natantum,
In noſtrum ſubvecta fretum, *ne lata Moſellae*
Flumina tam celebri defraudarentur alumno.

Cave in vs. 7. *fretum* intelligas mare, aut Oceanum: Moſellae ac fluminis aquam notat. Sic infr. vs. 136.

Quem velut Actaeo, perductum tergora olivo
Amnicolam Delphina reor. Sic per freta *magnum*
Laberis, & longi vix corporis agmina ſolvis,
Aut brevibus defenſa vadis, aut fluminis ulvis.

Adde vs. 179. 182. Animadverte porro ſummum artificium Poëtae, cum ſciret Muſtelam piſcem ab Oceano venire, eum a Danubio repetere mavult, ne videatur piſces marinos tangere. credebantur autem incerti eſſe fontes Danubii, quare in Epigram. IV. va. 1.

Danubii penitus caput occultatus *in oris*.

& infra vs. 123.

Et fontem *Latiis* ignotum *annalibus* Iſtri.

Vs. 119.

ubi de perca

Solidoque in corpore partes

Segmentis *coëunt*.

Corrigo *Segmenti*.

Vs. 135.

Digitized by Google

Vs. 135.

De Siluro.

Nunc pecus aequoreum celebrabere, magne Silure,
Quem, velut Actaeo perductum tergora olivo,
Amnicolam Delphina reor, sic per freta magnum
Laberis, & longi vix corporis agmina solvis,
Aut brevibus defensa *vadis, aut fluminis ulvis.*
At quum tranquillos moliris in amne meatus,
Te virides ripae, te caerula turba natantum,
Te liquidae mirantur aquae.

Vs. 137. Ex eo *magnum laberis* iterum Virgilii imitatorem agnosce, qui ita Georg. III. 213.

Atque hic undantem bello, magnumque fluentem *Nilum.* ubi Servius *magnumque fluentem, pro* magne *nomen pro adverbio.* Vs. 139. lego *detenta* pro *defensa.* Ea mensura piscis est, ut *agmina solvere*, id est se totum extendere vix possit, quin detinetur aut a brevibus vadis, aut ab ulvis, certe in Mosella, amne modico. Forte tamen praestiterit *agmina volvis.* volvit agmina piscis longus, cum serpentum in modum incurvans ac torquens corpus caudamque natat, & vadum turbat, quod solent facere pisces majores, cum in praedam feruntur, quare noster Poëta volutata haec agmina Siluri opponit meatibus ejus tranquillis, de quibus vs. 140. Hoc modo Avien. in Phaenom. vs. 191. de angue coelesti.

agmina coelo
Lubrica convolvit.

id quod Virgilius Aeneid II. vs. 208. *sinuare volumina* dixit & *agmen* nominavit vs. 212. & *labi* 225. Videtur Ausonius, scribens Silurum corporis agmina volvere, respexisse vocis Etymon Grammaticis traditum, quod crebro σείει οὐρὰν caudam movet.

Vs. 144.

Digitized by Google

Vs. 144.

Talis Atlantiaco quondam balaena profundo,
Quum vento motuve suo telluris ad oras
Pellitur, exclusum fundit mare, magnaque surgunt
Aequora, vicinique timent decrescere montes.

timent decrescere montes id est timent crescente aequore se minores fieri aut videri. vid. Burman. ad Valer. Flac. Lib. VI. vs. 393.

Vs. 156.

Gauranum sic alma jugum vindemia vestit,
Et Rhodopen, proprioque nitent Pangaea Lyaeo.

Ad quem locum Vinctus notat, de vitibus Rhodopes montis sibi alibi non lectum. At vero laudatissima Thraciae vina fuisse monet Athenaeus Lib. I. fuisseque ea in regione Pangaei montis & Rhodopes multa declarant. Quare hi montes nobilissima illa Lycurgi Regis fabula maxime celebrantur. vid. Apollodor. Biblioth. Lib. III. Hygin. fab. 132.

Vs. 165.

Inde viator
Riparum subjecta terens, hinc navita labens,
Probra ferunt . . . . . *cultoribus*

Ita habent MSS. Codices, unius vocis lacunam relinquentes. Explent eam Viri Docti & corrigunt *Probra canunt duris:* alii *Probra canunt seris*, quod impensius placet & confirmat Torrentius ad Horat. I. Sermon. VII. 31;

Capripedes agitat, cum laeta protervia Panas,
Insultantque vadis.

Vs. 172.

Digitized by Google

Vs. 172.

Talem proterviam notaram olim in Asino Cumano Aviani nostri Fab. V. cum ex aliis, tum his Aviani verbis vs. 11.

Mitibus ille feris communia pabula calcans.

Doctissimus Wopkensius (quod adversario meo nomen esse nuper cognovi) quanquam non negat superbiisse Asinum Leonis exuviis, parcius tamen illud bestiolae objiciendum ratus, *pernego*, inquit, *contemtum hunc*, intellige proterviam *Poetae verbis exprimi*, & quo magis ei credas, vocem illam *calcans*, ex qua ego proterviam istam productis antiquorum scriptorum testimoniis, probatum ieram, omnium librorum scriptura confirmatam, & quam is, cum primum adversaria sua exprομeret, intactam praetermisit, nunc, ut in suam sententiam detorqueat, mutat atque in *carpens* convertit. Nempe hoc artis est, in respondendo secare nodum, quem solvere nescis. Verum operae pretium credo fuerit, reliquas viri artes, quibus iniquissimos in me incursus tuetur, cognoscere. Scripsi in vs. 8.

Et miserum tanto pressit honore caput.

Vocem caput, ipsum asinum notare, ut *lepidum caput*, *ridiculum caput* ipsum hominem. Idque verum esse ostenderam primo ex narratione scriptorum omnium, qui fabulae ejus meminerunt, secundo quia ipse Avianus *membra* dicit vs. 7. & vs 15. *tergum* & corpora, quorum nihil soli capiti conveniebat, atque illi expositioni, quam V. D. vindicat. Quid ad haec Wopkensius? meliora edoctus non negat amplius totum corpus leonina pelle tectum fuisse, sed si per caput Asinus intelligendus sit vs. 8. *sic inscite admodum*, inquit, *Asinus miserum Asinum pro se miserum hoc honore pressisse dicetur.*

Digitized by Google

retur. Deinde non corpus ſed ſolum caput intelligi colligit ex vs. 6. *& ſpoliis induit* ora *novis.* quia vox *ora* non totum corpus, ſed vultum & caput, quae ipſius videtur eſſe opinio, tantum ſignificat. Quod ad prius attinet: non ſatis perſpicio, vocesne illae *miſerum caput*, an *honore preſſit* turbarint eum. Dicendum itaque erit de locutione utraque. Romani ſcriptores, plurimi cum narrant Decios aliosque devoviſſe caput, anne ſignificant devoviſſe ſeſe. Lucan. VII. vs. 359.

D.ciosque caput *fatale* voventes.

Et ne dubites Valer. Maxim. Lib. V. cap. 6. 5. caput ſuum *pro ſalute reipublicae devovit.* Alio in loco L. I. cap. 7. 3. mutat locutionem, & non *caput* dicit, ſed pro eo ſubſtituit *ſe ipſum* eadem ſententia. *Utrius autem Dux copias hoſtium, ſuperque eas* ſeſe ipſum *devoviſſet, victricem abituram. Premere caput honore* dicuntur, qui honorem ſuſcipiunt, cui ſuſtinendo gerendove pares non ſunt. Aſinus ergo caput miſerum, id eſt ſe miſerum, vilem, ignavum, nullis honoribus idoneum preſſit tanto honore, nempe exuviis, & ornamentis Leonis, ferarum omnium nobiliſſimi ac fortiſſimi. Haec cum, ut inſcite dicta, inculpat, inſcitiam ſuam Wopkenſius, an ejus, qui haec dixit, (Aviani) prodit? Neque in eo ſcitus magis, aut magis intelligens, quod in vs. 6. *ora* caput interpretatur. Ignoratne autem vocem hanc totum ſaepe corpus denotare? Do nunc unum Prudentii locum, plura daturus ſi dubitare perrexerit, ex quo illud diſcat. Is in Apotheoſ. vs. 1100.

omnia juſſu
Imperitante novas traxerunt edita formas.
Solus homo emeruit Domini formabile dextra
Os capere, & fabro Deitatis figmine naſci.

Incredibile eſt hominem, qui ſumma audacia, ſumma confidentia illam ſuam criticam per cujusque aetatis,

Digitized by Google

tatis, & quarumvis poene disciplinarum scriptores vibrat, summaque licentia in viros, ingenio, eruditione, aetate, gloria spectandos (a quorum laudibus, ne me horum ordine censeri velle existimet, me longe abesse fateor) irruit, vocibus tam obviis ac protritis capi. Idem ille in versu 10. ejusdem fabulae *venit in ossa vigor* exposuerat *vigor venit in pedes.* notaveram ego vulgatissimum hunc puerorum errorem, ex lingua vernacula *ossa* & *pedes* non distinguentium. Exspectaveram fore, ut aut damnasset hunc errorem suum tam manifestum, quod animi ingenui est, quo eum praeditum esse credebam, aut saltem silentio praeteriret. At vero ille alienissimus ab eo consilio, quod honestas & pudor praecipiebat, ultro etiam erroris defensionem parat, nempe nunc *ossa crura* exponit, idque ait se facere Synecdochice. Ergo *vigor venit in ossa* notabat ante *vigor venit in pedes*, nunc notat *vigor venit in crura*, qua expositione vocabulum tantum mutat non sententiam, vulgari isti *pedes* substituens *crura*, quod magis Poëticum; Quod quare fecerit, nisi forte ad id, ut hominibus imperitis, quibus ea significatio vocis ignotior est, fucum faciat, rationem non exputo. Quod ac synecdochen attinet, omnesque figuras ac tropos Rhetoricos, Novit, credo, V. D. Linguam Latinam, quam colimus, peregrinam esse, eamque exemplis constare, & oratoria schemata ad eam illustrandam, non fingenda nobis esse, sed ex scriptoribus antiquis probanda & exemplis confirmanda. Cum autem plurima suppetant exempla apud Poëtas, quae ex vulgatissimis indicibus nullo negotio colliguntur, locutionum ejusmodi, quibus quid *in ossa venire*, *ossa occupare* dicitur, monstret ille mihi unum, quo *ossa pedes* aut *crura* notent praecipue. Verum quid exempla quaero a non daturo? Ridebis, scio, ubi cognoveris, qua arte ea effugiat. Flagitaveram V. D. ut breviloquentiae ejus, quam fingebat in Aviano Fab. II. vs. 2. exem-

plum ullum promeret paratiſſimus Criticorum expromtor, & flagitaveram illud, non ſine cavillatione inſectationeque temeritatis ejus, quod *rem hanc ſibi certiſſimam* dicebat, qua confidentia ad corrumpendam lectionem probam utitur etiam in Fab. IV. vs. 12. cognoveram autem eum nusquam jactantiorem, quam in peſſima cauſſa. Nullus, puto, fuerit, quin exiſtimarit, aliquid eum exempli, ut pudori conſuleret, prolaturum fuiſſe, arceſſiti ſaltem, frigidi & aliquo modo ſpecioſi. Sed vide, quam belle evadat, *obſcuritatis illius*, inquit, *qua volucrem dixerit Avianus volare in alto edoctam, exempla ſatis gemina convaſarem, niſi brevitatem, qua in noſtris redarguendis uſus eſt V. D. jure optimo imitari vellem?* Dignus mehercule reſpondendi modus, quem ob novitatem Critici omnes notent. Sed nihil ſuavius reſponſo eo, quod dat ad v. 2. Fab. III. Nolueram in hoc, *Hiſpida ſaxoſis terga* reliſit aquis. Nolueram, dico, Dativum (quem Wopkenſius probat) quia nullus periculi metus incruſtato & ſolido tergo cancri ab aquis in quibus ei vivere natura eſt. Wopkenſius ut hoc verum intellexit, ad figuram Rhetoricam recurrit, *per hypallagen*, inquit, *noſtro non indignam dici videtur Hiſpida Saxoſis terga* reliſit aquis, *pro hiſpido illius tergo reliſae vel illiſae ſunt aquae.* Nempe exiſtimat noſter, majus periculum imminere cancro, ſi teſtaceis tergis illidantur aquae, quam ſi terga aquis. Vidit, credo, cancros, quibus ab aquis illiſis rupta fuerunt terga. Sed finge hoc fieri poſſe, quod tamen per naturam fieri nequit, quae culpa aut quod periculum majus cancri pedem retro, quam ante ſe ferentis? quam culpam cancer genetrix reprehendiſſe fingitur in fabula. De fictione V. D. ad Fab. IV. v. 6. nihil dico, niſi hoc unum, difficile mihi perſuaderi ſolem dici ſocium iter facere cum viatore ob id, quia ſplendet. Et quanquam demonſtrari hoc poſſit, quod tamen demonſtrari non poſſe puto, totius fabulae ſche-

ma

Digitized by Google

ma ab hac fictione abhorret. Tantoque magis abhorret, quia non ea ex libris antiquis hausta, sed ex cerebro illius, qui haec absona fingit. In eadem Fab. V. 12. suum *spargeret* ex eodem fonte haustum defendit contra verbum *surgeret*, quod est in libris MSS. caussam hanc addit, *neque enim de solis Orientis surgente in coelum jubare, sed jam orti sparso emissove in terram, loquitur Poëta.* Surgensne atque incipiens jubar, an jam late sparsus fuerit ex ipsis Poëtae verbis aestima

Sed tenuis radios paullatim increscere *Phoebus*
Jusserat, ut nimio surgeret igne *jubar.*

vel ut ego scripsi

. . . . . . *& nimio* surgere in igne *jubar.*

Scholiastes antiquus *surgeret* exponens per *paullatim cresceret*, non de orto & sparso jam jubare, sed ex oriente & insurgente intelligit, & quis non plane ineptus haec aliter accipiat?

Missum facio judicium V. D. de Aviano ad vs. 14. Fab. VII. insolens atque insuetum. *Melius loqui potuisse Avianum, sed non voluisse incertum*, cum ipse Avianus testetur in praefatione scriptum sibi hoc opus, ut nominis sui memoriam famae mandaret, & credibile vires animi in id contendisse, sive ut verbis V.D. utar, non potuisse eum melius loqui, quam voluit. Mitto trisyllabam vocem pentametro adjectam praeter MSS. auctoritatem, praeter, imo plane contra morem & consuetudinem Aviani, qui ubique pentametrum dissyllabo nullibi trisyllabo claudit. Mitto alia multa aliena a re, loco, aliena ab arte critica. Unum addo, explicationem nempe vs. 17. Fabulae ejusdem quam iste per se non expedit, quanquam ea facilis & perspicua est.

Non hoc virtutis decus ostentatur in aere

id eſt non virtutis cauſſa geſtas tintinnabulum

Nequitiae teſtem ſed geris inde ſonum.

id eſt geſtas & circumfers ſonum inde, id eſt, ex eo aere teſtem nequitiae, id eſt, ſignum improbitatis tuae.

Quod Fab. VI. vs. 10. & Fab. IX. vs. 6. adfirmat, me ſignificationem vocum *vacuus*, *convenire* ignoraſſe, credent illi, qui meliorem virum, quam criticum cognoverunt. Sed ad Auſonium redeamus.

Vs. 178.

Dicitur & medio quum ſol ſtetit igneus orbe,
Ad commune fretum, ſatyros vitreasque ſorores
Conſortes celebrare choros.

Dicitur ſatyros celebrare. Cave hanc locutionem Auſonii ſaeculo tribuas, meliorum aetatum ſcriptoribus uſitatam docent illi, quos citat Dukerus ad Flor. 2 6. 46.

Vs. 186.

Sed non haec ſpectata ulli, neque cognita viſu.

Sed quae differentia inter *ſpectare* & *viſu cognoſcere* hoc loco? reſcribe *cognita ab uſu.*

Vs. 204.

Puppibus & proris alacres *geſtire* magiſtros,
Impubemque manum ſuper amnica terga vagantem
Dum ſpectat tranſire, dein *ſua ſeria ludo*
Poſthabet: excludit veteres nova gratia curas,

Ita haec edidit Tollius ſcito autem *dein* in verſu 206. adſcitum ei eſſe ex emendatione Scaligeri, nam in libris vetuſtis repertum eſt *diem*, quam vocem retinendam puto, cetera hoc modo corrigo atque diſpono

Puppi-

Puppibus & proris alacris *geſtire* magiſter,
Impubemque manum ſuper amnica terga vagantem
Dum ſpectat, tranſire diem &c.

magiſter dicitur is, qui praeeſt ludis puerorum committendis, expreſſaque haec puto ex imagine Virgilii Aen. V. vs. 560.

Tres equitum numero turmae, ternique vagantur
Ductores: pueri bis ſeni quemque ſecuti
Agmine partito fulgent, paribusque magiſtris.

Nota tamen in Virgilio Ductores & magiſtros: Utrique hi praefuerunt pueris praetextatis Trojam ludentibus, quorum major cuſtodia & cura, quam nauticorum, de quibus Auſonius. Poſſis etiam in hujus Poëmate magiſtrum navium accipere, nempe eum, cui, ut ſcribit Ulpianus Lib. I. §. 2. D. de Exercitator. Action. totius navis cura mandata eſt. Ille ergo magiſter in certamine nautico puerorum *geſtire* ſc. incipit id eſt geſtit plauſu, jactatione brachiorum, vultu, voce, ut mos erat in certaminibus, incendere pueros. geſtire namque eſt toto corpore laetitiam oſtendere Scholiaſtes ad. Horat. IV. Od. 12. Et dum cohortatur hos & ſpectat certantes, *tranſire diem* id eſt tranſit, aut tranſire incipit, inutiliterque per voluptatem conſumere. nota dictio haec Salluſtiana *vitam ſilentio tranſeunt* in Catil. I. de qua conſule commentatores in Salluſtium, maxime nuperos Waſſium & Cortium, quibus adde Caſaubon. ad Sueton. in Caeſ. cap. 56. porro v. 201. *& varios ineunt flexus* eſt ex Virgilii imitatione, is v. 583. *Inde alios ineunt curſus.* Quod ſequitur

ſua ſeria ludo
Poſthabet,

Totum Virgilianum & ex Eclog. VII. vs. 17.

Posthabui *tamen illorum mea* seria ludo.

id quod & observatum Vineto & Tollio, qui medicinam huic loco faciunt, sed admodum atrocem. Putet inde aliquis scripsisse nostrum

Posthabuit, clusit *veteres nova gratia curas.*

quia *cludit* pro *claudit* est in Sapientib. V. 31. sed nihil hic novandum censeo.

Vs. 215.

Aut Pompejani Mylasena pericula belli,
Euboicae referunt per Averna sonantia cymbae,
Innocuos ratium pulsus, pugnasque jocantes
Naumachiae, Siculo quales spectante Peloro
Caeruleus viridi reparat sub imagine Pontus.

Gronovius *Mylasena* reformat in Mylaea, idque sibi probatum scribit Berkelius ad Stephan. voc. Μυλαί. Equidem autem ἐπέχω. Gronovius putat respici hoc loco victoriam Augusti ad Mylas, qua Pompejus est superatus. Varia fortuna gestum est hoc bellum Pompejanum, & pugnatum in locis multis ad Siciliam. vide Appianum de Bell. Civil. Lib. V. & Dion. Cassium Lib. XLIX. Neque in ea insula oppidum tantum Mylae, sed & amnis, Myla an Mylas ex Livio memoratus Cellario Geogr. Antiq. Lib. II. cap. 12. Credo nostrum in oculis habuisse exercitationes Classiariorum in Averno lacu, post tentatum saepius Pompejum, de qua re Sueton. in Aug. c. 16. *Bellum Siculum incboavit inprimis, sed diu traxit intermissum saepius: modo reperandarum classium caussa, quas tempestatibus duplici nau-*

Digitized by Google

naufragio, & quidem per aestatem, amiserat. modo pace facta, flagitante populo ob interclusos commeatus, famemque ingravescentem: donec navibus ex integro fabricatis ad XX. servorum millibus manumissis, & ad remum datis, portum Julium apud Bajas, immisso in Lucrinum & Avernum lacum *mari, efficit.* In quo *cum hieme tota* copias exercuisset, *Pompejum inter Mylas & Naulochum superavit.* Quae pericula dicit Ausonius ἀψιμαχίας *velitationes* nominat Appianus pag. 739. easque plurimas hoc bello ad Siciliam factas commemorat. Forte veram lectionem repertus aliquando liber antiquus dabit. Deinde post *cymbae* major distinctio inserenda, & reliqua ita legenda:

Euboicae referunt per Averna sonantia cymbae.
Innocuos ratium pulsus, pugnasque jocantes
Naumachiae, Siculo qualis spectata *Peloro*
Caeruleus viridi reparat sub imagine Pontus.

vox *qualis* refertur ad Naumachiam, id quod & Gronovio monitum, sed ille aliter hunc versum sollicitat. Naumachiam spectatam Peloro non fictam existimo, aut simulacrum pugnae navalis, sed verum praelium cum Pompejanis.

Vs. 220.

Non aliam speciem petulantibus addit Ephebis
Pubertasque, *amnisque & picti rostra phaseli.*

Pubertas, inquit, atqui antea vs. 205. *impubem manum* dixerat. Num ergo alterum falsum? nequaquam, sed dubia aetate adolescentuli erant, & media inter pueritiam atque adolescentiam, quali Narcissus de quo Ovid. Metam. III. vs. 352.

poteratque puer juvenisque *videri.*

Vs. 230.

Vs. 230.

Sic (ubi compositos ostentatura capillos,
Candentem late speculi explorantis honorem
Quum primum carae nutrix admovit alumnae:
Laeta ignorato fruitur virguncula ludo,
Germanaeque putat formam spectare puellae.

Versus sunt obscurissimi, quibus tamen lux adspergitur, interpunctione aç distinctione, quam vides. *Ostentatura* supple *est*. *Honorem speculi* intellige speculum ipsum ornatum. Flor. IV. 2. 60. *Regis ipsius corpus obrutum limo repertum est in aureae loricae* honore. Frustra sunt, qui vs. 233. Germanam natione intelligunt, quanquam haud ignoro, Germanorum puellas, certe Rheno proximorum, & maxime Batavorum compositos capillos ostentasse, sed Germanam puellam intellige veram, non speculo simulatam aut fictam.

Vs. 236.

Aut fixas praetentat acus, aut frontis ad oram
Vibratis *coeptat digitis extendere crines.*

Praefero huic, quod in aliis Codicibus invenit Vinetus:

Vibratos captat *digitis extendere crines.*

Crines vibratos accipe crispatos. Virg. Aen. 12. vs. 99.

foedare in pulvere crines
Vibratos *calido ferro.*

ubi videatur Servius & Tertullianus de cultu Feminarum cap. 7. qui modos vibrandi docent. *Captat* est vox accommodata cum studio puellari tam inani.

Inane

Digitized by Google

Inane autem puellae ſtudium eſt captantis umbram in ſpeculo. ſic infr. vs. 279.

Quos impos damni puer inconſultus ab alto
Impetit, & ſtolido captat *prenſare natatu.*

Vs. 242.

Heu male defenſos *penetrali flumine* piſces.

Marcang. Accurſ. in libris manu exaratis offendit *defenſas*, quod ex eorum opinione declarat, qui omnes piſces feminas eſſe arbitrabantur. Sed tu vide, quae de conſtructione epicoenorum docuimus ad Avian. Fab. XXXIII. vs. 1.

Vs. 243.

Hic medio procul amne trahens humentia lina,
Nodoſis decepta plagis examina verrit,
Aſt hic tranquillo qua labitur agmine flumen,
Ducit corticeis fluitantia retia ſignis.

Auſonius duos piſcandi modos hoc loco exponit. *Verrere* vox piſcatoria eſt, repetit eam vs. 281.

aequoream ſolitus converrere *Tethyn.*

vid. Bentlej. ad Horat. II. Serm. 3. 235. Drakenb. ad Sil. Ital. 14. 263. Ea mihi in animum revocat *everriculum*, de quo retis genere vid. Non. σαγήνην nominat Ulpianus Lib. XIII. §. 7. D. de Inſur. *Tragum* Serv. ad Virgil. Georg. I. vs. 41. Unde Gloſſator vetus *tragum* σαγήνη. Idem & *verriculum* nominat, quo & utitur Iſidorus de origin. Lib. XIX. cap. 5. ſi proba eſt ſcriptura, quae variat. in Valer. Maxim. 4. 1. 7. ext. Apud Apulejum Edit. Colvii pag. 329. quod ſcio, *everriculum*. libri omnes comprobant, ut apud alios ſcriptores,

Digitized by Google

res, qui hujus vocabuli meminerunt. De σαγήνη vid. Oppian. Ἁλιευτ. Lib. III. vs. 82. quae quare Polluc. inter instrumenta piscatoria omissa Lib. I. cap. 9. & Lib. XX. cap. 30. inquirant alii.

Vs. 255.

Nec mora, & excussam stridenti verbere praedam
Dextera in obliquum raptat puer, excipit ictum
Spiritus, ut fractis quondam per inane flagellis
Aura crepat, motoque adsibilat aëre ventus.

In vs 255. *Nec mora, & excussam*, plane languet τὸ &. Et sexcenta Poëtarum exempla ei reclamant. Puto intrusum ab iis, qui versum non aliter constare credebant. Sed falsi illi. synaloepha haec cum antiquis (quos plus nimio nonnunquam aemulatur noster) tum posterioribus neglecta haud raro. Lectores librariique multis modis hunc hiatum expleverunt, sed nihil promptius particulis &, *ac*, *atque*, *que*, de qua re dixi ad Avian. Fab. XLII. vs. 5. Tali tibicine fulserant in Ephem. 52.

Si scelere abstineo errori *obnoxius.*

Alii enim conjunctionem *que* subjecerunt voci *errori*, alii vocem *ipso* quas tollunt Vinetus & Mariangelus, nam & ita Ausonius Epistola ad Syag. vs. 39. quae praefationis in modum praemitti Ausonii operibus solet.

Hic ego *Ausonius, sed tu ne temne, quod ultro*

Iterum infra in Mosell. vs. 312.

Dinochares quadro cui in *fastigia cono.*

ubi temere multa sustentando versui excogitata videas. in vs. 256. *ictus* significat vibrationem virgae, quae fit ad motum suberis, cum piscis raptu aquis extrahitur.

Digitized by Google

tur. Ictus dicitur quia vibratione ea & piscis, simul & aqua icitur: Ictum hunc excipit sive sequitur stridor & sibilus crepitusque excussi flagelli. spiritus enim hic ventum sibilantem notat, aut talem, qualem ipse describit his verbis:

ut fractis *quondam per inane* flagellis
Aura crepat.

Scio simpliciter haec posse intelligi de crepitu flagellorum fractorum maxime aridorum. Flagella accipe summas arborum partes, ut describuntur a Servio ad Virgilium 2. Georg. vs. 299. sive teneras & lentas ramorum virgas. Columell. III. cap. 17. *flagellum matri detractum* Septimius Serenus apud Victorin. de Art. Grammat. Lib. III. pag. 2578. Edit. Putsch.

Quando flagella *ligas, ita liga*
Vitis & ulmus uti simul eant:

Exempla plura ex Lexicis petantur. Quanquam simpliciter, ut dixi, haec accipi atque intelligi possunt, de ruptis virgis, videtur tamen aliud quidpiam hic significasse Poeta, nempe *flagella frangere* pro *verbere excusso sonare*, ut est apud Senecam in Herc. Fur. V. 985. *insonare flagello* dixit Virgilius Aen. V. 579. Nam verbo frangere antiquam inesse significationem sonitus arguit vox *fragor*. de qua vid. Serv. ad Virg. Georg. I. 357.

Vs. 260.

Quique *sub amne suo mansit vigor, aëre nostro*
Segnis, anhelatis vitam consumit in undis.

Anne rectius *Cuique?*

Vs. 267.

Sic ubi fabriles exercet spiritus ignes,
Accipit alterno cohibetque foramine ventos
Lanea fagineis adludens parma cavernis.

Vinc-

Vinetus parmam hic interpretatur tabellam foramini incumbentem fungentemque officio, quo ἐπιγλωττὶς in gutturibus humanis, quam a similitudine parmae sic dictam censet. Verum, si, qualecunque hoc instrumentum fuerit, a parmae similitudine id dictum arbitramur, quod sane arbitrari convenit. dicerem parmam in folle significare asserem, aut tabulam majorem incumbentem, quae adducta pressaque adludit cavernis modo inflatis modo efflatis. Sed necesse est hic hypallagen admittas, neque enim cavernae fagineae sunt, verum pelliceae id est laneae plicatilesque, parmam autem fagineam accipere res ipsa monet.

Vs. 271.

mox in sublime citatos
Cernua subjectum dare praeceps *corpora in amnem.*

hinc tueri licet antiquissimam Taciti scripturam Annal. VI. cap 17. *Eversio rei familiaris dignitatem ac famam* praeceps dabat. Ursinus, Muretus, Acidalius corrigunt, *in praeceps* male. Idem Tacitus Annal. IV. cap. 62. *immensamque vim mortalium spectaculo intentos, aut qui circum adstabant*, praeceps *trahit, atque operit.*

Vs 279.

Quos impos damni puer inconsultus ab alto
Impetit, & stolido captat prensare natatu.

Impos damni id est non ferens damnum, ut impotentia dicitur ejus, qui adfectus non temperat.

Vs. 278.

Sic Anthedonius Boeotia per freta Glaucus,
Gramina gustatu postquam exitialia Circes

Ex-

Digitized by Google

Expertus, carptas *moribundus piscibus herbas*
Sumsit, *Carpathium subiit novus accola Pontum.*

Mariang. Accurs. in vs. 277. *tactas* pro *carptas* requirit: mihi videtur integer versus sine ullo dispendio abesse posse.

Vs. 283.

Talia despectant longo per caerula tractu
Pendentes saxis instanti *culmine villae.*

Malim *exstanti.* scriptum olim fuisse suspicor *estanti*, supra vs. 20.

Culmina villarum pendentibus edita ripis.

ubi dicas ex hoc versu restituendum *saxis* pro *ripis*; quod in MSS. invenit Pulmannus.

Infra vs. 329. de villa

Sublimique *minans irrumpit in aethera tecto.*

Vs. 289.

Quis Chalcedonio constratum ab littore pontum
Regis opus magni.

Intellige Darium non Xerxem. Ille Bosporum Thraciae sive Chalcedonium ponte junxit, Herodot. Lib. IV. Plin. IV. cap. 12. Xerxes filius Hellespontum.

Vs. 300.

Non hoc spernat *opus Gortynius aliger.*

Sic de Clar. Urb. XIII. 15.

Quantam non sperneret *olim*
Tarquinius.

Statius Silv. I, 5. 60. de Balneo Etrusci.

Nec si Bajanis veniat nunc hospes ab oris,
Talia despiciat.

Haec in caussa sunt, cur deleverim *speret*, quod pro *spernat* reposueram, quod ipsum tamen revocare non pigeat, si liber vetustus addicat, hoc sensu, non speret aut optet Daedalus tale opus sibi injungi, cui perficiendo impar sit.

Vs. 301.

Casus quem fingere in auro
Conantem Icarios, patrii pepulere *dolores.*

Anne praestat *Conantem repulere?* ex Virgilio hoc sumtum dudum Vinetus notavit.

Vs. 305.

Forsan & insignes hominumque operumque labores
Hic habuit *decimo* celebrata *volumine* Marci
Hebdomas

Haec ita legi melius puto:

Forsan & insignes hominumque operumque labores
Hic habeat, *decimo* celebranda *volumine*, *Marci*
Hebdomas.

Habeat posui pro *habuit*, non ignarus verba pleraque sequentia in perfecto adhiberi. Sentioque cum Salmasio & Reinesio, Marcum hic accipientibus Marcum Varronem, invito Scaligero, qui nescio quem Margum aut Margea confingit. M. Varronis enim Hebdomades a Grammaticis celebrantur, in quibus ille praeter aliarum rerum hebdomadas, etiam illas miraculorum exposuit. vid. Gellium Lib. III. cap. 10. ubi libri primi memi-

Digitized by Google

meminit, in quo Varro de Miraculis. Verum existimandum est, in eo summam hebdomadum deinceps uberius tractandarum esse propositam, septemque mundi miraculis inpendisse deinceps volumen sive librum decimum.

Vs. 316.

Spirat enim tecti testudine corus *Achates*,
Adflatamque trahit ferrato crine puellam.

Ita Scaliger obsecutus MSS. a quibus longe recedit Gronovius, ex ingenio restituens.

Spirat enim tecti testudine vera Magnetis.

Equidem ampliandum censeo. Forte noster *curvus Achates* a forma convexa, ut in testudine, sic nominatus. Achatem autem dicens magnetem intellexit, speciem pro specie usurpans. Vim magnetis arcanam spirare & adflare dicit. veriora tamen ab aliis hic doceri posse puto. Salmasius in Exercitat. Plinian. pag. 575. *Dorus Achates* probat.

Vs. 341.

Vidi ego defessos multo sudore lavacri
Fastidisse lacus, & frigora piscinarum:
Ut vivis fruerentur aquis, mox amne refotos
Plaudenti gelidum flumen pepulisse natatu?

Haec male disjuncta erant a Tollio. *amne refotos* intellige *amne gelido*. Nam non tantum calidis, qui friget, sed & gelidis, qui calet, refovetur. Sueton. in Neron. cap. 27. *refotus saepe calidis piscinis, ac tempore aestivo nivatis.*

Digitized by Google

Vs. 345.

Quod si Cumanis huc adforet hospes ab oris,
Crederet Euboicas simulacra exilia Bajas
His donasse locis.

Quod simulacra *exilia* dicit, admodum exile est hoc epitheton, nec credo id voluisse Ausonium, qui invidendis laudibus celebrat Mosellam, & quem Symmachus Lib. I. epist. *magna narrasse* scribit. Neque ullus Poëtarum unum hominis unius privati balneum ita laudavit, ut Bajanis non aequiperaret. Non certe Statius, non Sidonius. Ille de Balneo Etrusci Silv. I. vs. 60.

Non si Bajanis veniat novus hospes ab oris
Talia despiciat.

Intelligis ab hoc Poëta laudes balneorum Mosellanorum mutuatum esse nostrum, quod & animadvertit Freherus. Sidonius balneum villae suae carm. 18. poene Bajis praefert.

Aemula Bajano tolluntur culmina cono,
Parque cothurnato vertice fulget apex.
Garrula Gauranis plus murmurat unda fluentis,
Contigui collis lapsa supercilio.
Lucrinum dives stagnum Campania nollet,
Aequora si nostri cerneret illa lacus.
Illud Puniceis ornatur littus echinis,
Piscibus in nostris hospes utrumque vides.

Quis ergo credat, Ausonium omnia riparum Mosellanarum balnea (in quibus forte Imperatorum, quos inde a tempore Constantini imperii domicilium Augustae Trevirorum habuisse novimus) cum illis Bajanis comparans

Digitized by Google

parans *exilia* dixiſſe? aut ſaltem dicere debuiſſe? Nam aut Poëta hoc loco, aut librarius culpandus. Symmachi verba haec ſunt Lib. I. Epiſt. 8. *Novi enim iſtum fluvium* (Moſellam) *cum aeternorum principum jampridem ſigna comitarer, parem multis, imparem maximis. Nunc improviſo elatorum verſuum dignitate Aegyptio Melone majorem, Sarmatico Iſtro* frigidiorem, *clarioremque hoc noſtro populari reddidiſti. Nequaquam tibi crederem*, magna narranti, *ni certo ſcirem, quod nec in Poëmate mentiaris*. Adſcripſi locum integrum, ut de eo, quid mihi in mentem venit, exponerem. Inter Moſellae praeconia etiam illud reponit, quod Iſtro Sarmatico frigidior. at vero anne illa laus a Sarmatico frigore, ipſo illo Sarmatico frigore frigidior? Quis Danubium, aut alium fluvium in plagis Arctois a frigore commendavit? Novimus quantopere frigora ejus exhorruerit Ovidius. Scio Cydnum, aliosque Eoos amnes a frigore praedicari, ſed cauſſa diverſa eſt eorum, qui ſub alio ſole calent. Hoc certum, nullum bonum Moſellae in eo, quod Danubio frigidior ſit. Aut ſi aliquod, ubi illud commendavit Auſonius, a quo cunctas Moſellae laudes exhauſtas accepimus? Quod ſi ergo verum amemus dicendum eſt, aliquid vitii contraxiſſe illa Symmachi verba. Videtur is proprias cuique flumini laudes tribuiſſe, ut autem magnitudine Nilus (quem affectate admodum Melonem nominat) claritudine Tibris, quem popularem dicit, ita amnium influentium multitudine memoratus veteribus Danubius ſive Iſter. Sexaginta nominat Plinius Lib. IV. cap. 12. Solinus cap. 13. Iſidor. Origin. Lib. XIII. cap. 11, alii. Neque in hac parte inferiorem Danubio Moſellam voluit Auſonius, qui ita vs. 349.

Sed mihi qui tandem finis tua Glauca fluenta
Dicere? dignandamque mari memorare Moſellam?
Innumeri quod *te diverſa per oſtia late*

Digitized by Google

Incurrunt amnes. quanquam differre meatus
Possent! sed celerant in te consumere nomen.

Versum 351. legere ita malo,

Innumeri quot *te diversa per ostia late*
Incurrunt amnes!

Adscripseram etiam in vs. 353. *se celerant*, verum distinctione, quam posui, facta, id repudiavi rursus. Mox Poëta amnium nomina, qui aquis suis Mosellam augent, recenset. Vides, multas esse caussas, cur Symmachi locum suspectum arguamus, sed quod verum falso substituam, non succurrit. Succurrit tamen *rividiorem*, quod, ut noto fonte cadens parce detortum, commendarem, si per obtrectatores liceret. Qui cognitam habet scribendi rationem, quam Symmachus sequitur, a vocibus his *rividus* & *rivosus*, modo ei in mentem venerint, hoc loco enim abstinere voluisse non credet. Retinebo eas, quoad isti meliores dederint.

Vs. 374.

Cederet Iliacis Simois memoratus in oris,
Nec praeferre suos auderet Tibris honores,
Da veniam mihi, Roma potens, Pulsa, oro, facessat
Invidia: & Latiae Nemesis non cognita linguae,
Imperii sedem Romaeque tuere parentes.
Salve magne parens frugumque virumque Mosella.

duos postremos versus ita conversos velim

Salve magne parens frugumque virumque Mosella,
Imperii sedem Romaeque tuere parentes.

Digitized by Google

Vs. 394.

Quum facta viritim
Belgarum, patriosque canant decora inclyta mores.

Non placet *viritim* neque etiam *mores*, credo scriptum fuisse.

Quum facta Quiritum,
Belgarum, patriosque canam, decora inclyta, muros.

Dicit se celebraturum facta Romanorum, Belgarum, & Viros fortissimos defensoresque patriae suae, id est, Burdigalae seu Aquitaniae, quos muros patriae dixit Ovid. Metam. XIII. 281.

Quo Grajum murus *Achilles*
Procubuit.

Ubi vid. Burmann. adde Cellar. & Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. XVI. vs. 68.

Vs. 398.

Dabitur nostris quoque purpura fusis.

Ostendit se scripturum aut de Imperatoribus aut de Consulibus, forte & de utrisque. Purpura namque, Historiae Augustae scriptoribus atque omnibus illis, qui de oppressa a Caesaribus republica scripserunt, modo imperium modo Consulatus dicitur. Tetigit noster Imperatores, XII. priorum Caesarum, quorum vitam Suetonius exposuit, perstringens. item Consulum Fastos contexuit, vide Epigrammata ejus quatuor Epigrammatum libro subjuncta, in quorum primo:

Ignota aeternae ne sint tibi tempora Romae,
Regibus & patrum ducta sub imperiis.

Digitized by Google

Digessi Fastos, & nomina perpetis aevi:
Sparsa jacent Latiam si qua per historiam.

Vs. 423.

Hostibus exactis, id est, propulsatis seu abactis?

Edomitis non ausus est dicere, neque enim id verum, quare vs. 425. Bellum hoc *profligatum* dicit, quod quantum a confecto distet, notum. cur hoc affectatissime dictum videatur Frehero, caussam nullam me scire fateor.

Vs. 337.

De Rheno *dicere bicornis*. Ita semper Rhenus Poëtis appellatur, fingitur etiam talis in nummis Imperatoris Postumi. Multa de ea re Cluverius de tribus Rheni alveis, nec pauciora supersunt aliis dicenda.

C. H. A.

Digitized by Google

NOTAE IN XENOPHONTEM EPHESIUM

LIB. I.

Pag. 1. vs. 12.

HN δὲ περισπούδαστος Ἐφεσίοις ἅπασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς —— Eadem est ellipsis in Luc. c. XVI. comm. 20. Joseph. Ant. Jud. Lib. VIII. c. 14. §. 2. πλοῦτος δὴν οὐκ ὀλίγος, ἀλλὰ καὶ χρυσοῦ πλῆθος. Et Conon. Narrat. c. XXIX. Ὁ πατὴρ ἀκρίτως λάρνακι Τέννην καταχλείει, ἀλλὰ καὶ τὴν Ημιθέαν. Modo ut vs. 4. μέγα τι χρῆμα κάλλους. ita Lucian. Adv. Ind. p. 544. ὑπερφυές τι χρῆμα εἰς κάλλος. tum quomodo vs. 7. ἀεὶ καθ' ἡμέραν. emendante Viro Cl. sic Aristid. Tom. II. p. 370. ἀεὶ κατὰ μικρόν. Alia res est in illo Heliodori Lib. I. p. 28. ἀεί τε καὶ νῦν.

Pag. 2 vs. 14.

Καὶ κάλλει σώματος καὶ δυνάμει. Interpres *virtute*, ut videatur retulisse ad animi bona, de quibus p. 1. vs. 8. quod vix admittunt sequentia καὶ εἶχεν οὕτως —— reddere malim *viribus*, *efficacia*, qua oculos in se conver-

 tebat

Digitized by Google

tebat. Aristid. Tom. I. p. 441. οἱ τῶν καλῶν ἐρῶντες, τῇ δυνάμει τοῦ κάλλους ἑαλώκασιν. Illi vs. 9. ἔρωτα πάντ' ἐξέβαλεν οὐδὲν ἡγούμενος. haud absimile hoc Heliod. Lib. III. p. 154. διαπτύσαι γυναῖκας πάσας, καὶ γάμον αὐτὸν καὶ ἔρωτας. Et Lib. II. p. 120. Ἔρωτας καὶ Ἀφροδίτην καὶ πάντα γαμήλιον θίασον ἀποσκορακίσασα.

Vs. 16.

Μηνιᾷ πρὸς ταῦτα ὁ Ἔρως, Eustathio si credimus ad Iliad. α. p. 71. 35. & Od. X. p. 787. 15. μηνιᾷν vox est Atticorum. Utitur & Ael. de Anim. Lib. VI. c. 17. Joseph. Antiq. Jud. Lib. VIII. c. 4. §. 3. & de Bell. Jud. II. c. 5. §. 1. hinc βαρυμηνιᾷν apud Heliod. Lib. I. p. 28. quo potest augeri H. Steph. Thes. Verba vs. 2. seqq. ubi voles contendere ad Aristaen. Lib. I. Ep. II. ὁ νεανίας ἐπὶ κάλλει μέγα φρονῶν, οὐ μέντοι εἰς ὑπερηφάνειαν. Tum vs. 17. ad ejusdem Lib. II. Ep. 1. οἶσθα ὅσον Ἔρως ἀντεκστρατεύειν φιλεῖ τοῖς ὑπερηφανοῦσιν in eandem fortasse cogitationem venias, in quam & ego incidebam, Aristaenetum hinc suos hortos irrigasse.

Pag. 3. vs. 2.

Τῶν ἐφήβων παρεπήπλετο. Eodem modo Auctor Dial. qui Charidemus inscribitur inter Luciani opera Tom. II. p. 1027. μήπω ἡλικίας ἡμμένη κόρη. Et λαβέσθαι ἡλικίας ibid. p. 1030. παραγγεῖλαι εἰς ἄνδρας dixit Synes. Epist. 57. p. 193. D. παραλλάξαι εἰς ἄνδρας. Heliod. Lib. VII. p. 313. παρέρχεσθαι εἰς ἡλικίαν. Joseph. Ant. Jud. Lib. II. c. 10. §. 1. & VIII. c. 7. §. 5. notiora sunt κρίνεσθαι, τελεῖν, ἐγγράφεσθαι & καταλέγεσθαι εἰς ἄνδρας, quam quae exemplis indigeant. Mox ut vs. 15. ἤνθει ἐπ' εὐμορφίᾳ sic Heliod. Lib. I. p. 4. ἤνθει τῷ κάλλει & ἐν ὥρᾳ ἀνθεῖν. post Platonem usurpat Aristaen. Lib. I. Ep. 18.

Pag. 4.

Digitized by Google

Pag. 4. vs. 2.

Ἄλλην ὑπὸ τῦ θεῦ περιποιημένην. Amplector correctionem Viri celeb. atque περιπεποιημένην sumo pro *affabre* & περινοίᾳ τινὶ πεποιημένην; quomodo ὄργανον περιπεποιημένον in Theophr. Histor. Plant. Lib. VIII. c. 3. exponit Budaeus in Comm. p. 424. Favet quod de Abrocoma sequitur vs. 12. καλοῦ μίμημα θεοῦ. Cui simile illud Fragm. incert, Eurip. vs. 285. σῶμα μίμημα δαιμόνων. Ceterum crebrum hoc Eroticis scriptoribus, ut forma praestantes Diis assimilent. Aristaen. Lib. I. Ep. 1. διὰ πάντων ἔμψυχος Ἀφροδίτης εἰκών. Ep. 15. κόρη φύσει τε καὶ κάλλει κ᾽ αὐτῆς τῆς ἀφροδίτης ἐπισημότερον κοσμηθεῖσα. Add. Heliod. Lib. I. p. 12. Achill. Tat. Lib. IV. p 221. & Long. Pastor. Lib. II. p. 30.

Vs. 24.

Ἀπαλλαγῆναι τῆς ὄψεος ἐθέλων οὐκ ἠδύνατο. Hoc Aristaen. Lib. II. Ep. 2. οὐχ οἷός τε ἦν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄλλοσε μεταφέρειν. Achilli Tat. Lib. VI. p. 371. εἱστήκει τῇ θέᾳ δεδεμένος. Tum quemadmodum illico de Anthia amore languida διέκειτο πονήρως. ita idem Lib. II. pag. 91. ἔλαθε σφόδρα κακῶς διακείμενος. Lucian. in Tox. p. 90. ἰδὼν τὴν παρθένον ἤρα, καὶ πονήρως εἶχε. Joseph. Antiq. Jud. Lib. VII. c. 8. §. 1. ἐρασθεὶς χαλεπῶς διέκειτο. Idem B. J. Lib. VII. c. 8. §. 4. κακῶς ὑπὸ τοῦ πρὸς αὐτὴν ἔρωτος δεδουλωμένος.

Pag. 5. vs. 1.

Ὅλοις καὶ ἀναπεπταμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ κάλλος δεχομένη. Ut Achill. Tat. Lib. I. p. 19. ὅλοις ἔβλεπον τὴν κόρην τοῖς προσώποις. Lib. III. p. 175. θέλει μὲν αὐτὸν ὅλοις τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν. Aristaen. Lib. II. Epist. 18. δεξά-

δεξάμενος ἐκ κάλλους τὴν ἀπόρροιαν διὰ τῶν ὀμμάτων Lucian. in Nigrin. p. 24. ἀναπεπταμένη τῇ ψυχῇ δέχεσθαι & p. 32. πάσαις πύλαις τὴν ἡδονὴν καταδέχεσθαι —— δι' ὀφθαλμῶν. Sequitur vs. 7. ἀπηλλάτλοντο λυπούμενοι. quomodo Longus Lib. I. p. 17. ἔχαιρον ἰδόντες, ἐλυποῦντο ἀπαλλάτλοντες. Tum vs. 17. σπαράξαι τὴν κόμην. Ut σπαράξαι & σπαράξασθαι τὴν κεφαλήν. Joseph. A. I. Lib. VII. c. 10. §. 5. & XI. c. 5. §. 3. διασπαράτειν καὶ τίλλειν τὴν πολιάν. Basil. Tom. II. p. 65. c. & τὴν ἐσθῆτα κατασπαράτλειν, idem p. 67. E.

Vs. 23.

Οὐ καρτερήσω νῦν; οὐ μενῶ γενικῶς; οὐκ ἔσομαι καλλίων Ἔρωτος, νῦν οὐδὲν ὄντα θεὸν νικῆσαι με δεῖ. Ut cum Viro Cl. praefero οὐδὲ ὄντα. ob illa p. 2. vs. 8. Ἔρωτά γε μὴν οὐδὲ ἐνόμιζεν εἶναι θεόν. sic καλλίων pace illius haud moveam. p. 2. vs. 14. ἀπέφαινεν ἑαυτὸν Ἔρωτος παντὸς ΚΑΛΛΙΟΝΑ καὶ ΚΑΛΛΕΙ σώματος καὶ ΔΥΝΑΜΕΙ. & versu modo 20. Ἑάλωκα καὶ νενίκημαι —— καὶ φαίνεταί τις ἤδη καλλίων ἐμοῦ hoc sensu. *Non forti animo obdurabo? non fortiter resistam nunc? non in ea persistam mente qua adhuc fui, quovis me pulcro & formosa, imo ipso amore pulcriorem, & ad convertendos in me hominum oculcs potentiorem?*

Pag. 7. vs. 1.

Τὰς εἰκόνας ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀλλήλων ἀναπλάτλοντες. Totidem pene verbis Aristaen. Lib. II. Ep. 11. θατέρα συνὼν οὐκ ἀμνημονῶ τῆς ἑτέρας, τὴν εἰκόνα ταύτης ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀναπλάτλων. Achill. Tat. Lib. II p. 91. ἀναπλάτλων ἑαυτῷ τῆς παιδὸς τὸ κάλλος καὶ φανταζόμενος τὰ ἀόρατα. & Lib, V. p. 307. ἡ τῆς θέας ἡδονὴ διὰ τῶν ὀμμάτων εἰσρέουσα —— ἕλκουσα τοῦ ἐρωμένου τὸ εἴδωλον ἀεὶ ἐναπομάσσεται τῷ τῆς ψυχῆς κατόπτρῳ καὶ ἀναπλάττει τὴν μορφήν.

Quibus

Digitized by Google

Quibus in locis ἀναπλάττειν vix differt. à φαντάζεσθαι, qua item notione ponit Lucian. Electr. p. 525. & forma media in Navig. p. 678,

Vs. 5.

Καὶ τὸ βλέμμα ἄθυμον, καὶ οἱ χρῶτες ἠλλαγμένοι. Proxime accedunt verba Luciani in Abdic. p. 810. εἶδον γοῦν —— τινὸς καὶ χρόαν τρεπομένην καὶ βλέμμα τεταραγμένον. Ut βλέμμα ταραχῶδες Aristaen. Lib. I. Ep. 13. & de Dea Syria p. 887. καί οἱ ἥτε χροιὴ πάμπαν ἐτρέπετο καὶ τὸ σῶμα δι' ἡμέρης ἐμαραίνετο. Nec non Aristaen. Lib. II. Ep. 10. δυσθυμίαις μαραινόμενος τὴν χροιὰν καὶ τὸ βλέμμα δεινῶς ὠχριῶν. Ut & Joseph. Antiq. Jud. Lib. VII. c. 8. §. 1. τὸ σῶμα κατισχναίνετο καὶ τὴν χρόαν μετέβαλε.

Vs. 10.

Καὶ προσείχετο τῆς κόρης ἀκουούσης ἐλεεινῶς. Quum post propositam conjecturam Vir perspicacissimus suspicetur aliud quid vitii latere in προσείχετο, coepi cogitare sitne forsitan legendum προσηύχετο, *lamentabili voce preces demurmurabat*, οὐ γεγωνίσκων λόγους, quomodo Orestes apud Eurip. in Electr. vs. 809. neque adeo ut verba Anthiae essent ἐξάκουσα, prout Megameden precatum legimus infra p. 13. vs. 25. favet vs. 15. εὐχαὶ δὲ ἑκατέροις ἦσαν πρὸς τὴν θεὸν κοινῇ, λανθάνουσαι μὲν, ἀλλ' ἐγίνοντο ὅμοιαι. Quae succedunt vs. 14. ἐλυπεῖτο εἴ τινας γυναῖκας ἴδοι βλεπούσας εἰς 'Αβροκόμην respondent illis apud Longum Lib. II. p. 30. αἱ γυναῖκες τῷ Δάφνιδι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπέβαλον καί τις καὶ ἐφίλησε, καὶ τὴν Χλόην ἐλύπησε.

Vs. 19.

Digitized by Google

Vs. 19.

Η ψυχὴ καταπέπτωκε. Joſeph. A. J. Lib. VI. c. 14. §. 2. κατέδεισε καὶ τὴν ψυχὴν κατέπεσε. Ejusdem ſunt καταπίπτειν πρὸς τὸ χεῖρον Lib. II. c. 16. §. 1. καταπίπτειν nude B. J. Lib. VII. c. 4. §. 2. & καταβάλλειν τὴν ψυχήν. Lib. IV. B. J. c. 5. §. 1. alibi frequentat ἀναπίπτειν τὴν ψυχὴν, & τῇ ψυχῇ. Vid. A. J. Lib. VIII. c. 10. §. 3. & c. 11. §. 3. Lib. VI. c. 2. §. 2. & B. J. Lib. IV. c. 1. §. 7. pro quo ἐνδιδόναι τῇ ψυχῇ A. J. Lib. XIII. c. 6. §. 3. Tum ut mox vs. 24. & p. 29. vs. 2. κάλλος μαραινόμενον, ſic idem Lib. XI. c. 3. §. 6.

Pag. 8. vs. 12.

Λύσις ἔνθεν ἀνέστη. F. ἀνυστή.

Pag. 9. vs. 10.

Τίς ἡ ἐκ τοῦ Θεοῦ βοήθεια. Malim legere τῆς Θεοῦ. Iſidis nempe σωτείρης. vs. 25. interpretem tetigiſſe videtur mendi ſuſpicio in verbis μετὰ ταῦτα δὲ καὶ, quae haud expreſſit. Nec video ego quem ſenſum habeant commodum: at legeris κατὰ ταυτὰ δὲ vel δὴ planus erit locus & facilis. Lucian. Hermot. p. 589. κατὰ ταυτὰ δὴ καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ. in Eunuch. p. 977. κατὰ ταυτὰ δὲ καὶ ὁ Βαγώας. Et Adv. Indoct. p. 541. κατὰ ταυτὰ δὴ καὶ ὁ κυβερνᾶν οὐκ εἰδώς. Non ταῦτα, ut editur.

Pag. 10. vs. 6.

Βραδύνειν δὲ πάντα ἐδόκει Ἀβροκόμη καὶ Ἀνθίᾳ. Hinc rurſus Ariſtaen. Lib. I. Ep. 10. ſub fin. ἅπαντα δή οὖν βραδύνειν ἐδόκει τῷ Ἀκοντίῳ καὶ οὔτε ἡμέραν ἐκείνης ἐνόμισε μακροτέραν ἑωρακέναι οὔτε νύκτα βραχυτέραν. Nec dubitem

tem illa Lib. II. Ep. 5. πυκνὰ παλλομένης ἐφάπτομαι τῆς καρδίας —— θεωροῦσα γὰρ τὸ καλὸν αἰδοῦμαι, φοβοῦμαι, ὑφ' ἡδονῆς πνευστιῶ sumta esse ex vs. 23. ἔκειντο ὑφ' ἡδονῆς παρειμένοι, αἰδούμενοι, φοβούμενοι, πνευστιῶντες, ἡδόμενοι,

Pag. 11. vs. 13.

Ἄνανδρε καὶ δειλὲ, πόσον ἐβράδυνας ἐρῶν χρόνον. Parilis est expostulatio apud Achill. Tat. Lib. II. p. 73. μέχρι τίνος, ἄνανδρε, σιγᾷς; τί δὲ δειλὸς εἶ στρατιώτης ἀνδρείου θεοῦ; tum quod noster vs. 18. dicit καταβρέχειν τοῖς δάκρυσιν. idem Heliod. Lib. I. p. 48. διάβροχον ποιεῖν δάκρυσι. Succedit vs. 22. τοὺς στεφάνους ἀνελάμβανον nempe δάκρυσιν, ut docuit Vir celeb., quomodo accipio apud Joseph. Ant. Jud. Lib. II. c. 14. §. 6. τῷ αἵματι τὰς οἰκίας ἥγνιζον ὑσσώπου κόμας ἀναλαβόντες. ubi interpreti haud fuit perspecta locutionis indoles. aliud paulo est διαλαμβάνειν in talibus. Ael. de Anim. Lib. I. c. 42. extr. μέλιτι τις Ἀττικῷ τὴν χολὴν διαλαβὼν ὑπαλείφοιτο. quo sensu & διιέναι frequentari solet. Aristid. Tom. I. p. 524. ἀψίνθιον ὄξει διειμένον. Plura Bud. in Comm. p. 543. Verbis vs. 23. ὅσα ἐνενόουν διὰ τῶν χειλέων ἐκ ψυχῆς εἰς τὴν θατέρου ψυχὴν διὰ τοῦ φιλήματος παρεπέμπετο. gemina sunt apud Aristaen. Lib. II. Ep. 19. extr. & Lib. I. 25. ult.

Pag. 12. vs. 3.

Καλῶς μοι διηκονήσατε. Achill. Tat. Lib. II. p. 91. ταῦτα πάσχειν ἀπὸ ῥημάτων, ἃ τῇ ψυχῇ τρωθέντες διακονοῦσιν ὀφθαλμοί. Ubi quo minus ταυτὰ legendum conjiciam obstat, quia & τάδε, quod nemo facile mutatum iverit, ita prorsus usurpatum inveniam Joseph. A. J. Lib. V. c. 2. §. 2. τάδε πεπονθὼς, ἃ καὶ δυοῖν καὶ ἑβδομήκοντα βασιλέων πρᾶξαι πρότερον οὐκ ἐνετράπην. Themist. Orat.

XV.

Digitized by Google

XV. p. 196. C. Θεῷ οὔτε ὀφθαλμοὶ οὔτε ὦτα διακονοῦνται. Et gladium sibi πιστῶς διακονήσασθαι dicit apud Lucianum Tyrannicida p. 802. Quae subjiciuntur vs. 12. ἐφιλονείκουν δι᾽ ὅλης νυκτὸς φιλοτιμούμενοι ὡς φανεῖται μᾶλλον ἐρῶν. Tantum non ad verbum descripsit Aristaen. Lib. I. Epist. 16. ult.

Pag. 13. vs. 1.

Τὰ ἐπιτήδεια ἐνεβάλοντο. Ut Lucian. Ver. Hist. Lib. I. p. 710. πάμπολλα σιτία ἐνεβαλόμενοι, ἱκανὸν δὲ ὕδωρ ἐνθέμενοι. atque iterum Lib. II. p. 745. ναῦν ἐπισκευάζομεν ὕδωρ τε ὡς ὅτι πλεῖστον ἐμβαλλόμενοι καὶ τ᾽ ἄλλα ἐπιτήδεια. Hinc ἐμβολὴ *onus navis*. Vid. Salmas. ad Vopisci Aurel. c. 45. Mox quae leguntur vs. 17. seqq. comparasse haud poenitebit cum loco simili Achill. Tat. Lib. II. p. 133.

Pag. 14. vs. 11.

Ἀλλήλοις περιφῦντες ἔκειντο πολλὰ ἀνανοοῦντες. Dubiae auctoritatis vox est ἀνανοεῖν, nec aut aliunde aut e Lexicis mihi nota. Non tamen id propter ausim proscribere, quod & alibi variandae orationis ergo a minus usitatis haud abstinuit. v. gr. p. 64. vs. 13. διαχώρειος pro ἐπιχώρειος. quo alibi saepius fuerat usus. Posset alioqui scriptum ab auctore videri ἀνανεοῦντες, *in memoriam sibi revocantes*, qua licet notione vox potius media poni soleat, id tamen non impedit, quo minus & activum eandem admittat, apud Xenophontem inprimis, cui & alia haud pauca sub utraque forma promiscui sunt usus. Adde quod eodem ferme sensu, si originem spectes, potestatis ejusdem ἀνακαινίσαι extat in Basil. Tom. II. p. 185. παρακαλέσομεν ἑκάστην ψυχὴν, ἃ ἔχουσα ἦλθεν ἐν τῇ μνήμῃ, ταῦτα ἀνακαινίσασαν ἐν τῇ διανοίᾳ ἑαυτὴν εὐφραίνουσαν ἀπελθεῖν. ita nimirum lego, non

Digitized by Google

non ἀνακαινήσασαν, quod editur, quanquam non me fugit legi item ἀνακαινῆσαι in Berosi fragm. apud Joseph. contra Apion. Lib. I. §. 19. sed idem remedium adhibendum videtur. Hoc minus arriserit, legi posset ἀναπολῦντες. Hesych. Ἀνεπόλησα, ἀνεμνήσθην. Joseph. A. J. Lib. XI. c. 4. §. 2. τὸν πρότερον ναὸν τῇ μνήμαις ἀναπολῦντες. vel tandem Ἐννοῦντες, quia vox singulis fere paginis obvia. p. 61. vs. 8. πολλὰ ἐννοῦσα. p. 62. vs. 10. τὴν παρῦσαν τύχην ἐννοήσασα.

Vs. 15.

Διανύσαντες τὸ πλοῦν εἰς Σάμον κατήντησαν. Prorsus ut Actor. c. XXI. 7. ἡμεῖς δὲ τὸ πλοῦν διανύσαντες —— κατηντήσαμεν εἰς Πτολεμαΐδα. Et Apollod. Lib. I. c. 9. §. 21. ἀναχθέντες καταντῶσιν εἰς τὴν Θρᾴκης Σαλμυδησσόν. Palaeph. Incred. v. 15. εἰς ὄρος καταντήσασα. Alia in re Themist. Orat. XXII. p. 272. D. ἐπὶ τὸ σῶμα καταντήσασα διάνοια, & Joseph. Ant. Jud. Lib. III. c. 10. §. 6. ὑφαιρῦντες ἑκάστης ἡμέρας ἕνα τῶν βοῶν εἰς ἑπτὰ καταντῶσιν.

Pag. 15. vs 1.

Ὁμόσωμεν ἑαυτοῖς. i. e. ἀλλήλοις, ut p. 85. vs. 6. ἑαυτοὺς ἀπωλήφαμεν. Improbant hunc verbi usum veteres apud Eustath. Grammatici, ipsomet calculum addente Episcopo ad Odyss. E. p. 240. ult. contra tendit Suidas, Atticis eum vindicans. cui facile adsentior, quod apud probatissimos quosque ita inveniam. Soph. Antiq. vs. 149. Thucyd. Lib. IV. c. 25. Demosth. sub princ. Orat. in Pantaenet. Themist. Orat. IX. p. 121. A. Contra ἀλλήλυς pro ἑαυτῦς posuit Thuc. Lib. III. c. 81. & ea mente Suidas Lib. II. c. 70. observante id ad Schol. loci prioris Cl. Duckero.

Vs. 10.

Digitized by Google

Vs. 10.

Ὡς ἐγὼ καὶ βραχύ τι ἀποσπασθεῖσά σου οὔτε ζήσομαι, οὔτε τὸν ἥλιον ὄψομαι. Auctor. Dial. Charidemi inter Luciani opera Tom. II. p. 1030. ὅσους τῆς ταύτης κάλλους ἁλόντας μᾶλλον αἱρουμένους ἀπέφηνεν ἀποθνήσκειν, ἢ ταύτης διωκισμένους τὸν ἥλιον προσορᾷν. Alcestis apud Euripiden ejus fabulae vs. 287. οὐκ ἠθέλησα ζῆν ἀποσπασθεῖσά σου. similia vid. apud Joseph. A. J. Lib. VI. c. 11. §. 5. & XV. 3. 6. confer nostrum p 66. vs. 14. Additur verbo nonnunquam praepositio Actor. c. XXI. 1 ubi vid. pluribus Pricaeum & Raphel. ad Luc. c. XXII. 41. Elegans & Atticus activi usus est apud Xenoph. K. A. Lib. VI. p. 234. med. Edit. H. Steph. Οἱ Ἕλληνες ἐπεὶ ἀφίκοντο εἰς Πέρινθον Νέων ἀποσπάσας ἐστρατοπεδεύσατο χωρίς. Aristid. Tom. I. p. 629. πάμπολυ τῶν ἄλλων ἀποσπάσας ἦγον εἰς τὸ ἱερὸν, & Tom. III. p. 577. πολὺ τῆς ὄχθης ἀποσπάσας τοῦ ποταμοῦ —— εἰς Φίλας διέβαλον. Ael. de Anim. Lib. IX. c. 25. ὡς κώπαις ἐρέτῃων καὶ ἀποκινῶν δίκην πορθμίδος πολὺ ἀποσπᾷ. Plene nec invenuste Joseph. Ant. Jud. Lib. VIII c. 11 §. 2. αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν νόμων ἀπεσπάσατε. i. e. *abalienastis vos, recessistis.* Add. ex Luciano Cl. Jensium Lect. Lucian. Lib. III. c. VIII. ubi perite contra emendatorem impetum magni nominis criticorum H. Steph. Buddaei aliorumque locum tuetur ejusdem in Icaromen. p. 194. Edit. Amstel.

Vs. 15.

Καὶ αὐτοὺς ἐνταῦθα ἔδει καταχθῆναι —— καὶ ὑδρεύσασθαι. Pari modo Lucian. Ver. Hist. Lib. I. p. 729. ἀποβάντες ὑδρευσάμεθα. Lib. II. p. 778. ἀποβάντες προσσήκομεν ὑδρευσόμενοι, καί τι. sic leg. pro καίτοι, καὶ σιτία ληψόμενοι, εἴ ποθεν δυνηθείημεν. Ut & Apollod. Lib. I. cap. ult. §. 26. Αἰγίνη προσίσχουσιν ὑδρεύσασθαι θέλοντες. Mox vs. 19 μετὰ χεῖρα ἔχων τὴν Ἀνθίαν. Attica est locutio Aeschin.

ſchin. in Timocr. p. 16. Edit. Ald. Thuc. Lib. I. c. 138. Apollod. Lib. II. c. 4. §. 6. Alciphr. Lib. III. Ep. 40. Themiſt. Orat. XIX. p. 226. C. Lucian. Demoſth. Encom extr. Joſeph. in vita ſua §. 44. ubi & legas μετὰ χεῖρας δέξαιτο. A. J. Lib. VII. c. 12. §. 4. πλήξας αὐτὸν τῷ μετὰ χεῖρας ξύλῳ. Et Lib. VI. c. 12. §. 1 ἤτει καὶ ὅπλον ἢ μετὰ χεῖρας ῥομφαίαν ἢ δοράτιον. Ubi vereor, ut recte ceperit interpres, vertens: *quicquid ei ad manum eſſet.* reddi, ni fallor, debuiſſet *in manum.* Iones juncta cum Poëtis tertium adjungunt caſum. Lucian. de Aſtrol. p. 988. μετὰ χερσὶν ἔχων τὴν λύρην. eundem uſum praeſtat διὰ χειρὸς Ael. de Anim. Lib. XVII. cap. 37. τὸ δρέπανον διὰ χειρὸς εἶχε.

Vs. 25.

Ἐπεύχονται δὲ αὐτοὺς δημοσίᾳ, καὶ θυσίας τε θύουσι καὶ ἑορτὴν ἄγουσι τὴν ἐπιδημίαν αὐτῶν. Erunt fortaſſe qui inſolentia ſtructurae moti ſcriptum malint εὐωχοῦσι δὲ αὐτοὺς —— ut apud Parthen. Erotic. c. XIII. ἑορτῆς καὶ θυσίας —— τελουμένης ἐν ᾗ δημοσίᾳ πάντες εὐωχοῦνται. Alios fore praevideo qui αὐτοῖς refingendum putabunt, prout in Ariſtaen. Lib. II. Ep. 2. pro ἐπηυξάμην θεοὺς Cl de Pauw ſubſtituendum videtur θεοῖς. Mihi tamen id haud dum eſt liquidum, ut qui didici cum pluribus in verbis eandem obſervari ſtructurae diverſitatem, tum in ejusdem & cognatae ſignificationis προσεύχεσθαι atque προσκυνεῖν. De illo res eſt vel ex Lexicis nota, hujus cum dativo exempla quaedam attulit Cl. L. Bos ad Matth. c. XI. 11. Adde Themiſt. Orat. XXVII. p. 332. B. προσκυνοῦσί τε αὐτῷ καὶ σέβονται. Joſeph. Ant. Jud. Lib. VI c. 7. §. 5. Lib. VIII. c. 14. § 4. & c. 13. §. 1. & 2. alibi ſaepiſſime. Quando autem Ariſtaeneti loco certior alia & altior inſedit macula, ſenſum ita obſcurans, ut editorum acumen eluſerit, lubet integrum adponere. Editur nempe, Ὄμνυμι δέ σοι, φιλτάτη,

Digitized by Google

τάτη, τίνα μέντοι θεῶν, εἰ βȣ́λει, μᾶλλον ἐπηυξάμην ἀρτίȣς θεȣ́ς, ὡς —— Vertit Mercerus, *Tibi vero, charissima, jurabo, quem tu velis Deorum; aut precabor potius perficientes Deos.* In qua versione tria desidero: primo praetermissam nollem interrogationem; quam requirit omnino τίνα. Tum vellem docuissent Viri docti unde arripuerint illud *perficientes*; legerint enim, ut legisse videntur ἀρτίους, ne sic quidem procedet; quum ἄρτιοι θεοὶ vel forent *Dii promti*, vel *integri*, i. e. nullo corporis membro manci atque mutili, quomodo claudicantis Vulcani respectu dici possent; unde χωλὸν, κολοβὸν & ἄρτιον passim sibi opponuntur. Themistium vid. Orat. XIX. p. 233. XXI. p. 249 D. & 252 A. Denique si, quod opinatur Cl. de Pauw, Mercerus pro εἰ legit ὂν, ipsomet haud inprobante, adparet nullam prorsus τȣ̃ τίνα rationem habitam. Mihi quid videatur dicam, quam potero brevissime. Apertum est Aristaenetum ad verbum propemodum descripsisse locum Platonis in Phaedro p. 340. F. Edit. Lugd. Ὄμνυμι γάρ σοι, τινὰ μέντοι τινὰ θεῶν, εἰ βȣ́λει τὴν πλάτανον ταυτηνί, ἦ μὴν —— Sic verba eduntur nec aliter laudat Mercerus, nisi quod posterius τινὰ omiserit. Esse autem ea deliberantis Phaedri seu potius Socrati optionem dantis, per quod velit numen dictis fidem faciat, id quidem quum in dubitationem non veniat, simul adparet a labe haud esse libera, non illa quidem elui difficili, sed quae nihilominus & Ficinum interpretem in errorem abstulit, nec Aristaeneti editoribus fuit perspecta. Distingui haud dubie debent atque hunc in modum legi; Ὄμνυμι γάρ σοι· τίνα μέντοι, τίνα θεῶν; εἰ βȣ́λει τὴν πλάτανον ταυτηνί, ἦ μὴν —— *Juro enim tibi; at per quem, per quem,* inquam, *Deorum? ubi vis per hanc platanum,* —— vel si quis εἰ volet accipere interrogative, *visne per hanc platanum?* similem deliberationem eadem de re vide in Luciani, seu quisquis alius Dial. auctor, Philopatr. p. 994. & 998. Jam si compares inter se locum

cum utrumque palam fiet, vitium quod Cl. Editores quaesiverunt in ἐπηυξάμην, ea latitare sede, quam apud Platonem occupant verba τὴν πλάτανον ταυτηνί, adeoque vel in voce μᾶλλον superesse verae lectionis vestigia, vel unam alteramque aliam excidisse; quas dum acutiores extundent, fingam interim ego scriptum ab epistolae auctore prodiisse: Ὄμνυμι δέ σοι, φιλτάτη, τίνα μέντοι θεῶν; εἰ βούλει ἄλλον, ἢ οὓς ἐπηυξάμην ἀρτίως θεοὺς, ὡς —— *Tibi vero, charissima, juro; at per quem Deorum? si vis per alium, quam quos modo precatus sum Deos.* Retinere malis μᾶλλον? legas licet, εἰ βούλει ἄλλον τινὰ μᾶλλον ἢ οὓς —— Vid. modo quae praecedunt. Quod autem de verborum quorundam ratione duplici hujus loci occasione monendum fuit, in memoriam id mihi revocat Thomam Magistrum juxta cum Phrynicho ceu σόλοικον traducere εὐαγγελίζομαί σε pro σοί. Satis profecto imperite, ut solent scilicet hi magistri, ubicunque agitur linguae indoles. Scire debebant haec ut structura ita significatione distare; illud esse *laeto te nuncio impertio, nuncio te exhilaro*; hoc simpliciter *nuncio tibi, nuncium tibi perfero.* Optime Suidas, quanquam nec ipse, quod e versione perspicitur, ab interpretibus intellectus, Ἐυαγγελίζομαί σε αἰτιατικῇ. Ἐυαγγελίζομαι δέ σοι χαρὰν. Fundus glossae est in Luc. c. II. 10. Ἐυαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν. Et Basil. Advers. Eunom. Lib. IV. p. 393. ὁ ἄγγελος ὁ εὐαγγελιζόμενος τοὺς ποιμένας. Vides quod D. Lucas dixerat εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν, id virum disertissimum mutata structura extulisse per quartum casum εὐαγγελίζομαι ἡμᾶς. Atque eadem nunc opera mens patescit genuina verborum Christi. Matth. c. XI. 5. πτωχοὶ εὐαγγελίζονται inprimis si conferas cum Es. c. XXIX. 19. ἀγαλλιάσονται πτωχοὶ διὰ κύριον ἐν εὐφροσύνῃ. Et ubicunque vox passiva in N. T. occurrit. Quod autem extra scriptores sacros ista rectio vix observetur, ratio haec est, quia rarissime οἱ ἔξω alio utuntur sensu τῷ εὐαγγελίζομαι, quam pro ἀγγέλλειν, qua vir-

virtute nisi tertium casum admittere nequit. Advocari tamen pro ea praeter Heliodorum posset Alciphron. Lib. III. Ep. 12. ταῦτά σε οὖν εὐαγγελίζομαι φίλον ἄνδρα συνειδέναι βουλόμενος. Nisi σε, quod ad εὐαγγελίζομαι retulit interpres, pendere etiam posset a συνειδέναι βουλόμενος. Nec de exemplis ego quidem sim sollicitus, ubi ratio constat, quae in talibus apud me omni exemplorum farragine est potior. Vide omnino, quae eandem in rem observavit ὁ πάνυ infra ad p. 29. vs. 2.

Pag. 16. vs. 8.

Ἀνήγοντο ἐπισιτισάμενοι. Recte interpres viatico instructi e portu solvunt, non, ut male Benedictus *saturi discessimus* in Lucian. Ver. Hist. Lib. II. p. 771. idem in his locis ἐπισιτίσασθαι, quod σιτία ἐμβάλλεσθαι. Vid. 5. p. 13. vs. 1.

Vs. 16.

Τῷ δὲ Ἀβροκόμῃ ἐφίσταται γυνὴ ὀφθῆναι φοβερὰ τὸ μέγεθος, ἐσθῆτα ἔχουσα. Difficulter mihi persuadeo Xenophontem diutius lectores suspensos voluisse detinere, utrum vigilanti, an per somnium mulieris ista species obversata fuerit. Certe neminem inveni adhuc, qui quo id patefcat statim non adjecerit vid. ipse Xenoph. p. 75. vs. 19. Τῇ δὲ Ἀνθίᾳ ὄναρ ἐπέστη ἐν Τάραντι κοιμωμένῃ, ἐδόκει δὲ —— distinguo hic κοιμωμένῃ. Ἐδόκει δή. Apollod. Lib. II. c. 4. §. 2. de Perseo Ἐφίσταται ταῖς Γοργόσι κοιμωμέναις. Longus Lib. III. p. 94. καθεύδοντι νύκτωρ ἐφίστανται Νύμφαι & Lib. II. p. 50. Nec aliter Achill. Tat. Lib. IV. sub princ. Lib. VII. p. 449. Lucian. adv. Indoct. p. 548. Idem Prolaps. inter Salut. p. 523. Themist. Orat. VII. p. 91. B. Arist. Tom. I. p. 609. Joseph. Ant. Jud. Lib. II. c. 9. §. 3. Actor. c. XII. 6. & 7. aliique quos ibi laudant Philologi. Ἐγρηγορότι addit Lucian.

Digitized by Google

cian. in Philopſ. p. 487. & in princ. Cronoſol. Hic legeris τῷ ἢ 'Αβροκόμῃ κοιμωμένῳ ſive καθεύδοντι ἐφίσαται nihil intererit, niſi hoc tantum quod prius obliteraſſe videatur ſimilitudo literarum, quae finiunt vocem praecedentem. Phraſi ἐσθῆτα ἔχειν alii quoque utuntur. Ariſtid. Tom. III. p. 693. Lucian. in Cynic. p. 973. noſter ſupra p. 10. vs. 17. ſuppleri in ea debet ἀμφὶ σῶμα. Plene Eurip. Helen. vs. 561. στολὴν ἄμορφον ἀμφὶ σῶμα ἔχεις. Contra ἀμφὶ κεφαλὴν in hoc Themiſt. Orat. XXIII. p. 306. C. τιάραν ἔχων & ἀμφὶ δέρην, ibid. in τῷ καὶ στρεπτὸν τοιοῦτον πλατύν. Atque ita alia corporis membra quorum ornatus veſtitusque memoratur. Tum quid hic loci ἐφίσαται γυνὴ φοβερὰ τὸ μέγεθος. id Achill. Tat. Lib. I. pag. 15. ἐφίσαται δή μοι γυνὴ φοβερὰ καὶ μεγάλη. Et quod ſequitur pag. 17. vs. 7. νεανίας ὀφθῆναι μέγας, φοβερός τὸ βλέμμα haud diſſimile eſt illi Lucian. in Aſino p. 123. ὁ νεανίσκος μέγας τε ἦν, καὶ φοβερὸν ἔβλεπε. Ea quae ſuccedunt vs. 22. Ἔτυχον μὲν ἐν Ῥόδῳ πειραταὶ deſtituuntur vocula οὖν tranſitioni fulciendae neceſſaria. vid. p. 30. & 32. alibi ab inſtituta narratione ad alia viam ſibi munit per ἢ ut p. 23. 24. 27. 29. 31. 37. 43. alterutra abeſſe nequit p. 40. ubi adeo leg. καὶ ὁ μὲν vel ὁ μὲν οὖν.

Pag. 17. vs. 12.

'Εφίσανται ἢ ἀυτοῖς οἱ περὶ τὸν Κόρυμβον ἐλαυνομένῃ τῇ νηΐ. Τριήρης ἦν σὺν ὀξύτητι πολλῇ. Nihil durius ſcribi potuit his ultimis τριήρης ἦν σὺν ὀξύτητι. Verum ita Xenophontem dediſſe haud crediderim. Duritatem tollet mutata diſtinctio, quam ſi collocaveris poſt κόρυμβον, ſponte fere ſua conſequetur hoc modo legendum 'Εφίσανται δὲ ἀυτοῖς οἱ περὶ τὸν Κόρυμβον. 'Ενελαυνομένῃ τῇ νηΐ

Digitized by Google

νηὶ τριήρης ἦν ξ. ο. π. Sic discrimen obtinebit piraticam inter & vectoriam navem, quod observatur mox vs. 15. & p. 18. vs. 7. ut inter πλοῖον & τριήρη apud Demosth. Orat. in Timocr. p. 443 Edit. Paris. Aptum foret ἐπελαυνομένη, sed illud praetuli, ob propiorem erroris causam; nec, licet ἐνελαύνειν ignoret H. Steph. Thes. idonea ideo auctoritate destituitur, habet enim Pind. Pyth. Od. VIII. vs. 11. Adde quod periphrasi participii cum verbo εἰμὶ (Chalcidicum schema vocant) utitur crebro. vid. p. 23. vs 15. p. 37. vs. 21. 53. vs. 7. 56. vs. 6. & 57. vs. 11. Triremes piratarum naves fuisse docet item locus Apollod. Lib. III. c. 5 §. 3. Conf. Scheffer. de Mil. Nav. Lib. II. c. 2. mox vs. 18. notes ἀπεσφάξαντο passive adhibitum, quomodo ἐγράψασθαι Lucian. in Cronosol, p. 821. προσεγράψασθαι Aristid. Tom. I. p. 626. ἀπογράψασθαι Luc. c. II. 5. τιμήσασθαι Lys. Orat pro bonis Arist. p. 148. Med. Edit. Ald. στεφανώσασθαι. Pind. Ol. Od. VII. vs. 29. & 149. Forte etiam πράξασθαι in ejusdem Pyth. Od. IV. vs. 433. quae pluscula adfero, ut patescat non adeo quidem istum Aor. usum esse rarum, ut visus Cl. Kustero de Verb. Med. Sect. III Verius id dixisset de Aor. altero ut εὑρέσθαι in Aristid. Tom. III. p. 105. Quod si, quae pro eodem larga manu promit Bud. in Comm. p. 313. huc pertinerent, nihil aeque foret tritum obviumque. Verum vix ullum omnium est, quod istud probare valeat, uti nec quae ex Aeliano ad Soph. Ajac. vs. 512. adfert Stolberg. quem & vid. in Exercit. de Soloecism. c. III. ubi ad Budaei exempla provocat.

Pag. 18. vs. 24.

Ἀναλαμβάνειν παρεκάλει. Eadem in re Lucian. in Cataplo p. 444. προσελάσαντες ἀνελάβομεν αὐτόν Et Joseph. in Vita sua §. 3. ἀνελήφθημεν εἰς τὸ πλοῖον.

Digitized by Google

Pag. 19. vs. 8.

Καὶ αὐτὸν πρὸς τὸ μειράκιον συνήθεια. Legerem potius καὶ αὐτὸν ἡ πρὸς τὸ μ. 6. Et p. 24. vs. 2. καὶ οἱ ἄνθρωποι. vs. 19. ἐν μὲν τῷ πόνῳ οὔτε πεῖσαι δυνατὸν ἐδόκει. Viam praemonstrante Viro Cl. conjecturabam πόρῳ. Joseph. Jud. Antiq. Lib. XIII. vs. 12. §. 3. κατὰ τὸν πόρον μαθὼν τὴν μεταβολὴν οὐδὲν ἧττον ἔπλευσεν. Et B. J. Lib. III. vs. 9. §. 2. πηξάμενοι πειρατικὰ σκάφη πλεῖστα τόν τε Συρίας καὶ Φοινίκης καὶ τὸν ἐπ' Αἰγύπτου πόρον ἐλῄστευον.

Pag. 20. vs. 5.

Καὶ πείθει οὗτος μὲν Ἀβροκόμην. i. e. *persuadere conatur*. Ut apud Longum Lib. II. p. 61. προσελθὼν ἔπειθεν εἰς ὅ, τι ἔχρῃζεν —— ἡ δὲ ἐγέλα τὸ ἐρωτικὸν αὐτοῦ. Tum easdem persuadendi artes Charicleae admovet Cybele apud Heliod. Lib. VII. p: 341. quibus hic vs. 23. Abrocomam adgreditur Euxinus. Ibi inter alia, οὐ γὰρ εἶ ξένος καὶ ἔρημος, καὶ ὁ προσθησόμενος, an προστησόμενος? οὐδείς.

Pag. 21. vs. 5.

Καὶ εὐθὺς μὲν ἀχανὴς ἦν, καὶ οὔτε τι ἀποκρίνεσθαι εὕρισκεν. Forte καὶ οὐκέτι ἀποκρίνεσθαί τι εὕρισκεν. Aut dele καί. Pag. 26. vs. 15. ἔκειτο ἀχανὴς, οὔτε ἀποκρίνεσθαί τι δυναμένη. Ut Heliod. Lib. VII. p. 316. ἔκειτο ἄναυδος. Alibi εἶναι, γίνεσθαι ἀχανῆ. infra p. 56 vs. 16. 81. vs. 13. Heliod. Lib. X. p. 474. αὐτὸς καὶ ἀχανὴς ἐγεγόνει, quomodo αὐτὸς ἦν τῷ δέει. Joseph. B. J. Lib. I. c. 19. §. 5. & Lib. II. c. 9. §. 3. ἀχανεῖς ἦσαν. Quorum loco ἱστάναι ἀχανῆ Heliod. Lib. II. p. 115. V. 213. VI. 269. ἄυοι Joseph. B. J. Lib. VI. c. 4. §. 2. & ἄφωνοι εἱστήκεισαν. Lucian. in Tox. p. 63. Tum quomodo vs. 1. τί δέ σοι

 γυναι-

Digitized by Google

γυναικὸς δεῖ, καὶ πραγμάτων. Sic fere Ariſtaen. Lib: II. Ep. 3. τί δ᾽ οὖν οὗτος ἔγημε κόρην —— μηδὲν δεόμενος γυναικὸς; ἢ ἵνα μοι τῶν πραγμάτων μεταδοίη.

DAVI-

Digitized by Google

DAVIDIS MARTINI

Ecclesiae Ultrajectensis Pastoris Gallici

IN

LUCII CAECILII

Librum ad Donatum Confessorem

DE

MORTIBUS PERSECUTORUM

N O T A E.

IN TITULUM LIBRI.

AD *Donatum.* Nullus dubitat Vir multiplici eruditione insignis Baluzius, qui nobis copiam fecit hujus libri vere aurei, & post eum Columbus ὁ μακαρίτης, quin iste Donatus idem fuerit cum eo, cui Lactantius noster inscripsit Librum de Ira Dei: sed cum ille liber *pulcherrimus*, ut appellatur Hieronymo, editus sit saeviente afflictione, iisque temporibus quibus Donatus noster Christi nomen confitebatur inter vincula & ungulas, nemini unquam, puto, veniet in mentem, Lactantium meritis laudibus potuisse fidem & patientiam tam raram & eximiam illustrissimi Confessoris, *alto silentio* obruere, ut fecit, in opere quod ei dica-

dicabat, si non alius fuisset ille Donatus ab isto cujus gloriosa pro Christo certamina ad coelum usque evehuntur in hoc nostro Libro de Mortibus Persecutorum. Cujus argumenti vis ac pondus ut clarius pleniusque innotescant, Lactantianarum Lucubrationum seriem & ordinem hic adtexere operae pretium fore arbitramur. Placet celeberrimo Baluzio Lactantium scripsisse Divinarum Institutionum libros, *in ipsis Persecutionis initiis*, sed non emissos fuisse nisi post pacem Ecclesiae datam; quod probare sibi visus est ex libro de *Opificio Dei*: Librum autem de *Ira Dei*, qui Donato legitur nuncupatus, *scriptum post datam divinitus pacem*, exserte pronunciat.

At in eo primum non possum Viro Magno assentiri quod librum de Opificio scriptum adducat, ut scriptum post Institutiones Divinas; cum contra multa sint in libro de Opificio, quibus nitidissime significatur, Lactantium nondum scripsisse Institutiones, sed sese scripturum, & habere apud se propositum. Ut brevis sim, legatur cap. 6. in fine, ibi pollicetur se aliquando confutaturum Epicureorum errorem de Providentia; quod dignissime exsecutus est in suis Institutionibus. Attendantur quoque haec verba, cap. 15. *Erit nobis contra Philosophos integra disputatio*: & ista Capitis 20. *Haec ad te, Demetriane, interim paucis, & obscurius fortasse quam decuit, pro rerum ae temporis necessitate peroravi, quibus contentus esse debeas, plura & meliora lecturus, si nobis indulgentia coelestis venerit: Tunc ergo te ad verae Philosophiae doctrinam & planius & verius cohortabor. Statui enim, quam multa potero, literis tradere, quae ad vitae beatae statum spectent; & quidem contra Philosophos.* Quod tunc volvebat in animo & se facturum pollicebatur, executioni mandavit feliciter haud ita multo post, dum nempe manum & calamum admovit ad Institutionum Libros, in quibus & meminit istius de Opificio, ut a se jam jam editi: *Materiam* inquit,

Digitized by Google

inquit, *tam copiosam & uberem strictim* (Cicero) *contigit; quam ego nunc idcirco praetereo, quia nuper proprium de ea re Librum, ad Demetrianum, Auditorem meum, scripsi.* Instit. Lib. II. c. 10. Manet igitur certum atque exploratum Librum de Opificio, non post Institutiones, sed ante fuisse emissum.

Quod ad Institutiones spectat, nemini dubium esse potest quin eae scriptae fuerint, flagrante jam Diocletiana Persecutione: nec hac de re nos suspensos esse patiuntur haec verba quae leguntur in initio: *Quam minime sim quietus, etiam in summis necessitatibus ex hoc libello poteris existimare ... Ille Colluctator, & Adversarius noster scis quam sit astutus, & idem ipse violentus*, sicuti nunc est. Sed quo persecutionis anno haec scriberet Lactantius, non nostri est determinare: Conjectamus tamen non ante tertium annum; siquidem patet ex initio Libri de Opificio, Philosophos male fuisse habitos iis temporibus, *nunc mali audiunt, castiganturque:* at id non ante contigit quam purpuram deposuisset Diocletianus, & summa rerum esset penes Galerium, sicuti nos exserte docet Liber de Mortibus Persecutorum, cap. 22. quae annum persecutionis tertium non praecessere; Baluzio teste, in sua Chronologia Diocletianea. Unde sequitur Institutionum libros non fuisse scriptos *ipsis Persecutionis initiis*. Validissime porro firmant conjecturam nostram haec verba Institutionum Lib. V. c. *Ego cum in Bithynia Oratorias literas accitus docerem, contigissetque ut eodem tempore Dei Templum everteretur* &c. quae rem narrat non ut recens factam, sed jam dudum praeteritam. Pergit Lactantius in eodem loco quandam disputationem enarrare quae circa id tempus mota fuerat a certo quodam Philosopho adversus Religionem Christianam, eamque meminit non tanquam nuperam ac recentem, sed ut olim factam: *Omnes tamen*, inquit, *id arguebant; quod illo potissimum tempore id operis esset aggressus, quo furebat odiosa*

Digitized by Google

odiosa crudelitas . . . . Alius eandem materiam mordacius scripsit qui erat tum *e numero Judicum.* Haec ergo scribebat Lactantius non primo persecutionis anno, sed sequentibus; tertio, nempe, vel quarto, ut supra suspicabamur.

Neque illud Baluzio concedere possumus, Lactantium ne scripsisse quidem suas Institutiones, saeviente jam persecutionum procella, sed eas non emisisse in publicum *nisi post pacem Ecclesiae datam.* Nam unde id habet Vir doctus? quia contrarium statuit ipsemet Lactantius: *Profiteor*, inquit Lib. I., *nulla me necessitate vel rei, vel temporis impediri quominus aliquid excudam* &c. & Lib. V. c. 1. aperte declarat se ad certamen venisse cum Philosophis, aliisque profanae superstitionis defensoribus, ut hos, si fieri posset, errorum suorum argueret; & Fideles quam plurimos, quos jam nutantes cernebat, in fide confirmaret. At illud obtinere haudquaquam poterat, nisi in manus omnium scripta sua commendaret. Ne autem tela persecutionis zelo abreptus in sese converteret, scriptis ejusmodi strenuis in quibus Christianam Religionem propugnabat, & Paganam superstitionem profligabat; quod Lactantio prudenter timuit Baluzius, non erit fortean a veri regione alienum, si dixerimus Lactantium non edidisse Institutiones in Bithynia, & in urbe Nicomedia, ubi acrius quam alibi locorum saeviebant & furebant Imperatores; quod sane indicare videntur verba superius allata; *Ego cum in Bithynia Oratorias literas accitus docerem*, & quae potius hominem extra Bithyniam scribentem, quam in Bithynia sistunt animo & cogitationi. Non secus ac ista ejusdem Libri, cap. 11. *Vidi ego in Bithynia* &c. Et certe potuit Lactantius recessisse in Galliam, ubi quietiores sedes reperiebant Christiani, sub ditione ac imperio Constantii Chlori, qui cum iis benigne agebat, ut notum est: ac nescio num ibi Lactantium repererit Constantinus, qui ei instituendum com-

commisit in Gallia Crispum suum filium, sicut tradidere nobis Eusebius, atque Hieronymus.

Quicquid sit, nil vetat, ubicunque Institutiones scripserit Lactantius, quin eas publici juris fecerit ante persecutionem finitam, & pacem prorsus restitutam Ecclesiae, nimirum Octavo persecutionis anno, quo tranquillitas & securitas Christianis indulta est Edicto Maximini, & Constantii, ut legimus apud Eusebium, Histor. Eccles. Lib, VIII. c. 28.

Liber de *Ira Dei*, qui Donato fuit inscriptus, neque ante, neque post Institutiones emissus est. Non quidem ante, cum earum mentio injecta sit in Libro de Ira Dei cap. 2. neque post absolutum Institutionum opus, sed absoluto earum Libro quarto & nondum exaratis tribus ultimis sequentibus, ad quos sese tunc adcinxisse Lactantium aperte insinuant haec ipsius verba capitis 2. *Quos ex parte*, inquit, *jam refutavimus in quarto supra dicti operis libro, ac refutabimus postea diligentius, cum respondere ad omnes Sectas coeperimus quae veritatem, dum disputant, perdiderunt*. Respicit autem his verbis ad *verum Dei cultum*, *& justitiam*, quod erat tertius ille gradus quem superius posuerat in initio capitis, quemve fuse docteque persecutus est in libris quinto & sexto Institutionum.

Cum vero, ut haec omnia ad pauca conferamus, libri Institutionum incoepti non sint ante tertium aut quartum annum Persecutionis; nec liber de Ira Dei compositus, nisi post librum quartum Institutionum, hinc sequitur Librum de Ira non fuisse scriptum ante quartum annum Persecutionis. At ab anno secundo Persecutionis Donatus noster in carcerem conjectus fuerat, qui ei *sex annis pro domicilio fuit*, teste Caecilio nostro, cap. 35. id est, ad annum usque octavum Persecutionis, ut diximus supra. At quis credat Lactantium tam raro ac eximio Confessori librum inscripsisse iis ipsis temporibus quibus tam strenue Christo militabat,

in

Digitized by Google

in quo constantiam illius vere divinam intempestivo silentio presserit, nec eum tam misere vexatum consolatus sit, nec ad perseverandum adhortatus? Fuit ergo ille Donatus cui nuncupatus est Liber *de Ira Dei*, omnino alius a nostro Confessore; fuit enim *Donati* nomen, non uni homini singulare, sed multis commune, ut notum est vel ex Historia Donatistarum: sed in re clara non est haerendum.

Cap. V.

D*Ispersi sunt:* Non quidem statim post Christi Adscensionem in coelum, & Matthiam in locum Judae substitutum, ut prima fronte insinuare videri posset rem bene non attendentibus narratio haec Ceciliana; sed multis post annis. Liquet enim evidentissime ex Actis Apostolicis Petrum, qui primus januam fidei aperuit Gentibus, Hierosolymis adhuc versatum fuisse anno ultimo Herodis Agrippae, qui Petrum conjecit in vincula, Act. c. 12. & mortem obiit Caesareae, anno Claudii Imp. quarto, qui annus incidebat in undecimum vergentem mortis Domini N. J. Christi. Cui & convenit antiquissima traditio, cujus meminit ex Apollonio Scriptore Ecclesiastico, Eusebius Lib. V. c. 17. *Servatorem mandatum suis dedisse Apostolis, ne ad duodecim annos Hierosolymis decederent.* Quod sic in mandatis dedisse Christum Dominum, ut primitias praedicationis Evangelicae Judaeis collustrandis, ac, si fieri posset, ad fidem adducendis, benigne diuque impenderent: Clementi Alexandrino sapienter observatum est, Strom. I. 6.

Per annos 25. non a discessu Apostolorum ab urbe Hierosolyma numeratis, sed a morte Christi, tot enim interfuerunt inter Christi passionem, & Neronis imperii priores

priores annos, quos Cecilius noster vocat *principium Neroniani imperii.* Cavesis enim hic sumas *principii* vocabulum, stricte rigideque, pro primo initio imperii, eoque mense aut anno quo ad imperii clavum perductus est: id nulla patitur Chronologia, cum a morte Servatoris ad initium Neronis imperii non plures decurrerint anni quam viginti duo. Incidebant ergo viginti hi quinque anni in tertium Neronis desinentem, & quartum incipientem, quod haud immerito dici potuit *principium* Neroniani imperii latiori nempe significatu, ad designandam primam illius Regni Epocham, & priores annos.

Cumque jam Nero imperaret. De primo Neronis anno haec explicare placuit doctissimo Chronologo Antonio Pagi, & inde Petrinae Sedis in urbe Roma initium a primo Neronis imperii desumere nil dubitavit: *ideoque*, inquit Chronol. in an. 54. *primus ejus Sedis Romae annus cum primo Neronis nobis est inchoandus.* Sed cautius doctissimus Baluzius de anno quo Petrus Romam se contulit, nil voluit quicquam statuere: siquidem nihil habemus hac de re certi ac explorati apud Cecilium nostrum, in cujus partes, relicto Eusebio & aliis, qui Petri adventum Romae Claudiano imperio affixere, sapienter transit Vir Celeberrimus. At ante Neronis annum tertium aut quartum Romam Petrum non advenisse satis aperte declarat ordo ac series narrationis Cecilianae: primo, inquit, Apostoli *per* XXV. *annos usque ad principium, Neroniani imperii*, id est, ut supra annotavimus, usque ad annum Neronis quartum incipientem, *per omnes Provincias*, *& Civitates Ecclesiae fundamenta miserunt:* quibus continuo subjungit: *cumque jam Nero imperaret*, *Petrus Romam advenit.* Quae satis superque indicant non ante, sed post expletos XXV. hosce annos Petrum ivisse Romam; ideoque non dixit *advenerat*, sed *advenit.* Neque advenisse

dixit in principio Neronis imperii, ſed *jam* regnante Nerone, id eſt, *jam pridem* regnante; *cumque jam Nero imperaret.* At qua Regni Neroniani anno Petrus Romam advenerit, non dixit Lactantius; innuere tamen videtur eum non multis annis Romae fuiſſe verſatum, ſed aliquo poſt tempore quam in Urbe Euangelium Chriſti ſeminaverit, & miraculis editis, quibus Eccleſiam, quae multis ante annis ibi fundata fuerat, in fide firmaverit, ac magis magisque ſtabilem fecerit, nuncius hac de re ad Neronem fertur, quo audito ira efferbuit & continuo ſaevüt in Petrum: *qua re*, inquit, *ad Neronem delata* &c. quae ſane narratio non longam annorum ſeriem indicat a Petri adventu ad usque martyrium; quod ſi paſſus eſt, ut quamplurimis place Chronologis, Anno Neronis undecimo, non diu elapſo temporis termino, affigenda erit Petri Romam profectio. Nec fortaſſis alia mens fuit vetuſti Auctoris Chronici Alexandrini, qui ſtatuit Petrum non veniſſe Romam ante annum ſextum Claudii, ſed in eo tamen deceptus conformitate nominum, quod *Claudii*, ſimpliciter dixerit, pro *Claudii Neronis.* Quicquid ſit, patet ſatis ſuperque non ante quartum Neronis annum reponendum eſſe Petri in urbem Romam adventum, ac proinde poſt Pauli adventum, cujus meminit Lucas Act. XXVIII. quique ab accuratioribus Chronologis circa Neronis annum tertium collocatur; neque per biennium illud, quo Paulus Romae remanſit, *evangelizans Regnum Dei ſine ullo impedimento*, Petrum adveniſſe quisquam vel ſuſpicari poteſt, niſi praeſto habeat cauſam ſatis idoneam, cur Lucas Pauli comes & ſocius, nequaquam meminerit Petri adventum, qui non ſine plauſu Chriſtianorum Romae fuiſſet exceptus, & ingens ſolatium Paulo attuliſſet; curve Paulus, qui plures Epiſtolas ſcripſit Roma, in quibus multos memorat, qui Romae tunc temporis agebant; ſed de Petri adventu, altum ſilentium, cujus nulla fuit ratio, quam quia Petrus nondum Romam venerat. Ac

inde,

Digitized by Google

inde, dubio procul, factum est, ut antiquae Bullae Paparum effigiem Pauli a dextris, Petri vero a sinistris exhiberent, quia, scilicet, Paulus prior Evangelii praeconem exercuerat Romae, quam Petrus: nec alia hujus ordinis ac situs, qui tam incongruus esse videtur, ratio excogitari hucusque potuit, quae viris cordatis, & a praejudiciis immunibus satisfacere valeat.

Miraculis: Multa commenti sunt ex Antiquis nonnulli de miraculis a Petro Romae editis in Simonem Magum: sed Justinus, qui Apologiam suam scribebat Anno secundo & septuagesimo post Neronem extinctum, mentionem facit, & quidem in duobus locis secundae Apologiae, Simonis, ejusque praestigiorum, sed de miraculs a Petro in Magum editis nihil memorat. Nec mirum, cum Simonem, Claudio regnante, Romae floruisse Justinus retulerit; quibus temporibus Petrus nondum e Judaea excesserat.

Damnata vetustate. Amplissimus Cuperus, cujus profunda eruditio cum summis certat honoribus, multis probavit testimoniis Paganorum Superstitionem venerando *vetustatis* nomine sibi plaudentem, *novitatis* notam & injuriam Christianae Religioni inussisse: at Cecilius noster nil timens vocabuli inconcinnitatem, nec Religionem Christianam *novam* dicere, nec Paganam *vetustatis* nomine donare veretur. Non quod revera novam fateretur esse Christianam Religionem, & Paganam antiquam; adeatur Instit. Lib. I. in fine; & Lib. II. c. 6. & 13. sed ex communi ac usitata loquendi consuetudine: quemadmodum Paulus 1 Cor. cap. 1. vocavit Evangelium Christi, *stultitiam*, quia sic vulgo ac passim appellitabatur.

Digitized by Google

Cap. IV.

Nisi malus. His congruit Instit. Lib. VII. c. 1. *Nemo virtuti favet, nisi qui sequi potest.*

Ibid.

Principale fastigium. Hic & Instit. Lib. VII. c. 27. vocat principale fastigium, imperatoriam dignitatem; quod ipsum, phrasi non multum absimili, Irenaeus Lib. III. c. 3. vocaverat, *potentiorem Principalitatem*, cujus Roma sedes & caput erat; *Ad hanc*, inquit, *Ecclesiam*, Romanam nempe, *propter potentiorem principalitatem*, (non Ecclesiae quae erat Romae, sed urbis Romae) *necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles.* Et Gregorius Pontifex, cognomento Magnus, Expo. Mor. in Iob. Lib. XXXI. c. 3. *Ad horum*, ait, *duritiam dissolvendam, nonnunquam S. Ecclesia, quia propria virtute non sufficit .... terreni Principis opitulationem quaerit .... quia pravorum, potentiorumque duritiam, cui Ecclesiastica humilitas resistere non valet,* PRINCIPALIS *Religio ex potestate dissolvit.* Ubi *Principalis* Religio, non est Ecclesia Romana, tanquam Caput ac Domina caeterarum Ecclesiarum, ut ab ejus assentatoribus compellari amat, sed Ecclesia, seu Religio fulta & armata Principum auctoritate.

Cap. VII.

Machinator: Machinator proprie is est qui apud se aliquid cogitat, ac molitur, & idem est ac inventor; & usurpatur, ut plurimum in malam partem; aliquando tamen in bonam. Sed Lactantio fuit perfamiliare voces *machinari*, *machinatio*, *machinator* usurpare, pro operari, operatio, *Operator*: *condere*, *conditor*, & his similibus. Exempla sunt obvia. Sic Lib. II. c. 11. *Deus, rerum omnium*

Digitized by Google

omnium machinator, fecit hominem. Et Lib. IV. cap. 6. *Deus igitur* machinator *constitutorque rerum* &c. Haud secus sumitur in hoc loco, mens quippe fuit Lactantio significare, quod Diocletianus simul & mala excogitaret, quibus vexarentur Christiani; & ipsemet, quod Imperatorem maxime dedecebat, exequeretur: ut videbimus infra, cap. 14.

Fere licitum : Ea quidem vis est longae consuetudinis, ut quae prima fronte horrebat animus, parum iis vel nihil tangatur, ubi usitata & familiaria evasere: unde merito gemebundus exclamavit Augustinus in Galatas: *Vae peccatis hominum quae sola inusitata exhorrescimus!*

CAP. XI.

Deorum montium : Ubi Deorum multitudo creverit in immensum, ea fuisse videtur Gentium sollicitudo ac industria, ut singulis sua munia & officia dispertirentur. Hinc Dii Coelestes, Terrestres, Marini, Inferi: hinc Dii Nationum ac Gentium, Civitatum, hortorum, nemorum, fluminum. Habuerunt & sua Numina montes, vixque ullum fuit cacumen, cui deorum aliquis praeesse non crederetur. Inde illud Aeneid. VIII.

— hunc , . . . frondoso vertice collem
Quis Deus, incertum est, habitat Deus.—

Arnobius Lib. IV. adversus Gentes *Montinum* nescio quem meminit, *Deum montium:* & Syrii Deum Israëlis suspicabantur olim esse *Deum montium*, quod Judaeos, cum Syriis pugnantes in montibus, victores fecisset. 1. Reg. c. 20. 24.*

At

* *Rectissime* notat doctissimus cognatus Martinus, ad Lactantium, templa in loco excelsiori, quam domus, poni solita. Cujus antiquitatis etiamsi afferat testimonia

At an eo respexerit hic loci Lactantius doctioribus relinquo: mihi res aliter se habere videtur. Perantiqua fuit Gentilium superstitio Deos facilius audire mortalium preces in summitatibus, ac locis excelsis fusas, tanquam propioribus, quam alibi locorum, Luciano teste, de Dea Syria: *Οἱ δὲ τῶν εὐχωλέων ἀγχόθεν ἐπαΐουσι.* Atque vesana haec opinio tam haesit eorum medullis, ut cum magna religione Templa exstrui curaverint super montium verticibus. Quinimo, privata sacella struebant supra domorum tecta: 2 Reg. 23. 12. Jer. 19. 13. Soph. 1. 5. Quos ergo *Deos montium* nominavit Lactantius haud alios fuisse existimo quam qui colebantur in montibus: quemadmodum Catullo in Dedicatione Phaseli, *Dii littorales*, non sunt certi quidam Dii, quibus esset imperium littorum; sed simpliciter Dii quilibet, quibus fana, templave construxerant juxta littora; ut recte observavit eruditissimus Isaacus Vossius in hunc Catulli locum. Nec alio respexisse Lactantium satis indicant ipsiusmet verba: addit enim hanc mulierem, quam Deorum montium cultricem dixit, *fuisse maxime superstitiosam*, subindicans nempe, hanc fuisse causam cur ea esset *Deorum montium cultrix*; seu, quod eodem recidit, cur Deos adorare super montibus sollicita esset; crassa enim ac putida superstitio est Deos putare propiores hominibus, ac proinde commodius ac promptius precantium vota exaudire, quam in

monia, haec subjungi merito possunt. Docet Servius ad Virg. IX. Aeneid. vs. 244. *Pallanteum in monte esse non in vallibus.*

& aperte Rutilius Poëta insignis in Itiner. vs. 50.

Exaudi genitrix hominum, genitrixque Deorum,
Non procul a coelo per tua templa sumus.

Adeatur & Claud. Lib. III. in Stilic. & Martialis Lib. X. Ep. 51. [*Claudius*]

Digitized by Google

in vallibus ac planitiebus. Firmat tandem validissime sententiam nostram Statius, Sylvarum Lib. I. & III. item Thebaïdos 1. quibus in locis montem quendam meminit Dacis frequentatissimum atque sacratissimum, quo undique magna caterva Daci confluebant. Huic ergo patrio mori plurimum addicta Daca foemina simul & superstitiosa, *Deorum montium cultrix* optime dici meruit.

Ibid.

Abstinebant: scil. ne polluerentur idolothytis, a quibus ut abstinerent praescriptum fuerat in Concilio Apostolorum. Actor. c. XV. quod olim summa diligentia observaverat Daniel ac socii ejus: Dan. c. I. 8. In partes quippe Idololatrarum transire, in nefandoque Idolorum cultu pollui existimabatur, qui dapibus consecratis Diis Gentium vesceretur: quamobrem non semel objurgati sunt Judaei, quod super montibus comederent; ea nempe de causa quod in hisce montibus sacrificabatur Idolis. Ezech. XVIII: 6: 15. & XXII: 9. huc refer 1 Cor. X: 20.

C A P. XII.

Simulacrum Dei quaeritur: Simulacris olim carebat Ethnica Superstitio: de Persis nobis auctor est Herodotus Lib. I. Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοῖσι χρεωμένους· Ἀγάλματα μὲν, καὶ νηοὺς, καὶ βωμοὺς, οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι, μωρίην καταφέρουσι. *Ritus quibus utuntur Persae tales esse comperi: Neque Statuas, neque Templa, neque aras construere consuetudo est, quinimo haec facientibus insaniae tribuere.* Nec solum antiquis illis temporibus simulacra respuerunt, sed & quoque longis post seculis e religione adhuc eliminabant, ut legere est apud Originem contra Celsum Lib. VII ubi Celsus tanquam probrum objicit Christianis simulacrorum osoribus, quod hac in re aemulos se praeberent Persarum, Scytharum, Lybiorum, aliorumque ejusmodi populorum,

 quibus

Digitized by Google

quibus sordebant Deorum simulacra. Ad Romanos quod attinet, notum est eos a simulacris abstinuisse plusquam centum & septuaginta annos; Varrone teste, apud Augustinum de Civitate Dei Lib. IV. c. 31. Sed tandem Graeculi superstitiosi, & ad quidlibet fingendum semper paratissimi, simulacra Deorum excogitarunt; nec mira res erat cum homines pro Diis haberent, & colerent: quod satis declarat Herodotus in loco supra laudato, cui haec verba notatu dignissima subjunguntur: ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς, καθάπερ οἱ Ἕλληνες εἶναι. *Ob id, ut mea fert opinio, quod non, quemadmodum Graeci, sentiunt* (Persae) *Deos ex hominibus esse ortos.* At ubi Graecia statuas & simulacra in Religionem introduxerit, qua data porta ruere coeperunt apud Gentes Graecanicarum consuetudinum studiosas; in quibus Romana Gens sese praebuit in omnibus ferme tam civilibus quam religiosis, cupidissimam. Hinc ergo per Romanum Orbem introducta simulacra, avidissime excepta, culta quam religiosissime, ita ut de Religione ipsa* conclamatum putarent, si tollerentur simulacra: atque hinc tandem jactae querelae in Christianos quod simulacra nulla haberent: sed harum querimoniarum quasi obliti Romani milites, aut nescii, primo impetu facto in Ecclesiam Nicomediensem hac & illac discurrunt, simulacrum Dei Christianorum anxie quaesituri: at nullum repertum est; non quod lateret, cur enim illud potius occultassent quam divinos codices, quorum tantus amor, tantaque veneratio Christianos incesserat, ut non sine dolore acerbissimo unquam viderint eos in manus delabi Paganorum? sed quod reapse nullum erat, quia, ut ipsi loquebantur, Lact. Lib. II. cap. 18. *Religio nulla est, ubicunque simulacrum.* Hoc autem

* *Verentur ne omnis eorum Religio inanis sit & vacua, si nihil in praesenti videant, quod adorent, & ideo simulacra constituant:* ajebat Lactantius Inst. Lib. II. c. 2.

tem cum ſibi plene perſuadere non poſſent ſuperſtitioſi Ethnici, ſuſpicabantur Chriſtianos non tam carere ſimulacris, quam caute ſolliciteque ea recondere. Audiatur Cecilius apud Minucium Felicem: *Cur occultare & abſcondere quidquid illud colunt, magnopere nituntur?* Cui reſpondet Octavius: *Putatis nos occultare quod colimus, ſi delubra & aras non habemus? Quod enim ſimulacrum Deo fingam?* Et apud Auguſtinum Sermone 12. de Diverſis: *Oſtende mihi quod colis? Non idolum* &c.

Scripturae repertae: Publice legendi in Eccleſiis Scripturam Sacram laudabilis conſuetudo, e Synagogis Judaeorum in ſacros Chriſtianorum conventus, ſicut & alia multa tranſierat; eique lectioni adeo intenti erant veteres, ut cum olim Epiſcopus quidam publice legeret in Eccleſia Interpretationem Hieronymi, miratus continuo ſit populus cujusdam vocabuli, quod inter legendum occurrerat, novitatem. Verterat Hieronymus apud Jonam Prophetam vocem raram & obſcuram *kikajon*, per *hederam*, cum Verſio communis haberet *cucurbitam:* hinc rumor audientium tantus factus eſt, ut Epiſcopus cogeretur Judaeorum teſtimonium flagitare, circa hujus vocis ſignificationem: ſicut ſcribebat ipſi Hieronymo Auguſtinus, Epiſt. 10. Utinam tam antiqua, tam pia, tam neceſſaria conſuetudo in deſuetudinem non abiiſſet: melius certe conſultum fuiſſet fidei Chriſtianae Plebis.

In alto: An caſu, & ſine conſilio in loco elato exſtructa fuerit Nicomedienſis Eccleſia, an conſulto dataque opera, dubia res eſt, & prorſus incognita. Hoc didicimus ex celeberrimo Lightfooto, in Matth. c. IV. Judaeos maxime fuiſſe ſollicitos, ut quantum fieri poſſet, Synagogae fabricarentur in parte urbis eminentiori, *ne*, ſcilicet, *eis altius aliqua domus culminaret.* Hoc etiam certo compertoque habemus primos Chriſtia-

P 5 nos

nos multa desumsisse e Synagogis: hinc frequentes ac usitatissimae sacrorum Codicum lectiones publicae, de quibus supra: hinc mos sedendi in Ecclesiis, qui quidem in Synagogis obtinebat, non item in Templo, in quo nemini sedere concessum erat, praeterquam Principibus e familia Davidis; Maimonide teste: hinc *Amen* illud quo reboabant olim Christianorum coetus, & conventicula; pluraque alia. Sed an Synagogarum situm respexerint Nicomedienses, in Ecclesia sua condenda, ne affirmare ausim plurimae obstant rationes, quas hic percurrere non esse operae pretium existimo; quibus contra inducor, ut credam in alto constitutam fuisse hanc Ecclesiam, non quod locum excelsum antetulissent humili & plano Nicomedienses, multo minus ut eorum Ecclesia super alia aedificia emineret; sed quia vel nullus commodior coetibus formandis repertus est; vel quia donatione acceperant, vel aliis multis de causis quas taediosum esset inquirere.

tamen: mendum, pro *tandem.*

editissimum: non solum ex natura loci, sed etiam ex ipsamet aedificii structura: alioquin facile poterat esse humile aedificium, & eminus haud quaquam conspicuum, in alto loco positum, ubi nempe magnis domibus undique cingebatur, ut isti contigit: Recte observavit in hunc locum Amplissimus Cuperus in cujus vel solo nomine laudum cumulus, primis Christianis in more positum fuisse sacros coetus peragere in domibus privatis; sed postea, non prohibentibus Imperatoribus, domos laxas & grandes exstruxisse; at non fuisse magnas Basilicas, quales sunt hodie, palam ipse fecit in Epistola II. ad amplissimum Paulum Voetium, de Republica multis nominibus meritissimum, assidueque merentem, bonisque literis, quae beata sors jamdudum esse videtur familiae Voetianae, excultissimum. Non fuit ergo, certum est, Ecclesia Nicomediensis ingens aedi-

aedificii moles, & earum instar Basilicarum sub quibus tellus ipsa veluti fatiscit; quod non sine malignis oculis vidissent Ethnici; neque satis convenisset Christianis qui exprobrantibus Ethnicis quod Templa non haberent, rotunde responsabant Deum non egere pompa Templorum. legatur Origenes contra Celsum Lib. VIII, Min. Fel. Arnob. contra Gent. Lib. VI. & agmen claudat Lactantius ipse Inst. Lib. VI. c. 25. *Non Templa illi congestis in altitudinem saxis exstruenda sunt.* Ac re ipsa quidem si Ecclesiae Nicomediensis tanta moles fuisset, solo aequari non potuisset solis securibus & ferramantis intra pauculas horas, ut factum est, quantacunque in eam irrueret militum caterva; & patientiam lassasset spectantium & expectantium e Palatio Imperatorum. Fuit ergo simplex sed praecelsa domus; qualium amantes Christianos olim fuisse, sacrorum Conventuum ineundorum gratia, conjectamus ex istis Tertulliani verbis adversus Valentinianos: *Nostrae Columbae domus simplex, etiam in editis semper & apertis, & ad lucem.* In quibus Viri docti Rhenanus, Pamelius, & alii Tertullianum respexisse Fidelium conventicula existimant.

Cap. XIII.

Legitime: Doctissimus Balusius idem esse voluit, *ac secundum leges, quas*, inquit, *Augusti tulerant.* Bene esset quidem, si leges de cremandis Fidelibus ante decretae fuissent: sed contrarium exserte legitur c. 11. ubi Imperatorem Caesari reluctantem videmus, *qui vivos cremari volebat.* & si tandem assensum praebuit Diocletianus, hoc non potuit prima vice Caesar obtinere, sed ubi iterum, & alio molimine Imperatorem aggressus est, ut satis evincitur ex initio cap. 14. Ego igitur malim *legitime* hic scriptum fuisse, pro, *secundum morem*, & ut fieri solebat: quemadmodum Lactantius dixit Inst.

Lib.

Digitized by Google

Lib. V. *legitima sacra ea quae secundum morem fiebant*, ut ipse nos monuit Baluzius, & post eum Columbus. Sic apud Suetonium in Augusto cap. 35. *legitimus Senatus* appellatur, qui more solito, & diebus horisque ordinariis conveniebat.

Cap. XIV.

Nomen: bene dixit, *Nomen ardebat*, cum in solo Christianorum nomine totum eorum crimen repositum esset: Ἐπεὶ, ὅσον τε ἐκ τοῦ κατηγορουμένου ἡμῶν ὀνόματος, χρηστότατοι ὑπάρχομεν: *quantum ad* NOMEN *ipsum pertinet, quod criminis loco nobis objicitur, optimi certe sumus.* Justin. Apol. 2. & paucis post verbis: NOMEN *ipsum tanquam criminis comperti objicitis.* Sic Athenagoras in Legatione pro Christianis: Ἡμῖν δὲ ἐξ ἀκοῆς ἀπεχθάνεσθε. Οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα μίσους ἄξια. NOMINE *tantum audito nos aversamini: atqui* NOMINA *odio digna non sunt, sed scelus ipsum pœnam & supplicium meretur.* Multus est hac de re Tertullianus in Apologetico.

Sedebat: Sensu non incongruo solum & incommodo, sed & Auctoris nostri narrationi contrario, scriptum est, ut probe vidit oculatissimus P. Bauldry. Equidem, Diocletianus haud aliter hic sistitur nobis ante oculos quam *ira inflammatus*, & *furens*, qui non contentus quod Christiani torquerentur, *aderat & ipse, & instabat*, tortoribus nempe, calcar additurus. Non *sedebat*, ergo, ut errante manu scripsit Librarius, sed *cedebat*, ut dubio procul scripserat Lactantius: est enim Latinis *cedere*, idem ac *ire*, *accedere*, *secedere* in aliquem locum; Lucretius, L. I. 339.

—— haud igitur quicquam procedere posset,
Principium quoniam cedendi nulla daret res.

&

Digitized by Google

& Lib.V. 841.

nec cedere quoquam.

Neve longius excurram. Lactantius in Lib. de Opific. cap. 16. *Quasi ad secretum aliquod penetrale cedere*, id est, *accedere*.

Cap. XV.

Ministri: Nimirum, Diaconi, quae vox Graecis Ministrum sonat: & ita dicti ab eorum officio quod primum fuit διακονεῖν τραπέζαις, *servire mensis*; nempe, Agaparum: Act. V. dein, Sacerdotibus Episcopisve, in celebratione Eucharistiae: Justin. Apol. II. Ambros. Offic. Lib. I. c. 41. Unde Origeni *manus Ecclesiae* dicuntur, Tractatu V. in Matth. *Caput Ecclesiae, Christus; Sacerdotes, oculi; Diaconi, manus.*

Et gregatim: locus non caret mendo, sic restitue: *at gregatim, circumdato igni ambiebantur. Domestici, alligatis ad collum molaribus, mari mergebantur.* Scilicet, voluit Diocletianus domesticos suos separatim a vulgi caterva poenas luere, suppliciοque affici graviori, magisque ignominioso. Ea enim erat, sicut omnibus notum, veterum, consuetudo ut in mare projicerent culeo inclusos, aut gravi lapide ad collum appenso, quos hominum scelestissimos noverant, in his parricidas, sacrilegos, aliosque ejusmodi humanae societatis portenta; ne terra, videlicet, eorum sanguine conspurcaretur, unde Euripides:

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Cap. XVI.

De castris coelestibus: Daemones repraesentantur in sacris

ſacris paginis tanquam caſtra metati in aëre: Eph. I. 2. & VI. 12. huc reſpiciunt haec verba, *lupus de caſtris coeleſtibus.*

Cap. XVII.

Levem ac perpetuum: corrige, *levem, at perpetuum.* quod melius convenit cum mente Auctoris.

Cap. XVII.

Morte ſopitus: Quid ſit *morte ſopitus*, nullus video; eſt quidem mors ſopor, ac ſomnus, ſed tam gravis, tamque profundus, ut eo excitari Diocletiano non licuerit, ſi talis ſopor obrepiſſet: Scripſerat, ergo, quae mea opinio eſt, Lactantius, *Idibus Decembris ut morte ſopitus;* ſed ex *Decembris ut*, Librarii feciſſe videntur *Decembribus*; qui lapſus fuit facillimus; eoque magis quod paucis ante verſibus id nomen occurrerat. Igitur, ſenſus Lactantii is eſt, ob magnum animi deliquium quod Imperator paſſus fuerat Idibus Decembris, fuit ut morte ſopitus, id eſt, ut vere mortuus; ſed quia non fuerat niſi ut *ſopitus* morte, ideo finita ſyncope, animum recepit.

Cap. XVIII.

Cui nox pro die, & dies pro nocte: id eſt, qui diem ſomno impendebat, noctem crapulae, ludis, aliiſque id genus oblectamentis, quibus perditi illi homines indulgere ſolent. De iis ſic Seneca, Epiſt. 123. *Lucet? ſomni tempus. Quies eſt? nunc exerceamur, nunc geſtemur, nunc prandeamus. Jam lux propius accedit? tempus eſt coenae.*

Cap. XXI.

Tanquam familia utantur. Familiae nomen proprie dice-

dicebatur de domesticis & servis, a voce *famuli*, unde & *famulitium*; & si quando filios filiasve complectebatur id fuit minus proprium; Quam observationem suggerit nobis ipse Lactantius, Instit. Lib. IV. cap. 3. *Nec immerito*, inquit, *paterfamilias dicitur, licet tantum filios habeat: videlicet, nomen patris complectitur etiam servos; quia familias sequitur; & nomen familiae complectitur etiam filios, quia pater antecedit.* Sic Graecis μνοία, familia, est *servorum multitudo*. Athenaeo teste, Lib. VI. c. 18.

Nullus unquam servus: Locus corruptus, & legendum, *nullus unquam nisi servus*; ea siquidem fuit servorum conditio, ut ejusmodi palis alligarentur. Plautus, Asin. Act. 2. Scen. 2.

Ad pedes quando alligatum est aequum centupondium,
Ubi manus manicae complexae sunt, atque adductae ad trabem.

Cap. XXII.

Beneficii loco: Nimirum habebatur decollatio inter supplicia minus infamis, quinimo credebatur habere aliquid honesti. Κάλλιστον θάνατον ἐδόκει εἶναι. Xenophon de Cyropaed. Lib. II.

Eloquentia extincta &c. At id quantum quantum est, non fuit tamen prorsus novum ac inauditum Romae; quippe quod simile quippiam factum legimus adversus Rhetores ac Philosophos, imperante Domitiano. Imo, melioribus longe temporibus, nec quidem semel in eosdem fuisse animadversum, primum ex Senatusconsulto; secundum ex Edicto Censorio, nos docent Suetonius de Claris Rhetoribus, & A. Gellius, Noct. Attic. Lib. XV. c. 11. ubi decreta ipsa expresse leguntur.

Digitized by Google

tur. Idem contigerat olim & Athenis, teste Athenaeo Lib. XIII. Καὶ Σοφοκλῆς δὲ τις ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς.

Cap. XXIII.

Glebatim: ex gleba illa thesaurum reconditae Literaturae depromsit doctissimus P. Bauldry, quo locum istum illustraret. nos simpliciter *glebatim* hic usurpatum arbitramur synecdochice ad significandum tam accuratam fuisse hanc descriptionem, ut ab uno agro ad alium, nullo praetermisso, habita fuerit; ea nempe significatione qua dicimus, *ostiatim*, *vicatim*, *catervatim*, *gradatim*, & alia ejusmodi sexcenta, quibus quippe continua rerum series, & ordo perpetuus, haudque interruptus significatur: quod probe ad mentem Cecilii & ad verba sequentia, *vites & arbores numerabantur* & quadrare luce ipsa clarius est.

Cap. XXXI.

Afflixit: Quid sit *affligere securim* videant doctiores: affligitur quidem *statua*: affligitur *domus*, *arbor*, quando diruuntur, & in terram profliguntur, ac dejiciuntur; sed an secures, aliave instrumenta quibus statuae, arbores & alia concidunt, Latinis dicantur *affligi*, non credo; legere igitur malim *affixit*; quod in verbum adfine *afflixit* eo facilius commutavit Librarii manus, quod praecesserit, *Provincius afflixerat*.

Cap. XXXIII.

Odoritatem: Vox barbara, e tribus conflata, quibus usus erat Lactantius, *Odor it autem* &c.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXXIV.

Sectam. plane assentior doctissimo Cupero, qui de Religione avita Paganorum intelligit: nec quemquam movere debet, quod Imperator *Sectae* nomine significet Religionem suam, cum nomen *sectae*, quod tandem male audiit, minime odiosum esset antiquis his temporibus: *Philosophi nostrae sectae, quam tuemur*, ajebat Lactant. de Opif. Dei & passim Tertullianus in Apologetico. *Sectam* appellabat Religionem Christianam, & *de Pallio*; *Divinam Sectam.*

Siquidem &c. Est attenuatio horrendae Persecutionis quam in Christianos excitarat; cum enim non posset eos ullorum criminum, quae tantam carnificinam meruissent, incusare, nec suae prudentiae & aequitati satis consultum duceret, si de Religione Christiana injuriose ac dente tabido malignoque loqueretur in Edicto, quo eam profitendi libertatem concedebat, causam persecutionis ab ipso motae quaerit in variis Sectis Christianorum; quasi sibimet ipsis nequaquam constantes, novam in dies Religionem sibi cuderent, ac proinde dignos se praeberent, qui e sedibus suis exularent, & quaelibet dirissima paterentur.

Contra disciplinam. Non contra *disciplinam*, aut Leges Romanorum; nil enim quicquam hac in re peccarant Christiani: sed ne novam quotidie Religionem cuderent: ut supra. quod dubio procul respiciebat Sectas, quarum singulae *Christianorum* nomine audiebant; πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι Χριστιανοὶ καλοῦνται, Inquit Justinus Martyr Apol. II. loquens de Simonianis, Menandrianis, & Marcionitis: & Lactantius noster, Inst. Lib. IV. sub finem; *Singuli quique coetus haereticorum se potissimum Christianos, & suam esse Catholicam Ecclesiam putant.*

Cap. XXXVI.

Occidi servos Dei vetuit, debilitari jussit. Ea nempe fuit ficta subdolaque persecutorum moderatio ac clementia, ut vitae interdum parcerent; quo acrius re ipsa saevirent in Christianos. Audiatur Lactantius Instit. Lib. V. c. 11. *Illud vero pessimum genus est, cui clementiae species falsa blanditur; ille gravior, ille saevior est carnifex, qui neminem statuit occidere . . . haec autem non tantum ideo faciunt, ut gloriari possint, nullum se innocentium peremisse; nam & ipse audivi aliquos gloriantes, quia administratio sua in hac parte fuerit incruenta; sed & invidiae causa, ne aut ipsi vincantur, aut illi virtutis suae gloriam consequantur . . . . . Contendunt igitur ut vincant, & exquisitos dolores corporibus immittunt; & nihil aliud devitant, quam ut ne torti moriantur* &c.

Capi XL.

Inquit. Haec vox neque παρέλκει, neque mutanda est; sed sic contexenda est haec periodus; *aperuit omne mysterium, & sub extremo spiritu inquit, omnibus qui videbant innocenter occisos esse testatur.*

Cap. XLII.

Adeo. Vix cohaeret oratio: sed nitide fluet, si legatur, *a Deo*: quod optime facit ad mentem Lactantii, qui in eo totus est, ut probet Persecutores Ecclesiae non inultos a Deo abire, ut concludit in initio & fine capitis 50.

Cap. XLVI.

Cap. XLVI.

Natali. Natalem diem Regum & Imperatorum Veteres dicebant primum diem quo solium conscenderant, & ad Regiam Majestatem fuerant provecti; quia scilicet tantum discriminis interest privatam inter & Regalem vitam, ut haec non immerito nova nativitas esse videatur. Huc referunt multi nobilissimi Interpretes Herodis γενέσια Matth. XV. 6. quae magna celebritate, ut moris erat, agitabantur: focos & thoros in publicum educebant, vicatim epulabantur, laureis postes adumbrabant, lucernis diem infringebant; ut verbis utamur Tertulliani in Apologetico, quo in loco Christianorum defensionem suscipit, quibus crimini vertebatur ab Ethnicis quod ejusmodi solemnitatibus, & jocis in omnem intemperantiam effusis non interessent.

Cap. LII.

Cujus aeternae pietati gratias agere debemus. perquam familiare fuit Scriptoribus Ecclesiasticis *pietatis* nomen usurpare, pro *clementia*: & *benignitate*, & *pii*, pro *clemente*, & *benigno*. Multa sunt exempla apud Lactantium. *Quoniam*, inquit, *clemens est & pius erga suos Deus*. Inst. Lib. IV. c. 11. & Lib. VI. C. 10. *Deus enim, quoniam pius est, animal nos voluit esse sociale.* Et ejusdem Lib. VI. c. 24. *Idcirco Deus imbecillitatem nostram sciens pro sua* pietate *aperuit homini portum salutis.* Audiatur & B. Prosperi Aquitanaei de Patientia Dei Epigramma vere aureum:

Multa diu summi differt patientia Regis,
Suspendet aequi pondera judicii.
Et dum plectendis parcit Clementia factis,
Dat spatium quo se crimine purgat homo.

Digitized by Google

Denique committunt homines mala crimina semper;
Dat spatium ut pereant crimina, non homines!
Verbere nonnunquam castigans corde paterno,
Ne cito consumant saeva flagella reos.
Sic Pietate Dei *terrarum non vacat Orbis,*
Et nihil est quod nos non trahat ad veniam.

Finem faciet Bernardi eximia & rara confessio : *Vitam istam sine culpa nunquam transire potui, nec quidem quod laudabiliter vixi, sine aliquo reatu est, si remota* Pietate *discutiatur.* De Int. domo, c. 30.

JOANNIS GEORGII GRAEVII

EPISTOLA

AD

DAVIDEM MARTINUM,

Ecclesiasten Ultrajectinum.

VIR PERQUAM REVERENDE ET DOCTISSIME,

LEgi tuas Animadversiones in libellum Lactantii, & probavi: probavit etiam Amplissimus Cuperus, qui eas apud me vidit. Quae inter legendum mihi occurrebant, quia sic jubes, in hanc scidam conjeci. Non sunt cerae miniatulae, sed animi tui percupidi notae. Itaque non est, ut te moveat meus dissensus. Obsequendi tibi studium meum si non damnas, licet tibi damnare quicquid huic illevi chartae. Tua valebit existimatio.

In fronte solum Caecilii, sive Caelii nomen positum scrupulum mihi nullum movet. Est enim tam Caecilius, quam Caelius nomen familiae, non praenomen, quod est Lucius. Sicut igitur est perinde, sive Tul-

Digitized by Google

lium appellem, sive Ciceronem, sic eodem loco habendum, sive Caecilius dicatur, sive Lactantius, quod est cognomen: Firmianus videtur nomen esse patriae. Caecilia familia notissima est in Romana historia. Quamvis vero plurimi fuerint Caecilii, ut Caecilius Cyprianus, sicut & plures fuerunt Tullii, tamen propter vim eloquentiae Lactantius καὶ' ἐξοχὴν potuit Caecilius dici, ut Tullius ille Romuli nepotum disertissimus.

Cap. 14. vereor, ne probaturus sis χαριεστέροις tuam emendationem, cum τῷ *sederet* substituis *cederet*. Nam exempla Lucretii & Suetonii sunt ἀπροσδιόνυσα. In Lucretio *cedere* idem, est quod in primi loci priore versu dixit *procedere*, moveri, promoveri, uti clare patet ex illa disputatione, ubi, nisi memoria me fallit, agit de motu. In Caligula apud Tranquillum *prout stylus cesserat*, ast prout stylus ei successerat, prout ei felicius oratio vel pro reo, vel adversus reum cesserat, provenerat. pro hoc dixit in Augusto c. 85, *non succedente stylo*, potuisset pro hoc ponere, *non cedente stylo*, sive cum non cederet stylus. Nec aliter accipiendum in Ner. 33. *cum tardius cederet*, est succederet, in occidendo Britannico, quod quidem idem est, si sententiam respicias, quod operantur: sed tamen *cedere* simpliciter esse operari, nemo dixerit. Apud Lactantium in *secretum aliquod penetrale cedere* propius aliquanto tuae accedit sententiae, nam hoc est concedere seu conferre se in aliquod penetrale. Sed hic cedebat plane videtur alienum esse, licet in ea notione acciperetur, qua tu vis accipi. Quin efficacius nullum vocabulum quam *sedebat* hic poterat usurpare Lactantius. Nihil enim aliud est, quam ipse tanquam judex praesto erat, examinabat, & damnabat ipse, jubebatque comburi damnatos. Nam *sedere* proprie dicuntur judices. Phaedrus. *Cum judex inter ipsos sederet simia*. Ex *sedere* in ali-

Digitized by Google

aliquem, eſt alicujus judicem eſſe, ſive ſedeat, ſive ſtet. exempla quantumvis multa ſunt in promtu. Nec obſtat quod ſequitur, *aderat ipſe & inſtabat*, hoc eſt urgebat illos judices, & acriter impellebat, ut ſine mora damnarent, & torrerent.

Cap. 17. *Morte ſopitus* invitis codicibus nihil mutem. Imitatus eſt Lucretium, ut ſolet Poëtas imitari. Sic ille L. III. 1051.

quorum unus Homerus
Sceptra potitus, eadem aliis ſopitu' quiete eſt.

hoc eſt eandem obiit mortem, quam alii mortales obierant, eodem modo mortuus eſt, ut alii. Lactantii mens eſt, qui Idibus Decembribus dicebatur & credebatur ab omnibus obiiſſe, revixit. Id liquido, quae praecedunt, docent. Si quid refingendum eſſet, reſcriberem, *morbo ſopitus eſt.* Nam ſopiri dicuntur, qui deliquium animi patiuntur, ut nihil ſentiant ad tempus, ut ſolent alto ſomno ſopiti, Liv. Lib. I. *Jubet bono animo eſſe: ſopitum fuiſſe Regem ſubito ictu: ferrum haud alte in corpus deſcendiſſe, jam ad ſe rediiſſe.* Alia exempla, quae in mundo ſunt, parco adſcribere.

Cap. 18 Optime. Hinc in alio epiſtolae loco idem genus hominum lepide vocat *Antichthones*, qui vigilent, ut Antipodes in altero haemiſphaerio, cum alii homines in noſtro quieſcunt.

Cap. 22. Decollatio. Verum eſt ſub Imperatoribus: Sed tempore reipublicae, *ſecuri percuti* honeſtior habebatur mors, & poena, quam gladii, quam proprie decollationem dixerunt.

Cap. 23. *Glebatim.* & hoc recte. Eſt hyperbole oratoria, ſicut & quae ſequuntur, omnes arbores & vites

 fuiſſe

Digitized by Google

fuisse numeratas. hoc est accurate, seu acerbissime potius omnes agros dimetiebantur, ut ne glebam viderentur praetermisisse. Nihil aliud secreti sub his verbis latet.

Cap. 29. *Increpito* nihil aliud est, quam objurgato propter rebellionem, & scelus, quod molitus erat. Nemo Latine doctus aliter intelliget. Increpare est objurgare.

Cap. 31. *Afflixerat*. Vere observas *affligere securim* emendate loquentibus nihil esse. Sed nec *affixerat* in hac notione laudent. Recte Silius Italicus Lib. I.

Affigunt proni squallentia corpora terrae.

procumbunt pleni squallore. Et Plin. Paneg. 35: *Cum iisdem quibus antea cautibus innocentissimus quisque tunc nocentissimus adfigeretur.* Id est in scopulos insularum relegavit, ut ibi tanquam affixus omnem aetatem ageret. Propert. III. El. 6.

At miser Alcyonum scopulis adfigar acutis.

Sed *adfigere securim* arbori aeque insolens, ac *affligere*. & hoc tamen loquendi genus *affligere securim* puto me legisse apud vulgatum interpretem Latinum Novi Foederis. Sed locum nunc inquirere non vacat. Mallem ego: *inflixerat securim* sc. imperio Romano.

Cap 36. *Debilitari*. Optima sunt, quae notasti. *Debilitari* autem hic propriissime sumitur. Nam proprie est, partem aliquam corporis truncare, aut inutilem reddere, ut uti non possis. Sic ICti & alii scriptores. Sed hoc puto jam alios interpretes praecepisse.

Cap.

Digitized by Google

Cap. 52. *De pietate* pro clementia bene mones. Sic & scriprores gentiles. *Pii Dei* apud Poëtam pro clementes. Vale Vir Reverende & ama

Tui studiosissimum

GRAEVIUM.

JACOBI PALMERII

A GRENTEMESNIL

SUPER

LACU ASPHALTITIDE,

& interpretatione quam de eo Lacu dedit Auctor Versionis quae vulgo vocatur, Septuaginta Virorum,

DIATRIBE.

Divinae Scripturae Graeca versio, quam habemus & quae falso Viris LXX. tribuitur, multa continet utilia. ea Apostoli Christi usi sunt, quoniam tunc obtinebat, & vulgo legebatur ob ejus linguae notitiam per totum fere orbem tunc temporis longe lateque diffusam. non est tamen legenda sine judicio. nam si aliquando a veritate Hebraica discedit, non est sequenda, at praeferenda est aqua ab ipso fonte manans. Sic certe pridem nos docuit post multos alios Vir eximius Philippus Melanchthon in sua ad eam Versionem praefatione. Nec audiendus Justinus Martyr qui, Philone Judaeo multo recentior, fabulam de LXX. Viris, & eorum cellulis nobis obtrudit. Cum Philo Judaeus, licet

Digitized by Google

licet multas de ea versione laudes scripserit, nullam tamen de numero septuaginta virorum & eorum cellulis mentionem faciat. quod profecto fecisset, nec de tam celebri miraculo tacuisset, si jam suo tempore ea lepida narratio obtinuisset.

Sed operae pretium est, ipsa Justini Martyris verba audire. Sic igitur ille in Paraenesi ad Graecos pag. 16. Editionis regiae Roberti Stephani Lutetiae MDLI.

Εἰ δέ τις φάσκοι καὶ τὴν Μωΐσεως καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν τοῖς τῶν Ἑλλήνων [μὴ] γεγράφθαι γράμμασι, γνώτω ταῖς ἔξωθεν ἐντυχὼν ἱστορίαις, ὅτι Πτολεμαῖος, ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, βιβλιοθήκην ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ κατασκευάσας, καὶ πανταχόθεν συναγαγὼν βίβλια, καὶ πληρώσας αὐτὴν, ἔπειτα μαθὼν, ὅτι ἀρχαίας ἱστορίας τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασι γεγραμμένας σώζεσθαι ἀκριβῶς συμβαίνει, γνῶναι τὰ γεγραμμένα βουλόμενος, σοφοὺς ἄνδρας ἑβδομήκοντα, τοὺς καὶ τὴν Ἑλλήνων καὶ Ἑβραίων διάλεκτον εἰδότας, ἑρμηνεῦσαι αὐτοῖς τὰς βίβλους προσέταξεν, ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ μεταστειλάμενος. καὶ ἵνα πάσης ὀχλήσεως ἐκτὸς ὄντες θᾶττον ἑρμηνεύσωσιν, προσέταξεν αὐτοῖς μὴ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, ἀλλὰ ἀπὸ ἑπτὰ σταδίων, ἔνθα τὴν Φάρον ᾠκοδομῆσθαι συμβαίνει, ἰσαρίθμους τῶν ἑρμηνευόντων οἰκίσκους γενέσθαι μικροὺς, ἐπὶ τὸ ἕκαστον ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὸν τὴν ἑρμηνείαν πληρῶσαι· προστάξας τοῖς ἐφεστῶσιν ὑπηρέταις, πάσης μὲν αὐτοὺς θεραπείας τυγχάνειν, εἴργεσθαι δὲ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας, ἵνα τὸ τῆς ἑρμηνείας ἀκριβὲς, καὶ διὰ τῆς τούτων συμφωνίας γνωσθῆναι δυνηθῇ. ἐπεὶ δὲ ἔγνω τοὺς ἑβδομήκοντα ἄνδρας μὴ μόνον τῇ αὐτῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ καὶ ταῖς αὐταῖς λέξεσι χρησαμένους, καὶ μηδὲ ἄχρι μίας λέξεως τῆς πρὸς ἀλλήλους συμφωνίας διημαρτηκότας, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ

καὶ

Digitized by Google

καὶ περὶ τῶν αὐτῶν γεγραφότας, ἐκπλαγεὶς, καὶ θείᾳ δυνάμει τὴν ἑρμηνείαν γεγράφθαι πιστεύσας, πάσης μὲν τιμῆς ἀξίους αὐτοὺς ὡς θεοφιλεῖς ἄνδρας διέγνω, μετὰ πολλῶν δὲ δώρων αὐτοὺς εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα ἐπανελθεῖν προσέταξε. τὰς δὲ βίβλους θαυμάσας, ὡς εἰκὸς, καὶ ἐκ θειάσας, ἐκεῖσε ἀνέθηκε. Ταῦτα οὐ μῦθος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν, ἀλλ᾽ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ Φάρῳ ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ, ὡς τὰ πάτρια παρειληφότων ἀκηκοότες, ταῦτα ἀπαγγέλλομεν, ἃ καὶ παρ᾽ ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, καὶ μάλιστα παρ᾽ αὐτῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων τῶν σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν Φίλωνός τε καὶ Ἰωσήπου καὶ ἑτέρων πλειόνων. Haec ille Vir sanctus, ut audivit procul dubio & credidit, & utile etiam judicavit ad suum propositum. verum non satis accurato examine talem pensitavit traditionem, quippe plura sunt doctis viris pridem notata, quae Rabbinicum illud commentum explodi dignum evincunt. Laudandus zelus. verum satis per se sacrorum voluminum auctoritas stabilitur, nec eget fabularum patrocinio: οὐ γὰρ δεῖται πονηρίας συμμάχου ἡ θεόπνευστος ἀλήθεια. quod olim optime pronunciavit Episcopus Cyrenarum Synesius. notandum autem Philonem Judaeum de iis interpretibus multa dixisse, & eorum versionem, ut spiritu divino afflatam, celebrasse, ut supra diximus, sine ulla ejus miraculi mentione. vadimonium igitur deserit, & debebat ab ejus citatione abstinere Justinus. Quod ad Josephum; is in Antiquitatum prooemio ait Philadelphum ab Esechia Pontifice obtinuisse non totum Scripturae corpus, sed legem tantum. Id est, ut opinor, Pentateuchum, nec de septuaginta cellis verbum fecit. Sed audiamus rursus Justinum in Apologia p. 146. Ὅτε δὲ Πτολεμαῖος ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς βιβλιοθήκην ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΖΕ, καὶ τὰ πάντων ἀνθρώ-

πων

πων συγγράμματα συνάγειν ἐπειράθη, πυθόμενος καὶ περὶ τῶν προφητειῶν τούτων, προσέπεμψε τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι Ἡρώδῃ, ἀξιῶν διαπεμφθῆναι αὐτῷ τὰς Βίβλους τῶν Προφητειῶν: καὶ ὁ μὲν Βασιλεὺς Ἡρώδης τῇ προειρημένῃ Ἑβραΐδι αὐτῶν Φώνῃ γεγραμμένας διεπέμψατο; ἐπειδὰν δὲ οὐκ ἦν γνώριμα τὰ ἐν αὐταῖς γεγραμμένα τοῖς Αἰγυπτίοις, πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψαι τοὺς μεταβάλλοντας αὐτὰς εἰς τὴν ἑλλάδα Φώνην ἀνθρώπους ἀποστεῖλαι. καὶ τούτου γενομένου, ἔμειναν αἱ βίβλοι καὶ παρ' Αἰγυπτίοις μέχρι τοῦ δεῦρο. Haec non consonant iis, quae supra citata sunt ex Libro Paraeneseos & plura sunt ulcera, quae sanare difficillimum erit, imo ἀδύνατον. Ptolemaeus qui Bibliothecam comparavit, omnium auctorum consensu fuit Philadelphus. usus is est ministerio Demetrii Phalerei. is coepit regnare Olympiade 124. & regnavit usque ad annum 2. Olymp. 133. Herodes vero coepit regnare Olympiade 185. posterior ergo fuit Herodes annis 245. Sed siquis dicat, Philadelphum Pentateuchum solum habuisse: sed Prophetas ab Herode altero multum inferiori tempore Ptolemaeo missos fuisse: frustra est. nam quando Herodes regnare coepit, non amplius erant Ptolemaei in Aegypto; sed tunc sub Romanorum imperio erat sine rege. Itaque in ea narratione possumus id jure usurpare οὐδὲν ὑγιές. Cum & ea, quam habemus, interpretatio Graeca non sit eadem, quam antiqui vocabant Septuaginta Virorum, ut Viri docti pridem deprehenderunt. & revera diversa est in quibusdam locis ab ea quam citarunt Apostoli Christi. Ex his omnibus concluditur, non esse necessarium sequi in omnibus eam interpretationem Graecam: sed quoties discedit ab veritate Hebraica, & a recta ratione, nobis etiam ab ea discedendum judico.

His positis videamus, an bene interpres Graecus vocem Hebraicam מֶלַח, *melah*, quae non minus corruptionem

nem, desolationem, dispersam & perditam rem, quam salsuginem significat, ubi de Lacu Asphaltite Scriptura mentionem facit, Salsum non corruptum vel perditum vel amarum interpretatus fuerit, contra naturam Lacus & rei veritatem. Sic enim Graecus interpres Geneseos cap. XIV. de expeditione regum contra reges Sodomorum & Gomorrhae. πάντες οὗτοι συνεφώνησαν, ἐπὶ τὴν φάραγγα τὴν ἁλυκὴν, αὕτη ἡ θάλασσα τῶν ἁλῶν. & Deuteronomii cap. III. vers. 17. καὶ ἕως θαλάσσης Ἄραβα θαλάσσης ἁλυκῆς. & Josuae cap. III. in fine εἰς τὴν θάλασσαν Ἄραβα θάλασσαν τῶν ἁλῶν. & cap. XV. vers. 2. καὶ ἐγενήθη αὐτῶν τὰ ὅρια ἀπὸ λιβός, ἕως μέρους θαλάσσης τῆς ἁλυκῆς, Ecce quam constanter Lacum Asphaltitem vel mare Sodomicum vocat salsum & salium mare. At nihil est in tota Geographia notius quam illum lacum nullos producere sales, sed amarissimum esse & valde foetidum: sal autem putredini & foetori resistit, ut cuivis notum est. talem autem olim etiam fuisse nos docet Diodorus Lib. XIX. ubi eum lacum ait esse διάπικρον, καὶ καθ' ὑπερβολὴν δυσῶδες. de sale vel salsugine nulla mentione facta. male igitur vocem Hebraicam יָם הַמֶּלָה *jam hamelah* de salsugine interpretatus est auctor Graecae versionis, qui corruptionis, vel amaroris, vel perditionis mare debebat potius interpretari, quae interpretatio causam dedit summo viro & πολυμαθεστάτῳ & mihi amicissimo, quem, quoniam ab ejus sententia discedo, nominare hoc loco non decet, cur in alium virum, olim doctissimum Judaeorum existimatum, Mosen Maimonidem intelligo, insurrexerit; dum ejus dictum, ut absurdissimum, condemnat eo quod dixit, in mari salso purpuras inveniri, quasi Maimonides putaverit in lacu Sodomico purpuras nasci, qui nullum piscem patitur vivum. At pace tanti viri dixerim, id non putavit Maimonides sed per mare salsum intellexit mare Mediterraneum, quod revera salsum est, & purpuras gignit in pluribus locis. nil de Lacu Asphaltitide ne cogitavit quidem, ab

Alexan-

Alexandria, ubi ſcribebat Maimonides, remotiſſimo : tota Aegypto inferiori, Deſerto & Idumaea intercedentibus, ut de eo loquebatur oppoſitione facta ad Mediterraneum mare. Sed ſalſum vocavit mare Mediterraneum ad cujus littus ſita erat Alexandria oppoſitione facta ad Mareoticum mare Alexandriae vicinum, cujus aquae dulces, utpote quae a Nilo defluunt. Sic enim Strabo de Alexandria Lib. XVII. *ἀμφίκλυστόν τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι τῷ μὲν ἀπὸ τῶν ἄρκτων τῷ Αἰγυπτίῳ λεγομένῳ, τῷ δὲ ἀπὸ τῆς μεσημβρείας τῷ τῆς λίμνης τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται. πληροῖ δὲ ταύτην πολλαῖς διώρυξιν ὁ Νεῖλος, ἄνωθεν καὶ ἐκ πλαγίων* &c. Quando igitur duo maria vicina habebat Alexandria, unum ſalſum, alterum dulcis aquae, bene & appoſite Moſes Ben Maimon per mare ſalſum Mediterraneum expreſſit, & in eo purpuras inveniri ait. quod verum eſt. Nec erat tanto viro, & a tot jam ſeculis vita functo, tribuenda opinio abſurdiſſima, de qua nec cogitaverat. Quod autem vocem Hebraicam *melah* מֶלַח, corruptione & foetore interpretari debemus, quando id convenit, docuit me vir in Hebraicis litteris doctiſſimus Stephanus Morinus, Verbi Divini Miniſter, affinis meus & de cujus affinitate glorior, & indicavit locum ubi ſumitur *melah* pro *planitie culta*, quam vocem Hieronymus male interpretatus eſt vallem ſalinarum: nam ſi fuiſſent ibi ſalinae, non fuiſſet *πολιζομένη πρὸ τοῦ καταστρέψαι θεὸν Σόδομα καὶ Γόμορρα, ὡς ὁ παράδεισος τοῦ θεοῦ, ὡς ἡ γῆ Αἰγύπτου*. Nam terra Aegypti a Nilo irrigata ſales non gignit. Sunt autem verba Moſis Geneſ. cap. XIII. Sed conſideranda ſunt verba Moſis cap. ſequenti, ubi interpres ſic loquitur, *ἡ δὲ κοιλὰς ἡ ἁλυκὴ φρέατα ἀσφάλτου*. Nam eum interpretem male vertiſſe *melah*, *ἁλυκή*; patet ex eo quod ait, *φρέατα ἀσφάλτου*. nam ex bitumine non fiunt ſales, nec in locis, ubi ſal conficitur, invenitur bitumen.

Ex

Digitized by Google

Ex his omnibus puto deprehendi poſſe ſententiam Maimonidae optime ſe habere, & ne cogitaſſe quidem de lacu Sodomitico, ſed de Mediterraneo, quem ſalſum vocavit oppoſitione facta ad Mareoticum mare, non ſalſum.

Sed Arabes etiam per mare ſalſum non intellexiſſe Sodomiticum lacum patet ex verbis Abugiafaris Zabaritae apud Elmarinum in hiſtoria Sarracenica ab Erpenio publicata pag. 35. ſic *Omar miſit Camelos onuſtos tritico ab Alexandria Medinam usque. Deinde ſcripſit Omar, ut fodiendum curaret flumen, quo frumentum portaretur, Colzumam, & Colzuma Medinam per mare ſalſum, foditque Amrus flumen vocatum flumen imperatoris fidelium, portaruntque naves frumentum Fuſtata Colzumam per flumen illud, & Colzuma Medinam per mare ſalſum.* haec Abugiafar. Colzuma oppidulum fuit in littore maris Rubri, quod Graecis κλύσμα, ob aquarum fluviatilium & marinarum *commercium* Fuſtata eſt urbs, quae hodie Italis Cairo, & nobis *le grand Caire.* ſi inde per Sodomiticum lacum eundum erat, ut frumentum Medinam portaretur, non renuo, quin vapulem.*

* Haec depromta iterum ſunt ex Muſeo inſtructiſſimo Viri Ampliſſimi Gerardi Papenbroukii, cujus ſtudio in literas proniſſimo olim Miſcellanea haec etiam plura debebunt. B.

H. L. J.

Digitized by Google

H. L. J. D. P. B.

SUSPICIO

De emendando *Tacito Annal. Lib. XI. c.* 22. & sententia Pomponii in *l. II.* §. 22. & 23. *π. de O. J.* atque Ulpiani in *l. un. pr. π. de Off. Quaest.*

NOn abs re duxit magnus hodie τῶν νομικῶν φωστὴρ Amplissimus *Bynkershoekius in praeterm, ad l. II.* §. 22. *D. de O. J. De origine Quaestorum aerarii etiam inter veteres Auctores non convenire*, saltim non convenire videri. Nec temere quisquam, nisi cui forte ubivis in Jure emblemata crepare volupe, aut qui cum illo in Germania nuper vitio creato Censore Pomponium ignorantiae Romanae historiae arguere in animum pertinaciter induxerit, diffitebitur: eo, qui apparet, inter veteres Scriptores in hoc argumento dissensu, siquidem ejusmodi excusatione omnino ille indigeret, satis tutum futurum fuisse Pomponium, quo minus ἀνιστορησίας nota merito ei impingi potuisset. At, ne ista quidem praesidia, sin Quaestorum origo accuratius excutiatur, JCtus postulare videtur, & antiquorum Historicorum & JCtorum loca, quae adversa fronte inter se pugnare censentur, in concordiam posse adduci nondum desperamns. Il-

R lius

Digitized by Google

lius autem stabiliendae causa has leges in primis sciscendas esse suspicamur: Ut eosdem olim fuisse credamus & Duumviros perduellionis, & Quaestores, quibus successu temporis paricidii Quaestorum nomen obvenit: Ut his deinde a Valerio Publicola aerarii etiam curam commissam esse existimemus: Ut porro ea fere temporis periodo, quae a creatis Tribunis plebis usque ad latas XII. Tabularum leges intercessit, alios de rebus capitalibus quaerere, alios publicas pecunias conquirere coepisse arbitremur: Ut denique A. U. C. CCCXXXIII. binis Quaestoribus aerarii urbanis totidem militares additos esse teneamus. Et firmamentum quidem his conjecturis cum maxime comparamus ex *Zonarae Annal. Lib. VII. Sect. 13. edit. Car. du Fresne Tom. I. p. 335.* ubi Zonaras de P. Valerio Publicola inquit: Τὴν τῶν χρημάτων διοίκησιν ἄλλοις ἀπένειμεν. ἵνα μὴ τούτων ἐγκρατεῖς ὄντες οἱ ὑπατεύοντες μέγα δύνωνται, ὅτε πρῶτον οἱ Ταμίαι γίνεσθαι ἤρξαντο, Κοιαίστωρας δὲ ἐκάλουν αὐτούς. Οἱ πρῶτον μὲν τὰς θανασίμους δίκας ἐδίκαζον, ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν ταύτην διὰ τὰς ἀνακρίσεις ἐσχήκασι, καὶ διὰ τὴν τῆς ἀληθείας τῆς ἐκ τῶν ἀνακρίσεων ζήτησιν. Ὕστερον δὲ καὶ τὴν τῶν κοινῶν χρημάτων διοίκησιν ἔλαχον, καὶ Ταμίαι προσωνομάσθησαν. Μετὰ ταῦτα δὲ ἑτέροις μὲν ἐπετράπη τὰ δικαστήρια· ἐκεῖνοι δὲ τῶν χρημάτων ἦσαν διοικηταί. Ἀπέδειξε δὲ ἑαυτῷ συνάρχοντα τὸν τῆς Λουκρητίας πατέρα Λουκρήτιον. Ταχὺ δὲ τούτου θανόντος, ᾑρέθη Μάρκος Ὁράτιος συνάρχειν αὐτῷ τὸν ὑπόλοιπον καιρὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ. Latine sic ea reddidit Hier. Wolfius: *Pecuniae tractationem aliis mandavit, ne Consulum per eam potentia augeretur, tum primum Quaestoribus designatis. Ii principio causarum capitalium cognitioni praefuere, ab inquisitione veritatis Quaesitores appellati: post etiam aerario sunt praefecti, judiciis aliorum curae commissis. Collegam sibi ascivit Lucretiae patrem Lucretium. Quo brevi mortuo M. Horatius, in illius locum suffectus, reliquum temporis consul fuit.* Enimvero quum *Wolfius*, ceu

ceu ipse *p. praefat. antepen.* ingenue fatetur, sua Zonarae interpretatione non tam famam captarit, quam famem vitarit, quin etiam *du Cangius*, Vir coeteroqui ad miraculum doctus, *praefat. p. si numeres*, 10. haud dissimulet, parce sese, praeterquam ubi res Byzantinae pertractantur, emendasse Wolfium; licebit forte paulo aliter & propius ad Zonarae mentem Graeca illa ita exponere: *Pecuniae administrationem aliis mandavit, ut ne ista in potestatem Consulum redacta horum potentia excresceret, quando primum dispensatores creari incipiebant, quos Quaestores vocabant. Hi principio quidem de quaestionibus capitalibus cognoscebant, quamobrem & illud nominis a quaestionibus & a veritatis per quaestiones inquisitione accepere. Deinde vero & publicae pecuniae administrationem nacti sunt. & Aerarii cognominabantur. Postea autem aliis commissum fuit judicia* (*) *exercere: at illi pecuniarum*

(*) Non gratuito hic a Graecis verbis aliquantulum discessum esse, nemo non intelliget. Nam hiulca certe est Graeca locutio: *ἐπετϱάπη τὰ δικαστήϱια*, *commissum fuit judicia*; quae ut rite expleatur, primum notandum, frequentius quidem *δικαστήϱιον locum judicii* atque *tribunal*, sed & haud raro ipsum *judicium* seu *judices* sonare, ceu ex Demosthene vulgo Lexicographi observant, ex Libanio *Guil. Budaeus in Comm. Ling. Graec. p.* 191. docet, & ex ipso *Zonara Lib. VII. Sect.* 24. *p.* 359. comprobatur, qui nempe, postquam M. Manlium tyrannidis reum judices, meritorum illius in Capitolium, quod in conspectu erat, memores, ampliasse narraverat, addit: Τȣ̃το δὴ νοήσας ὁ Κάμιλλος, εἰς ἄλλον τόπον τὸ δικαστήϱιον συνεστήσατο, ὅθεν οὐκ ἦν τὸ Καπιτώλιον ἄποπτον. *Id vero animadvertens Camillus in alium locum judicium* (quod tum Duumvirum perduellionis teste *Liv. Lib. VI. C.* 20. fuit) *constituit, unde*

rum dispensatores erant. Sibi vero designavit collegam Lucretiae patrem Lucretium. Sed illo brevi mortuo per reliquum anni tempus collegam delegit M. Horatium. Si-qui-

---

Capitolium conspici non poterat. Haec vero ejus vocis significatio nec ab isto Zonarae loco aliena est, at quae tamen nondum illi satis medetur, nisi ibi verbum aliquod per ellipsin, quam vocant, abesse intelligatur. id quale sit, videant Graecarum literarum periti. Posset forsan tale credi τὸ ποιεῖσθαι, quum κρίσιν & κρίσεις ποιεῖσθαι. idem apud Graecos polleat, quod apud Latinos *judicare*, & ποιεῖν διαδικασίαν apud *Demosthen. in Orat. advers. Timocr. p. m.* 294. *edit. Aldinae recte judicium constituere* interpretetur *Viger. de idiotism. Graecæ dict, C.* 5. *Sect.* 10. *Reg.* 4. tum vero verbum ποιεῖν Graecos saepius reticere pervulgatum sit. Neque is forte a vero multum aberraret, qui τὸ συνάγεσθαι hic deficere conjiceret, quomodo συνάγεσθαι δικαστήρια *judicia congregare* seu *exercere* dixit *Athenaeus Deipnos. Lib. III. p* 98. laudatus ab *Ezech. Spanhemio in not. ad Aristoph. Nub. v.* 620. *p.* 287.; vel denique, qui per verbum καθίζειν Zonaram supplendum esse censeret; quandoquidem δικαστήρια καθίζειν idem valet, atque *judices ferre* & *judicia constituere*, vid. *Budaeus l. c.* quippe quum judicibus praesertim veteres & Graeci & Latini Scriptores τὸ *sedere* tribuant, vid. *Aristoph. in Nub. v.* 208 quaeque eam in rem notarunt *Lamb. Bos Exerc. Philos. p.* 58. & egregium artis nostrae Decus *Zach. Huberus Diss. Jurid. & Philos. P.* 2. *Diss.* 2. *C.* 2. §. 2. Quid horum placeat, non multum laboro, modo ita, quod eum sibi voluisse puto, accipiatur Zonaras, ut Quaesturam paricidii non Valerii Publicolae, sed sequentibus demum temporibus, a Quaestura aerarii divulsam, fuisse animadvertatur. *

* ἀνετράπη τὰ δικαστήρια. *commissa fuere judicia* ex vulgatissimo L. Gr. idiotismo: ut recte accepit Wolfius. nec hic ellipsi locus.

quidem enim hujus narrationis Zonarae hanc sententiam agnoscimus, aliqua equidem, quae ad Quaestorum originem pertinent, inde haud exiguam lucem mutuantur. Quippe jam porro sic constituimus: *Quaestorum* & *Quaesitorum* nomen initio natum fuisse a *genere quaerendi*, auctoribus Junio & Trebatio & Fenestella apud Ulpianum in *l. un.* §. 1. *π. de Off. Quaest.* at postea idem cum duabus *quaerentium* speciebus, sive malis formis, communicatum esse. Principio quidem *Quaestorum* nomen meruere paricidii Quaesitores, quoniam de rebus capitalibus *quaerebant.* v. *Festus de V. S. voce: Quaestores*, &, quod *conquirebant* maleficia, v. *Varro de L. L Lib.* 4. *p.* 20. *edit. Popmae*, juncto *Zonara l. antea allato*; quare etiam judicium olim *inquisitionem* vocari consuevisse observat *Isidor. Etymol. Lib. XVIII. c* 15. quique ex hoc sua hausit Decretalium compilator in *c.* 10. *X. de V. S.*, atque Quaesitoris seu Quaestoris, Praetoris & Judicis nomina succedente aevo subinde ab antiquis Scriptoribus prope tanquam ἰσοδυναμοῦντα usurpata fuere, ceu eleganter evicere *Franc. Polletus in Hist. fori Romani Lib.* 3. *c.* 7. & *Ger. Noodt de Jurisd. & Imper. Lib.* 2. *c.* 5.

Paricidii itaque Quaesitoribus primum *Quaestorum* nomen obvenit, quos a Duumviris perduellionis haud diversos fuisse, jam *Steph. Vinand. Pighio in Annal. Rom. ad A. U. C.* 244. ea, quam supra dedimus, Zonarae narratione in illam sententiam adducto, suboluisse ex *Wilh. van der Muelen Exerc. in Hist. Pomp. de O. J. p.* 523. didici. Nec de nihilo ista divinatio est, quum *paricidii* Quaestores non ideo vocati sint, quod quaerere debuerint de *patricidis*, seu de iis, qui parentis sanguine nefarias manus forte conscelerarent, quod quippe facinus, si fides est *Plutarcho in Romulo, Vitar. Tom. I. p.* 57. *edit. Steph.* prope totis sexcentis annis ignoravit Romana pietas, & primum teste *Epitom. Liv. Lib. LXVIII. & Auctor. Lib. I. ad Herenn. p.* 5. *edit. Ald.* provecto jam Seculo ab U. C. septimo culleo vindica-

Digitized by Google

tum: ſed magis, quoniam quaerebant de *caede* qualiscumque hominis *paris*, vid. *Feſtus de V. S. voce: Paricidii Quaeſtores*, adeoque cum maxime de caede civis; ſiquidem, quamvis, quod ad Jus naturale attinet, omnes homines aequales ſint, ceu *Ulpianus* loquitur in *l.* 32. *π. de R. J.*, tamen cives unius ejusdemque Reipublicae praeprimis *pares* & aequales haberi mereantur, quam in rem plura diſſerit *Georg. Chr. Gebauer in Tullo Hoſtil.* §. XI.

Quin, ſi ullius alterius Reip. cives *pares* dici poterant, certe Romani cives, & cumprimis ſub Urbis incunabulis κατ' ἐξοχὴν *pares* erant; quando nemo ignorat, peregrinos lento ſatis gradu ad Quiritium jura adſpiraſſe, neque ante Antonini Pii Imp. conſtitutionem, in famoſa illa *l.* 17. *π. de ſtatu hom.* laudatam, aequo jure cum Romanis civibus uſos eſſe, quod argumentum Vir magnus, & antiquitatum, judice idoneo Cupero, interpres feliciſſimus *Ez. Spanhem. in ſuo Orbe Romano paſſim*, & praeſertim *Exerc.* 1. *C.* 3. & *Exerc.* 2. *C.* 20, *ſeqq.* erudite, ut mos ei erat, expoſuit. Nova Urbe vero veluti in cunis adhuc vagiente, multo minus οἱ ἔξω aequa lege cum civibus vivebant, imo iſti potius *hoſtes* olim nuncupabantur, vid. *Varro de L. L. Lib.* 4. *p* 4. *Cicero de Off. L.* 1. *C.* 12. *Macrob. Saturn. L.* 1. *c.* 16. *Plautus in Curcul. A.* 1. *Sc.* 1. *v.* 5 & *Leges XII. Tabul. Tab.* 2. & 3. *ex Jac. Gothofredi diſpoſitione*; per ἀνωνομασίαν hac iis indita denominatione, ab *hoſtiendo* ſcilicet, quia auctoribus *Feſto de V. S. voce: Redhoſtimentum* & *Non. Marcell. de propriet. ſerm c.* 1. *n. xi.* veteribus *hoſtire* & *aequare*, *hoſtimentum* & *aequamentum* erant ſynonyma, adeoque non aliunde peregrini *hoſtes* audiebant, quam, quod Jure civibus non *aequarentur*, quo ipſo videlicet Romani Reges Urbem ſuam auguſtiorem reddere laborabant, dum nempe civitatis jus non modo ad aſylum perfugientibus, *Livio L.* 1. *c.* 8. *Dion. Hal. A. R. L.* 2. *p.* 88. & *Plutarch. in Romulo*,

Vitar.

Digitized by Google

Vitar. Tom. 1. *p.* 40. testibus, sed & quibusvis peregrinis id expetentibus, quin ipsis libertis, quod *idem Dion. L.* 3. *p.* 127. *& L.* 4. *p.* 225, *seq* testatur, imo plane devictis etiam populis nonnunquam, ceu itidem ex *eodem Dion. L.* 2 *p.* 89. *L.* 3. *p.* 171. *seq. &* 178. *seq.* & ex *Livio L.* 1. *c.* 33 intelligitur, impertiebantur: at contra de peregrinis acerbius statuebant, hisque, quum bellica fortitudo & potentia, notante rursus *Dion. Hal. A. R. L.* 2. *p* 79 *& L.* 3. *p.* 148. *seq.* Reipublicae Romanae praecipuus finis esset (*), laevissima saepe de causa arma victoriae adsueta inferebant, veluti in poenam, quod civibus Romanis *aequari*, hisque pares esse noluissent. E diverso, ne vero civibus seu *paribus* aliqua inferretur injuria, tanto solicitius cavebant, quum ea utique civilem sanguinem effundere religio esset, ut, quamvis cum intestinis morbis pestilentissimis luctaretur Respublica, & plebs tribus vicibus ad seditionem consternata vacuam Urbem Patriciis relinqueret, tamen mira quadam fatorum indulgentia ad caedem mutuam per integros DCXX. annos nunquam deventum fuerit, auctoribus *Dion. Hal. A. R. L* 2. *p* 85. & *Appiano de Bell. civil. L.* 1. *p.* 349. *seq. edit. Steph.* Non inviti quidem largimur, haec, quae statim significavimus, Dionysii & Appiani loca magis ad perpetratas collatis signis caedes, quam ad privatas & certamina singularia pertinere: at, quum ab istis tantopere plebs etiam tum, quando mordacissimis usuris in rabiem versa erat, abhor-

(*) Conf. de ea ad bella & militiam composita Romanae civitatis forma *Paolo Paruta Discorsi Politici Lib.* 1. *Disc.* 1. *p.* 20. *seqq. Rollin maniere d'étud. & d'enseign. les bell. lettr. Tom.* 3. *p.* 522. *seqq. Ephr. Gerhardi tract. Jurid. de judicio duellico C.* 2. § 4. *Ill. Heinecc. in Diss. de colleg. & corpor. opif. C.* 1. §. 3. & *Sam. Puffendorff. de forma Reip. Rom.* §. 27. *Politicae inculpatae p.* 438.

horruerit, non difficilis sane conjectura est, eam & caedes singulorum civium, tanquam *parium*, inter gravissima crimina reputasse. Imo non offenderit fortassis, qui perduellionis & paricidii crimina sibi invicem admodum vicina fuisse crediderit, quum scilicet perduellionis crimen non ea adeo, quae postea majestatis crimen (cujus fines teste *Sueton. in Tiber. c.* 58. ex libidine sua proferebant mali commatis Imperatores) comprehendebat, continuerit, diserto auctore Ulpiano in *l. ult π. ad L. Jul. majest.* Sed ejus poena praecipue hostilis in Remp. animi reis irrogata fuerit, quando *perduellis* is dicebatur, qui deinde appellabatur hostis, v. *Varro de L. L. Lib.* 4. *p* 4. *Festus de V. S. voce Hostis*, *Ulpianus in d. l. ult.* & *Cajus in l.* 234. *π. de V. S.* quibuscum conf. *Aegid. Menag. Amoen. Jur. Civ. c.* 39. *p.* 322. unde & ad sui seculi loquendi morem legem XII. Tabularum a se in *l.* 3. *π. ad L. Jul majest.* memoratam inflexisse Marcianum non abs re suspicatur *Jac. Gothofred. in L. L. XII. Tabb. L.* 3 *Tab. IX. p.* 144. Profecto, si, definiente Numa Pompilio in lege sua a *Festo de V. S voce Paricida* servata, *paricida erat, qui hominem liberum dolo sciens morti dabat*, quin idem & *perduellis* infame elogium tulerit, parum ambiguum est. Praeterquam enim, quod *perduellem* seu hostilem in Remp. animum, non inepta minimum fictione Juris, satis profiteretur, qui liberum hominem, nec patrio, nec herili, nec maritali juri subjectum, adeoque *parem*, trucidaret, quemadmodum *Gebauer. in Tullo Hostil.* § 12. philosophatur: accedit, quod valde probabile sit, omnem caedem *perduellionis appellatione* significatam olim esse, ceu jam vidit Vir in elegantiorum literarum peritia paucis comparandus *Hadr. Turnebus adversar. L.* 17. *c.* 7. imo, omnem hostem, nec solum publicae rei hostem, sed quemvis animo inimico aliquid machinantem perduellionem vocari consuevisse, quippe cujus rei haud obscurum vestigium in *l.* 7. *Cod. Theod.*

Theod. de reparat. appellat. ſuperare videtur. Equidem nihil vitio dant Romani Scriptores Horatio, niſi caedem ſororis, ſeu *paricidium*, non infeſtum erga patriam, cui modo principatum in Albanos fortitudine ſua paraverat, animum, ſed id unum, quod contra illas leges fecerit, quae *indemnatum occidere* prohibebant, quod *homicida* fuerit, quod *caedem* commiſerit, vid. *Dion. Hal. A. R. L.* 3. *p.* 159. & tamen ei *perduellionem* Duumviros judicaſſe, claſſicus teſtis eſt *Liv. L.* 1. *c.* 26. Porro *paricidii* crimen ne quidem illis, quos vocis ſonus innuebat, limitibus includebatur, ſed & ſacrilegia, veneficia, mala carmina, quin omne grande nefas, & capitis ſupplicio expiandum complectebatur, quod ſane ſi aliorum, & in iis inprimis *Viri Ampliſſ. Zach. Huberi Diſſ. Philoſ. & Jurid. P.* 2. *Diſſ.* 1. *c.* 2. §. 2. & *Thomae Wagneri in Diſſ. de ſupplic. parricid. Sect.* 1. § 3. ſcrinia, more huic ſeculo nimium familiari, compilare ſuave eſſet, nullo negotio poſſet evinci. Nec inanis adeo *Joſ. Scaligeri ad Feſtum in voce*, *Paricidii Quaeſtores*, ſuſpicio eſt, formulam, *Paricida eſto*, in judiciis capitis ſolennem fuiſſe. Quid! quod, quum generatim *Feſtus l. c. Varro de L. L. Lib.* 4. *p.* 20. & *Pomponius* in *l.* 2. §. 23. *π. de O. J.* tradant, Quaeſtores paricidii *quaerendarum rerum capitalium* cauſa creatos eſſe, conquiſiviſſe *maleficia*, conſtitutos fuiſſe, *ut rebus capitalibus praeeſſent*, nulla ſuppetit ratio, cur illos inter caeteras quaeſtiones de perduellione anquiſiviſſe negemus. Poſtremo nec illud ſententiam noſtram convellit, quod illi, qui Horatio perduellionem judicarunt, a Livio non *Quaeſtores*, ſed *Duumviri* vocentur, quum & alia exempla in antiquitatis monumentis reliqua ſint, ex quibus intelligitur, eosdem magiſtratus nonnunquam mox a numero, mox ab officio, nomen inveniſſe. Ne ſine auctoritate id aſſerere videamur, ad *Decemviros litibus judicandis* provocamus, qui vix alio nomine innotuere; nec eo ſecius tamen ejusmodi Decemvir P. Aquius

Digitized by Google

Scaura in prisco monumento, quod *Jan. Gruter. Inscriptt. antiq. p.* 360. *Inscr.* 3 protulit, non *Decemvir*, sed *Quaestor decemviratium litium judicandarum* vocatur, procul dubio, quia & hujus magistratus erat, *quaerere* & *inquirere*, *inquirere* v. c. in justitiam causarum manumissionis a minore viginti annis meditatae; siquidem per *consilium*, cujus illam cognitionem esse dicitur in §. 4. *Inst. quib. ex caus. manum. non lic.* alibique, Decemvirorum consessum indigitari, ducibus *Theophilo in paraphr. d.* §. & *Ulpiano fragm Tit.* 1. §. 13. pridem animadvertere *Jac. Raevardus protribunal. c.* 18. *Sibrand. Tetard Siccama de iudic. Cemtumvir. L.* 1. *c.* 10. & illud illustre, dum fata sinebant, Academiae Lugduno-Batavae ornamentum, *Ant. Schulting. Jurispr. Ante-Justin p* 566. Adde geminnm exemplum Curatorum viarum, qui nempe plurimum in antiquis lapidibus a numero *Quatuorviri*, vel *Duumviri* (quorum ille apud *Gruter. p.* 373. *Inscr.* 8. meminit) *Viocuri*, sive *viarum curandarum* appellantur, ceu multis probatum ivit *V. C. Ev. Otto, de tutela viar. public. P.* 2. *c.* 5. verum vicissim quoque a munere *Viocuri* tantum dicuntur *Varroni de L. L. Lib.* 4. *p.* 4. & rursus *eod. Lib. p* 37. Si modo hic *Jos. Scaligeri*, crisi *in conjectan. ad Varron. N.* 222. *p.* 74. standum est. Imo ne tertium quidem ejusdem generis, sin eo insuper indigeremus, documentum deficeret, idque non inde adeo repetitum, quod *Cicero ad Att. L.* 2. *Ep.* 6. *p.* 207. per jocum Romanos *Consules Duumviris* comparasse videatur; sed eo magis fundamento superstructum, quod in marmore coloniae Asbigitanae apud *Gruter. p.* 351. *Inscr.* 5. illius *Duumvir* diserte *Consul* vocetur, utpote quod splendidissimum honoris praefamen *Duumviros* municipiorum sibi arrogasse, pluribus, licet non omnibus aeque indubiis auctoritatibus confirmare laboravit *idem V. C. Ev. Otto de aedil. colon. & municip. c.* 2. §. 5. *seq.* Haec vero quum ita sint, satis evictum putamus, nihil prohibere,

quo

Digitized by Google

quo minus partim *perduellionem* & *paricidium*, partim *Duumviros* & *Quaestores* verbo discrepare, re ipsa autem plane convenire arbitremur.

Potius, ut sic judicemus, suadent haud obscura veterum Scriptorum loca. Agmen ducat *Cicero*, qui *in Orat. pro C. Rabir. c.* 4. manifesto *Quaestores* rerum capitalium *Duumviros* nuncupat, & hanc appellationem ne sua quidem aetate prorsus exolevisse haud dubie significat *in Oratore p.* 211. *edit. Aldinae*, dum de Latini sermonis usu, quo *Duumvirum* pro *Duorumvirorum* dici solere testatur, ibi disputat; cujus disputationis sententiam non perspexisse *Siccamam de judic. Centumvir. L.* 1. *c.* 10. recte notavit *Noodtius de jurisd. & imper. L.* 1. *c.* 12. Cur etiam *Cicero in illa pro Rabirio* hujus judices *Duumviros*, quam *Quaestores*, dicere maluerit, non difficile judicium est, modo expendatur, quod alibi *idem Orator in ea pro A. Cluentio c.* 50. palam prae se fert, *vehementer erraturum, sin quis in orationibus ejus illius auctoritates se consignatas habere arbitraretur, quum omnes illae orationes causarum & temporum sint, non hominum ipsorum ac patronorum.* Ita enim Cicero & in ista sua Rabirii defensione jurat in rem praesentem, qui alia omnia dixisset, si Rabirii fuisset accusator. Clamat v. g. illud cruciatus carmen: *I lictor, colliga manus*, non esse libertatis, esse inauditam horum verborum crudelitatem, eaque tenebris vetustatis & luce libertatis oppressa esse: &, si fides *Livio L.* 8. *c.* 7. est, constat tamen, idem fere, minimum simile carmen, postquam dudum jam Respublica in libertatem sese asseruerat, filio occentasse T. Manlium Torquatum Cos. vociferando triste illud: *I, lictor, deliga ad palum.* Pariter quoque, ut tanto majorem, Labieno, Rabirii accusatori, invidiam, revocato in memoriam (quod *c.* 5. bis agit *Cicero*) regio imperio, conflaret, judices tum constitutos non *Quaestores*, sed *Duumviros* pronunciat, ideo fortassis, quoniam illi injussu

jussu populi, & a solo Praetore dati, judicaverant, ea scilicet ratione, qua a Tullo Hostilio creati *Quaestores* seu *Duumviri* non rogato populo judicium exercuerant, quum contra mox a Regifugio inde voce populi illi essent renunciati. Caeterum reapse hosce Ciceronis *Duumviros* non diversos fuisse ab iis, qui semper criminum quaerendorum causa creari solebant, *Quaestoribus*, tum inde perspicuum est, quod *Dio Cass. H. R. L.* 37. *p.* 41. *seq.* (cujus de hac re narrationem parum fideliter Latine reddidit *Car. Sigon. de judic. L.* 3. *c.* 15. &, quem hujus vestigia pressisse credibile est, *Siccama l. antea c.*) atque *Sueton. in Jul. Caes. c.* 12. istos *Duumviros* non nisi simpliciter *judices* vocitent: tum inde insuper apparet, quod ipse *Cicero*, quamvis in exagitando illo Rabirii judicio plurimus sit, nihilo secius nusquam istos, quos vocat, *Duumviros* tanquam inusitatum & antiquatum magistratum traducat, nec iis aliud quidpiam, quam quod a Praetore forte ducti essent, obvertat, sed contentus sit reprehensione illorum, quae modo non legitimo a Rabrii accusatore Labieno perpetrata erant, veluti, quod is Ciceronis defensionem in semihorae circulum coëgisset, *vid. c.* 2. crucem ad civium supplicium in campo Martio defigi jussisset, *vid. c.* 3. 4. 5. & 10. flagella contra legem Porciam retulisset, *vid. c.* 4. & in concione ipsa vincula & carnificem adhiberi oportere putavisset, *vid. c.* 4. & 5., cujus nimirum contagione concionem funestari leges censoriae vetuerant, quae eum non modo foro, (*) sed etiam coelo ac spiritu atque domicilio Urbis

---

(*) Hinc igitur, & ex altero *Ciceronis* loco, videlicet *L.* 5. *in Verr. c.* 45. ubi diserte *carnificem mortem terroremque sociorum a civium lictore* disjungit, intelligitur τὸν δήμιον, cui in foro Lentulum necandum tradidisse narratur. Cicero apud *Plutarch. in Cicer. Vitar. Tom.* 3. *p.* 1597.

Digitized by Google

Urbis carere voluerant, teste rursus *Cicerone ibid. c. 5.* quam in rem plura eaque docta, commentati sunt *Ill. Heineccius in Diss. de levis notae macula* §. 33. nuperque *V. N. Joan. Duntze in nitida Diss. de execut. poenar. capital. honest.* §. 13. *seqq.*

Neque est, ut obmoveatur forte; tamen crimen Rabirio intentatum, quum caedis in Saturninum trib. plebis, adeoque sacrosanctam potestatem, admissae postulatus sit, perduellionis fuisse, & inde verosimile fieri, *Duumviros* ei datos ejusmodi censendos esse, cujusmodi Tullus Hostilius fecisse vulgo creditur, diversos a Quaestoribus rerum capitalium. Nam, si verum amamus, id ipsum, quod Rabirius perduellionis reus fuerit, nostram egregie fulcit sententiam, quando perduellionis reos ad Quaestorum cognitionem pertinuisse in confesso est. Nervose *Liv. L. 2. c. 41.* de Cassio, affectatae tyrannidis reo, inquit: *Invenio apud quosdam idque propius fidem est, a Quaestoribus Caesone Fabio & L. Valerio diem dictam perduellionis: damnatumque populi judicio.* Vicissim ubi de crimine regni M. Manlio objecto disserit *Liv. L. 6. c 20.*, ait: *Prodicta die . . . . concilium populi indictum est: ibi crimen valuit, & obstinatis animis triste judicium invisumque etiam judicibus factum. Sunt, qui per Duumviros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores sint.* Jam vero, si quis nunc Duumviros mox, mox Quaestores de perduellione ita, ut diversi a se invicem magistratus fuerint, quaesivisse sibi persuaderet: nae is nihilo minus falleretur, quam qui forte de Horatio solum popu-

---

p. 1597. male hujus interpretem, Herm. Cruserium, accepisse pro *carnifice*, quum eum potius *lictorem, vindicem rerum capitalium*, ceu in eo negotio loquitur *Sallust. de bello Catil. c.* 55., dicere debuisset.

populum, neque Duumviros, judicaſſe, ex *Dion. Hal: A. R. L.* 3. p. 159. de his ſilentio contenderet. Imbelle utrumque foret argumentum, & aeque facile profligandum, ac ſi quis in illo Caſſii judicio Quaeſtores non Quaeſitorum, ſed accuſatorum munus functos fuiſſe hariolaretur. Licet enim non neſciamus, *diem dicere* & *accuſare* aliquando aequiparari, tamen, ubi accuratius formulae ejus notionem inſpicimus, *diem dicebant* proprie illi, ad quos cauſae ſpectabat cognitio. Sic *diem a Praetore dictum* ait *Cicero de haruſp. reſponſ. c.* 4. & *diem a Praetore petiiſſe* narratur tribunus plebis accuſator apud *Liv. L.* 43 *c.* 16. Imo *diem* reo *dicebant Quaeſtores*, dum de reo habebant comitia, ceu ex judicio M. Volſcii ab *eod. Liv. L.* 3. *c.* 24. & 29. memorato apparet. Quin, ſi vel maxime etiam iſte loquendi modus & τὸ εἰσαγγέλλειν apud *Dion. Hal. A. R. L.* 8. *p.* 544 de *accuſatione* intelligendum eſſet, tamen ne ſic quidem id officeret, quo minus iidem & *Quaeſitores* Caſſii credi deberent. De univerſa enim illa; quam Quaeſtores habuiſſe *Dion. Hal. l. c.* fingit, oratione, non id ſolum tenendum eſt, quod de caeteris ejusmodi ab eo & Livio traditis orationibus Viri docti merito ſtatuunt, illas ſcilicet ex ipſorum magis ingenio eſſe profectas, quam ut reapſe Viri, quibus tribuuntur, ita peroraverint, quod in Livio ipſo *Quintil. Inſt. Orat. L.* 10. *c.* 1. agnoſcit: ſed & id tum de iſta concione, tum de illa *diei dictione* ſeu εἰσαγγελίᾳ probe obſervandum eſt, eam Dionyſii concionem non ita accuſationem aliquam, ſed potius cauſae momenta, ſeu decidendi, quas in foro vulgo vocamus, rationes continere; ut vero accuſationi iſta quodammodo ſimilis ſit, & Quaeſtoribus τὸ εἰσαγγέλλειν tribuat Dionyſius, inde eſſe, quoniam antiquioribus praeſertim temporibus, & illa inprimis aetate adhuc, qua damnabatur Caſſius, Quaeſitoris munus a judicis officio multum diſtabat, ſitum quippe non adeo in *dijudicandis*, ſed magis in

con-

Digitized by Google

conquirendis maleficiis, non proletario teſte *Varrone de L. L. L.* 4. *p.* 20. ex quo, (nam bina illa apud *Liv. L.* 4. *c.* 51. & *L.* 9. *c.* 26. exempla, quae poſſent contra obmoveri, ſummum, in quo tum verſabatur, Reip. diſcrimen extra ordinem poſtulavit) haud inepte conjeceris, eam conquirendorum maleficiorum curam ab his ad Triumviros capitales migraſſe, & adeo penes Quaeſtores reſediſſe, usque dum novus hic magiſtratus, quod, ſi Capitolinorum Faſtorum computum ſequamur, duce *Epit. Liv. L. XI.* A. U. C. vel CCCCLXIII. vel CCCCLXIV. factum, emergeret. Et quamvis poſtea, & maxime inde ab invectis quaeſtionibus perpetuis ſingulorum criminum haud exiguam harum rerum converſionem factam fuiſſe non negemus: videntur nihilo minus ne tum quidem plane aequata eſſe judicis litium civilium & Quaeſtoris in judicio capitis munia, quandoquidem *Cicero in Orat. pro Fontejo c.* 6. has judicis Quaeſitoris dotes poſtulat, ut aequus ſit, atque *ſapiens*, & hujus quidem virtutis non ea adeo ratione compos, qua Sempronium Σοφȣ̃, aut Acilium *Sapientis* laudem tuliſſe novimus, ſcilicet talis *ἀνὴϱ σοφὸς*, quales Juſtinianus *in pr. l.* 2. *Cod. de vet. jure enucl*, praedicat, illa nempe *Ulpiano in l.* 1. §. 5. *π de extraord. cognit.* dicta *civili ſapientia*, quam in *l.* 1. §. 1. *π. de J. & J.* tanquam *veram nec ſimulatam philoſophiam* venditat, inſtructus, ſed ut ſit eo modo *ſapiens*, quo Porcius *Catonis* & Aelii *Catorum* nomen meruere, ut nempe multarum rerum peritus exiſtat, & de reo ejusque defenſore, de accuſatore, de teſte denique hujusque fide judicet, ceu *Cicero ibid. c.* 7. ait, & unumquemque horum in officio contineat, quae *Ejusdem*, vel ceu aliis placet, *Cornificii L.* 4. *ad Herenn. p.* 35. *edit. Aldinae* verba ſunt. Inde enim manifeſtum eſt, tum quoque utique fuiſſe adhuc longe diſpares judicis privatarum litium & Quaeſtoris publicorum judiciorum partes, illo quippe in id, quod pareret, condemnante, hoc etiam id,

id, quod non pareret, inquirente, quemadmodum porro ex *Livii* historia A. U. C. DLXXXIV. *L.* 43. *c.* 16. non abs re confeceris, eum illam ipsam, quam modo diximus, quae olim fuerat, inter Quaestoris & accusatoris officium affinitatem ante oculos habuisse, quando de tribuno; qui vero accusator erat, dicit, quod *utrique Censori perduellionem se* JUDICARE *pronunciaverit*, siquidem ea ipsa formula Horatium Duumviros damnasse alibi scribit. Neque iniquum fuisse, ut idem magistratus initio & Quaesitoris, & simul accusatoris quodammodo personam tulerit, tum ex indole Processus, qui vocatur, inquisitorii, qui prope ubivis locorum hodie invaluit, tum ex provocatione ad populum, quae Romanis civibus in promtu erat, demonstratu haud esset difficile, nisi & chartae parcendum foret, & dudum forte, B, L., quaereres, quorsum haec disputentur?

Disputantur autem eo, ut appareat, *Duumviros perduellionis*, quos Tullum Hostilium fecisse etiam ii, qui aere nondum lavantur, sciunt, non alios fuisse ab illis, qui *Quaestorum* & *Quaestorum paricidii* nomine deinde magis innotuere. Nam, si hoc hactenus rite evictum esse videbitur, nihil difficultatis habebit, quod ait, *Zonaras*, *Quaestores initio de quaestionibus capitalibus cognovisse*, aut, quod *Ulpianus* in *l. un. pr. π. de off. Quaest.* testatur, *originem Quaestoribus creandis fuisse antiquissimam, & pene ante omnes magistratus*, vel, ceu in eandem sententiam *Tacitus Ann. L. XI c.* 22. inquit, *Quaestores Regibus etiam tum imperantibus institutos esse.* Nec multo amplius jam obscurum erit, quorum Regum id institutum fuerit? Pergit *Ulpianus*: *Gracchanus* (quomodo is auctoritate *Plin. H. N. L.* 33. *c.* 2. recte, male contra ab aliis *Gratianus*, aut, quod *Corasio* plane in mentem venit, *in Comm. ad d. l. un.*, *Julius Africanus*, vocatur) *Junius libro septimo de potestatibus etiam ipsum Romulum & Numam Pompilium binos*

binos Quaestores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent, refert. Et forte non frustra id retulit Gracchanus, quum sane vix sit, ut *Gebaueri* sententia *in Tullo Hostil.* § 12. fidem inveniat, legis illius perduellionis apud *Liv. L.* 1. *c.* 26. parentem fuisse Tullum Hostilium. Nam, quod Livius eam legem ab alterutro anteriorum Hostilio Regum latam esse sileat, id ab iis latam illam non fuisse nihilo magis probat, quam si &alias leges, quarum itidem nec vola nec vestigium apud *Eundem* est, a Romulo & Numa conditas esse negares. Quod lex ista privilegium fuerit, nunquam evincetur, nisi integra illa quatuor verba: *Lex horrendi carminis erat*, aut expungas, aut, quod *V. C. Gebaueri* consilium fuit, nulla id postulante necessitate, alio transferas. Legem poenam non delictum continuisse haud facile quisquam dixerit, quum delictum *perduellionem* esse nemo non videat. Quod *ne innoxium quidem ea lege absolvere potuissent* Duumviri: eorum verborum non alia, ceu pridem *Gruterus* notavit, mens est, quam quod, uti Pragmaticorum natio loqui solet, lege non distinguente nec Duumviri distinguere potuissent, id est, lege de omni perduellione sanciente, Duumviris non permissum fuisse Horatium absolvere, etiamsi animadvertissent, illum non injuria, sed jure, & absque *noxa*, seu culpa, perduellionem admisisse, eumque, uti *Dion. Hal. L.* 3. *p.* 159. loquitur, magis de sorore poenam sumsisse, quam caedem in eam perpetrasse: Duumviris scilicet patriae salutem supremam legem existimantibus, & *innoxium plectere malentibus*, quam ut distinctione, a legislatore praetermissa, inventa pessimo ad posteritatem exemplo reo veniam legis dedisse viderentur. Conf. locus fere similis apud *Corn. Nepot. in Miltiad. C. ult. eoq extremo.*

Itaque his argumentis minime probatum ivit Vir Doctus,

Doctus, Hoſtilio eam legem deberi, quin potius aut Romuli, aut Numae illam eſſe, dubio carere putamus. Utraque etiam ſententia fautores non infimi ſubſellii habuit, inter quos vero judicem ſedere difficile eſt; Id affirmatu proclivius, certe alterutrum eam tuliſſe. Praeterquam enim, quod a vero longiſſime abludat, eam in odium Horatii, qui tantam modo ſingulari certamine ſuo ſibi collegerat gratiam, fuiſſe conditam: accedit non dubia Livii auctoritas, contendentis Tullum Duumviros perduellionem judicare juſſiſſe *ſecundum legem*, quam itaque jam tum fuiſſe oportet; quod & illis rurſus verbis: *Lex erat*, non diſſimulat, imo clarius praeterea deinde ſignificat, dum Tullum *clementem legis interpretem* ſeſe geſſiſſe perhibet, ſiquidem, ſin ipſe Tullus legem & ſolius Horatii cauſſa ſcripſiſſet, nec a majoribus jam generatim ſcriptam inveniſſet, ita, niſi me fallunt omnia, indubitate ſcripturus fuiſſet, ne ea eguiſſet molliore verbis interpretatione. Nihil quoque hactenus dictis officit *Cicero*, dum *in Orat. pro C. Rabir. C.* 4. inquit: *Namque haec tua, quae te hominem clementem, popularemque delectant; I lictor, colliga manus: quae non modo hujus libertatis manſuetudiniſque non ſunt, ſed ne Romuli quidem, aut Numae Pompilii: ſed Tarquinii, ſuperbiſſimi atque crudeliſſimi Regis iſta ſunt cruciatus carmina: quae tu, homo lenis ac popularis, libentiſſime commemoras: Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. Quae &c.* quum non ea ibi, quod orationis contextus ſatis docet, Oratoris mens fuerit, ut negaret, perduellionis legem a Romulo, vel a Numa traxiſſe originem, ſed ut moneret, dira illa carmina nunquam cum effectu audita eſſe ante aetatem Tarquinii, illum vero, Regem ſuperbiſſimum & crudeliſſimum ex illa lege poenae exempla dediſſe, quem vid. *Livius L.* 1. *c.* 49. ait *cognitiones rerum capitalium, ut pluribus metum incuteret, ſine conſiliis per ſe ſolum exercuiſſe, perque eam cauſſam occidiſſe, in exilium egiſſe, bonis mul-*

multaſſe &c. quemque ex perſona Valerii & Caſſii *immanem omnique beſtia ferociorem tyrannum* bis nuncupat *Dionyſ. Halic. A. R. L.5. p* 329. *&* *L.6 p* 356. Eo contra proficit id, quod laudavimus, Ciceronis teſtimonium, ut perſpiciatur, ante Tarquinium, (incolumi quippe populi judicio evadente Horatio) neminem unquam perduellionis ex hac lege dediſſe poenas. Et hoc quidem facit, ut credi poſſet, falſum forte eſſe Gracchanum, dum & Romulum & Numam binos Quaeſtores habuiſſe tradidit, niſi quis, quod & ipſum minime a veriſimilitudine alienum eſt, ſibi perſuadere malit, iis imperantibus Quaeſtores de aliis, quae ad paricidii crimen, praeter illud perduellionis pertinebant, delictis majoribus, illisque, quorum judicium ſibi Reges, *teſte Dion. Hal. A. R. L.* 2. *p* 87. reſervaverant, ſed *cum conſilio*, uti ex *Livii loco modo laudato* colligendum eſſe videtur, priores Tarquinio Reges exercuerant, anquiſiviſſe, eosque tum forte, & forte etiam ſub ſequentibus Regibus, magiſtratum perpetuum, quique non criminis alicujus emergentis cauſſa creari conſueverit, fuiſſe. In denſis tamen iſta aetate antiquitatis tenebris nihil certi ea de re definire ducimus ſatius; quum, licet erraſſet Gracchanus, is nihilo ſecius non irridendus idcirco, aut in hiſtoria parum diligens judicandus foret, qui ſocios ejus, ſi modo id eſt, errati omnino ſuo aevo habuiſſe videtur quo argumento in pari prope cauſſa veniam ab Attico ſibi poſtulat *Cicero L.6. Ep.* 1 *p.*588 *ſq.*

Quicquid autem ejus rei ſit, id compertum habemus certius, ſaltim ab Hoſtilio Quaeſtores eſſe creatos, a quo ergo temporis intervallo & *Ulpianus in d. l. un. pr. π. de off. Quaeſt.* eorum natales arceſſit. Is porro inquit: *Sed ſicuti dubium eſt, an Romulo & Numa regnantibus Quaeſtor fuerit: ita Tullo Hoſtilio Rege Quaeſtores fuiſſe certum eſt. Sane crebrior apud veteres opinio eſt, Tullum Hoſtilium primum in Rempublicam induxiſſe*

duxiſſe Quaeſtores. Ita Ulpianus : cujus ſane ſententia, ſiquidem ea, quae antea diſputata ſunt, Duumviros a *Liv. L.* 1. *c.* 26. memoratos a Quaeſtoribus paricidii haud diverſos fuiſſe confirmant, indubia eſt. Iſta vero recte ſeſe habere eo minus ambigimus, quo magis *Tacitus Ann. L. XI. c.* 22. argumentum, quod *Quaeſtores Regibus etiam tum imperantibus inſtituti ſint*, inde petit, quod id *lex curiata oſtendat, ab L. Bruto repetita.* Niſi enim totus fruſtra ſum, non alia ea *lex curiata* fuit procul dubio, quam ea ipſa perduellionis lex: *lex* quippe *curiata*, quum comitia centuriata a Servio Tullio demum, tributa in judicio Coriolani primum uſurpata fuiſſe conſtet: *lex* etiam, quae *Quaeſtores Regibus etiam tum imperantibus inſtitutos eſſe oſtendebat*, dum ea nominatim *Duumviros*, paricidii nempe Quaeſtores, perduellionis judicio praeficiebat, auctore *Livio, loco ſaepius laudato, L.* 1. *c.* 26. Eſt quoque ea *lex repetita ab L. Bruto*, non, quod de Quaeſtoribus in Republica nova retinendis, univerſi populi ſuffragio, lex curiatis comitiis lata ſit, eamque tulerit L. Brutus, quae *Vertranii ad Taciti l. c.* antiquitatis fide deſtituta ſomnia ſunt; ſed *repetita lex*, eſt a L. Bruto, quia illa curiata lex, *lex de perduellione* erat, de perduellione vero ſtatim ſub initiis libertatis, &, priusquam Conſulatum iniret, *curiatam legem* ferebat Brutus, illam ſcilicet, qua Tarquiniis exilium irrogabat, & capitale eſſe jubebat, ſi quis eorum cauſſa quicquam vel diceret, vel faceret, teſte *Dion. Hal. A. R. L.* 4. *p.* 275. *ſq.* & ex qua lege de adoleſcentibus Tarquinios in urbem reducere meditantibus eodem adhuc anno in Conſulatu ultimum ſumi jubebat ſupplicium, de quo judicio videndi: *Liv. L.* 2. *c.* 5. *Dion. Hal. A. R. L.* 5. *p.* 283. *ſeqq.* & *Plutarch. in Poplicola, Vitar. Tom.* 1. *p.* 180. *ſeqq.* At, ex ea tamen *lege a D. Bruto repetita* illud forte non videtur ſatis apparere, quod ſtatim ſubjecit *Tacitus : manſiſſe Conſulibus poteſtatem deligendi* Quaeſtores,

ſtores, ſiquidem Livius, Dionyſius & Plutarchus eo concinunt, quod in judicio iſta lege peracto *Bruto poenae capiendae miniſterium Conſulatus impoſuerit*.

Sed ſalva nihilo ſecius Taciti eſt auctoritas, modo non id ſolum cogitemus, quamvis & hoc, ſi eo opus foret, juvare poſſet, id judicium de conjuratis quoad cognitionem *Quaeſtoribus* vix indiguiſſe, quoniam ſilentio, lacrymis & precibus culpam ſponte profitebantur rei, & literis ſua manu ſcriptis maleficiis convincebantur: verum & praeterea obſervemus, *Plutarchum & Dionyſium dictis locis* non conceptis verbis quidem, tamen nec admodum obſcure innuere, P. Valerium Publicolam cum fratre Marco Quaeſtorio munere tum functum fuiſſe, dum eos fratres ad atrium regium & ad aedes Aquiliorum epiſtolarum inquirendarum & illius inquilinorum cuſtodiendorum cauſſa cum manu amicorum, clientum & ſervorum advolaſſe, iſtum adoleſcentes reos comprehendiſſe, & Conſulibus ſtitiſſe, iſtius juſſu ſervum facinoris indicem productum eſſe, & ejusdem Valerii ſilentium denique ſpem mitioris ſententiae reis feciſſe: quando ſcilicet, quomodo ea omnia cum privato homine congruant, vix intelligitur; contra autem inde, & quum Valerii eam inquiſitionem ignorantibus adhuc totam rem Conſulibus ſuſceperint, id confirmatur, quo ante ſuſpicati ſumus, Quaeſtorum munus Regum aetate magiſtratum perpetuum, nec ſingulorum, forte percrebreſcentium criminum cauſſa creatum fuiſſe. Ut ita enim cenſeamus, minime prohibet *Liv. L. 1. c. 26.* ubi Tullum advocato populi concilio dixiſſe narrat: *Duumviros, qui Horatio perduellionem judicent ſecundum legem, facio.* Nam, ſive hic ſequaris partes *Ulpiani in d. l. un. pr. ff. de off. Quaeſt.*, *Tullus Hoſtilius primus in Rempublicam induxit Quaeſtores*, adeoque ſic ex illa Tulli oratione nihil conficitur, num is magiſtratus perpetuus deinde fuerit, nec ne: ſive etiam Gracchani ſententiam amplecti malis, duos primos

Romanorum Reges jam Quaeſtores habuiſſe perhibentis: nec iſta quidem cum his Livii verbis rite collata vetat, ne ante Tullum Quaeſtorum ſeu Duumvirum magiſtratus jam fuerit perpetuus, quandoquidem, etiamſi, fide Gracchani, ante Tulli aevum jam Quaeſtores, iique perpetui, fuiſſent; tamen hactenus de perduellione, ceu ex *Cicer. Orat. pro Rabir. c.* 4. antea dictum fuit, nondum judicaverant, & ideo Tullum illa fini eos *Duumviros, ut Horatio perduellionem judicarent ſecundum legem, facere* utique oportuit; ne dicam horum ipſorum Tulli Duumvirum extra ordinem majorem aliquanto poteſtatem fuiſſe, quam quae alias ad eos ex Reipublicae forma pertinebat, quum Duumvirum ſeu Quaeſtorum iis temporibus tantum fuerit *quaerere*, non *judicare*; quia majorum criminum judicium ad ipſos Reges cum conſilio illud, ceu ex Dionyſio & Livio jam probatum eſt, exercentes, uti leviorum ad Senatores, ſpectabat, & idcirco neceſſum erat, ut, ſi Tullus, teſte *Livio*, *triſtis ingratique ad vulgus judicii*, aut, *ſecundum judicium, ſupplicii auctor* (quod regii muneris in gravioribus delictis fuiſſe diximus) *eſſe* nollet, *Duumviros* ea formula, *ut & judicarent ſecundum legem faceret.* Faciendi ergo illos apud ipſum Regem Tullum Hoſtilium, neque apud populum poteſtatem fuiſſe, Regis apud Livium verba: *Duumviros facio*, ita evidenter ſignificant, ut nulla omnino cauſa ſit, quare Junii Gracchani narrationem, *Romulum & Numam Quaeſtores non ſua voce, ſed populi ſuffragio, creaſſe*, ultra duos iſtos, quos nominat, Reges extendere velimus. Contra potius ſtat Livii auctoritas, &, quum non ſit moris regii, traditam a majoribus majeſtatem minuere, nulli dubitamus, quin & poſteriores Tullo Reges itidem ſine populi conſilio Quaeſtores ipſi renunciaverint, quos & Tarquinium Superbum habuiſſe, eo minus ambiguum videtur, quo magis iſtum legum everſorem, licet cognitiones capitalium rerum ſibi vindicaverit,

Quae-

Quaestoribus tamen, *qui conquirerent maleficia*, carere vix potuisse manifestum est, utpote qui in lucro ponebat, *non suspectos modo aut invisos, sed unde nihil aliud quam praedam sperare poterat*, damnare, teste *Liv. L.* 1. *c.* 49.

Consules vero exinde creati in regia munia prope omnia initio succedebant, quando, *ut penes eos summum jus esset*, *lege rogabatur*, quae *Pomponii in l.* 2. §. 16. *π. de O. I.* verba sunt; & Regibus licet expulsis nihilominus prima libertatis aetate (quale deinde Consilium in bellis fuisse scribit *Polybius Hist. Lib.* 6. *c.* 10.) μοναρχικὸν ἁπλῶς καὶ βασιλικὸν τὸ πολίτευμα Ῥωμαίων videbatur, adeo, ut *Cicero de LL. L.* 3. *edit. Ald. p.* 187. *&* 189. *verbo*, magis, quam *re*, libertatem datam fuisse, & *nomen* tantum Regis repudiatum esse, *rem* mansisse, adserere haud dubitaverit, quin in sua illa lege commentitia, *ibid. p.* 185. *duos regio imperio* Consules vocitet, *Dion. Halic.* autem *A. R. L.* 4 *p.* 269. Consules creandos τοὺς ἕξοντας τὴν τῶν βασιλέων ἡγεμονίαν nuncupet, atque identidem, v. c. *L.* 4. *p.* 276. *L.* 5. *p* 277. *& L.* 10. *p.* 644. Consulare fastigium βασιλικὴν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν nominet. *Libertatis* enim *origo inde magis, quia annuum Consulare imperium factum erat, quam quod deminutum quicquam esset ex regia potestate, numerabatur*, quum nempe ejus *omnia jura primi Consules tenerent*, auctore *Liv. L.* 2. *c.* 1., ut ergo inde sua sponte consequatur, non modo graviorum criminum judicium, quod & exemplo Bruti jam antea confirmatum est, eodem jure pertinuisse ad Consules, quo olim Reges id habuerant: sed & simul inde patescat, cur, quod *Tacit. l. c.* affirmat, *manserit Consulibus potestas deligendi Quaestores*.

At non diuturna Consulibus utraque haec erat laetitia, officiente eorum luminibus P. Valerio, qui populi studio Publicolae nomen merebatur, teste *Dion. Hal. A. R. L.* 5. *p.* 328. Quum enim is vocato ad concilium populo submissis fascibus in concionem descenderet,

rer, eoque veluti populi, quam Consulis, potestatem vimque majorem esse profiteretur, adhaec fascibus quoque secures detraheret, narrantibus *Dion. Hal. A. R. L. 5 p. 292. & 338. atque L. 10. p. 682. sq. Liv. L. 2. c. 7 & Plutarch. in Poplic. Vitar. Tom. I. p.* 186. hoc ipso merum imperium, quo hactenus gavisa erat, adimebat Consulari dignitati, ceu recte observavit, quem lucem vidisse trigae summorum JCtorum debemus, *Joseph. Averanius interpr. Jur. L. 1. c. 1. n.* 13. *seqq.* Apertius insuper id agebat, quando haec praenuntia indicia diserta ejusdem lex sequebatur ut, si magistratus civem capite plectere, flagris caedere, aut pecunia mulctare vellet, civi ad populi judicium liceret provocare, neque, donec hic suffragium tulisset, in eum animadvertere; de qua libertatis Romanae arce videndi *Pomponius in l. 2. §. 16. π. de O. J. Dion. A. R. L. 5. p. 292. & 334 L. 6 p. 385. L. 7. p. 448. L. 9. p. 596. Liv. L. 2. c. 8. Plutarch. l. c. p. 187. & Val. Max. L. 4. c. 1. Ex. 1.* Illa enim id efficiebat, ut, quum ita *Consules* non amplius *de capite civis Romani jus dicere possent*, uti est in *l. 2. §. 23 π. de O. J.* solis Quaestoribus abhinc rerum capitalium cura incumberet, hique postea *capitalibus rebus praeessent* soli, ea conditione nempe, ut maleficia conquirerent, caussarum ejusmodi pondera populo exponerent, tum vero populus, & quidem post XII. Tabulas conditas non nisi per maximum comitiatum, de capite rei ferret, uti ea omnia ex quaestione in Cassium, de qua supra diximus, haud dubie intelliguntur.

Quoniam igitur in capitis judicio non illae, quae prius fuerant, Consulum porro partes erant, *propterea jam etiam Quaestores constituebantur a populo*, quorsum, neque simpliciter ad originem eorum, respicere Pomponium in *d. legis* 2. §. 23. verum ad sequius tamen aevum referendo, admodum probabile est. Nam ex eo tempore, quod in A. U. C. CCXLIV. annum

nempe

Digitized by Google

nempe Regifugii, & illum, qui quintum lustrum, (quod eidem anno male tribuit *Plutarch. l. c. p.* 188., Scriptor nempe prolepsi, quam dicunt, observante *Ill. Heineccio in Comm. ad L. Jul. & Pap. Popp. L.* 1 *c.* 2. § 8., adsuetus) si *Dion. L.* 5. *p.* 293 & Fastos Capitolinos conferamus, praecessit, testibus *Zonara & Plutarcho ll. cc.* incidit; *eum quoque honorem populus mandare* coepit, quod ait *Tacit. Ann. L. xi. c.* 22.; quamvis, num, ut id porro fieret, XII. Tabularum legibus postea cautum fuerit, quum loca ejus probandi caussa a *Jac. Gothofredo in LL. XII. Tabb. L.* 3. *Tab.* 9. *p.* 142. *seq.* allata vix id conficiant, in ambiguo relinquamus. *Mandavit* vero *eum populus*, quia Valerius, penes quem vi Consulatus potestas deligendi erat, populo, ut Quaestores designaret, *concedebat*, seu ἔδωκεν ἀποδεῖξαι, uti non sine caussa inquit *Plutarch. p.* 188. qui simul efficiebat, ut Quaestores deinde non solum a conquirendis maleficiis, sed & a *conquirendis*, *inquirendis & conservandis pecuniis publicis* nomen ferrent, vid. *Varro de LL. Lib.* 4. *p.* 20 juncta *l.* 2. §. 22. *ff.* *de O. J.*

Quippe, quemadmodum Valerius lege sua de provocatione permiserat, ut Consulum de gravissimis criminibus judicium, a Regibus hereditario quasi jure illis traditum, ad populum transiret, & hic quoque, quos capitalibus quaestionibus praeesse vellet, juberet, *d. l.* 2. § 23. *ff. de O. J.* ita & praeterea, quum publicae pecuniae dispensationem ipse tractare, aut amicis concedere, aut denique omnino populi pecunias deferri nollet in privati domum, vereretur que, ne malos Consules aliquando, si publicae pecuniae domini efficerentur, quidvis audendi fiducia teneret, aerario templum Saturni, quod A. U. C. CCLVI. Sempronio & Manucio Coss. demum dedicatum esse scribit *Liv. L.* 2. *c.* 21., adsignabat, teste rursus *Plutarcho l. c. p.* 187. *collata p.* 200. qui idem & priore loco auctor est, data

ab illo, ceu jam diximus, populo Quaestores creandi potestate, hunc P. Viturium & M. Minucium primos renuntiasse, quos postea ad Consulatum erectos esse Fasti docent. Verum his non solam aerarii curam, sed duplicem provinciam, alteram rerum capitalium, alteram pecuniae publicae administrandae, obvenisse; non uno argumento inducti existimamus.

Maximum illius sententiae praesidium est in Zonarae verbis disertis in limine hujus suspicionis nostrae adscriptis, testantis, *Quaestores rerum capitalium deinde & publicae pecuniae administrationem nactos esse.* Sed & alia suppetunt adminicula. *Plutarchus d. l.* non, quod pessime fecit Latinus ejus interpres, Herm. Cruserius, creationem Quaestorum cum iis, quae de aerario narrat, conjungit, sed potius a se invicem sejungit. Disserit Plutarchus primum de lege Valerii de provocatione, tum de ea, ne quis magistratum injussu populi caperet, legibus videlicet ad quaestiones capitales pertinentibus; mox de lege, qua vectigali cives levavit, quae, quum pecuniam ex vectigalibus Quaestores recepisse indubium sit, & egregie Criticorum Princeps *Petr. Burmannus in Diss. de vectigal. P. R. c.* 8. evicerit, utique ad aerarium ejusque praefectos spectabat; post rursus de lege mulctam iis, qui Consulibus non parerent, irrogante, postremo de lege contra affectatae tyrannidis reos, quod iterum capitale crimen erat; & tum demum subjicit, *laudatum Valerium etiam fuisse propter legem Quaestoriam*, atque additis exinde quibusdam de aerario in Templo Saturni constituto, finem omni isti narrationi imponit, inquiens, sed non connexe: Ταμίας δὲ τῷ δήμῳ δύω τῶν νέων ἔδωκεν ἀποδεῖξαι, *Quaestores vero duos, ut ex juventute crearet, populo permisit*; ut adeo hinc intelligatur, illa ultima verba non ad ea tantum, quae Plutarchus statim ante de aerario, sed & ad ea, quae de quaestionibus commemoraverat, referenda esse. Ipse quoque *Plutarchus*

ibid.

ibid. p. 200. huic narrationi suae lucem foeneratur, dum, caussam reddens, quare Quaestorum curae aerarium permiserit Publicola, eam, quam ibi exponit, non ait fuisse caussam ἀποδείξεως τ̃ ταμείων, *creationis Quaestorum*, sed fuisse caussam τ̃ τῶν ταμείων ἐπὶ τοῖς χρήμασι καταστάσεως, *Quaestorum super pecunias constitutionis*, illius nempe, qua Quaestoribus, qui jam erant, capitalibus, nova cura, aerarii scilicet, addebatur. Suadet idem deinde auctoritas *Pomponii in l.* 2. § 23. *π. de* O. *J.* satis, ni fallor, significantis, Quaestores rerum capitalium populi suffragio creati coepisse propter legem Valeriam de provocatione, quod vero nullius antiqui Scriptoris fide, nisi illis Plutarchi Quaestoribus praeter aerarii & quaestionum capitalium curam obtiguisse credas, stabiliri unquam poterit. Accedit, quod a *genere* quaerendi *Quaestores* dictos tradat *Ulpianus in l. un* §. 1. *π. de Off Quaest.*, porro, quod in judicio Cassii nullam adhuc notam diagnosticam addant Livius & Dionysius, quales illi Quaestores de Cassio quaerentes fuerint, tum, quod nullum apud veteres testimonium superet, alterum Quaestorum genus ante XII. Tabulas compositas *paricidii Quaestorum* nomine jam innotuisse, uti contra in his id nomen usurpatum esse, & *Pomponius in l.* 2. §. 23. *π. de O. J.* & *Festus de V. S. voce Quaestores* fidem faciunt; denique, quod merito cura conquirendorum maleficiorum & conquirendae pecuniae publicae conjuncta fuisse videatur, quia, uti sententiam populi de Cassio latam Quaestores exsecutos esse & reum de saxo Tarpejo dedisse praecipitem legimus apud *Dion. L.* 5. *p.* 546., ita multo magis conveniens videtur, ut iidem Quaestores, qui pecunias damnatorum in aerarium, teste *Eod. Dionys. L* 5. *p.* 303. *& L.* 11. *p* 726. intulere, illas mulctas a damnatis etiam exegerint. Certe, ut conquisitionem maleficiorum & pecuniarum publicarum initio conjunctam fuisse arbitremur, praeter jam laudata Zonarae

verba

Digitized by Google

verba etiam ſequentia ejusdem Scriptoris luculenter confirmant, dum pergit: *Et Aerarii cognominabantur. Poſtea autem aliis commiſſum fuit judicia exercere : at illi pecuniarum diſpenſatores erant.* Non disquirimus, num forte illa Zonarae librarii incuria trajecta, & ita legenda ſint: Μετὰ ταῦτα δὲ Ταμίαι προσωνομάσθησαν, καὶ ἑτέροις μὲν κ. τ. λ., an ſic forte magis illa placere poſſent: ἦσαν διοικηταὶ, καὶ Ταμίαι προσωνομάσθησαν, quum, quicquid ejus lubeat, ita minimum, quod ſua ſponte pateſcit, Zonaras capiendus ſit, ne Quaeſtoribus ab aerario nomen inditum putemus, antequam binae Quaeſtorum provinciae inter duo Quaeſtorum genera diviſae fuere. Qua vero aetate illa familia Quaeſtoria diviſa ſit, & alii ex ea *paricidii Quaeſtores*, alii *Quaeſtores aerarii*, ſeu, uti in vetuſta tabula aenea apud *Gruter. Inſcription. antiq. p.* 628. audiunt, *Quaeſtores, qui aerariam provinciam obtinerent*, aut hi plurimum *Quaeſtores* ſimpliciter & καθ' ἐξοχὴν dici coeperint, ſin, ut ipſe dies & Conſul edatur, poſtuletur, nemo temere affirmaverit. At, ſin quis non adeo arcte circumſcripto temporis ambitu contentus eſſe velit, eum in ipſa ſyntheſi §. 22. & 23 *d. l.* 2. *π. de O. J.* & apud *Liv. L.* 4. *c.* 4. ſignificari arbitramur. Sane, diſcrimen Quaeſtorum ante Decemvirales leges conditas invaluiſſe, ipſum nomen *Quaeſtorum paricidii*, quod in iis exſtitit, demonſtrat. *Livium l. c.* de ſolis *Quaeſtoribus Aerarii* ſenſiſſe, vel id documento eſt, quod ex perſona Canuleji contendat, Regum tempore *Quaeſtores nullos* fuiſſe; quandoquidem is alias plane adverſa fronte pugnaret cum Junio Gracchano, cujus tamen tanquam Scriptoris, qui propius a Regum temporibus abfuit, major, quam quidem Livii, in hac cauſſa, merito foret auctoritas. Quin, ſenſiſſe eum de *Quaeſtoribus aerarii*, & de illa aetate, qua hi eo cognomine a *Quaeſtoribus rerum capitalium* jam ſegregati fuere, inde dubio procul conſequitur, quoniam Livium ibi in enarrandis magiſtrati-

ſtratibus temporum ſeriem ſecutum animadvertimus, illam nempe, ut primum Conſules, tum Dictatores, mox tribunos plebis & Aediles, exin *Quaeſtores*, & poſtremo Decemviros memoraverit: jam autem poſt Aediles Quaeſtores demum emerſiſſe, nemo priſci aevi, qui ſuperat, Scriptor tradiderit, e diverſo autem capitalium rerum Quaeſtores Reges inſtituiſſe, ſatis dictum ſit, & in hos dudum ante tribunos creatos adminiſtrationem aerarii inſuper collatam eſſe, non unus modo Plutarchus, ſed & Dionyſius locis infra laudandis, hisque conjunctus Tacitus, fidem faciant. Similiter prope comparata res eſt cum Pomponio, qui a Regibus, Tribunis Celerum & Conſulibus (quibus Cenſores ideo, quod per hos aeque, ac per legem Valeriam, iſtorum majeſtas imminuebatur, conjungit) ad Dictatores, Magiſtros Equitum, Tribunos & Aediles plebejos, ab his rurſus ad Quaeſtores aerarii & paricidii, tum denique ad Decemviros decurrit in *l.* 2. §. 14. *ſeqq. π. de O. J.* ut igitur illi ordini, Liviano modo enarrato fere per omnia conſono, eadem adverſari, quae Livio obeſſe monuimus, nemo non intelligat. Sed utrisque parata medela eſt, ſi Zonaram audire velis, & hoc duce tibi perſuaderi patiaris, Publicolam Quaeſtoribus rerum capitalium etiam aerarii curam demandaſſe, poſtea vero aliis judicia, aliis pecuniarum diſpenſationem committi coepiſſe, hocque eo temporis tractu factum fuiſſe exiſtimes, quem Quaeſtoribus adſignarunt Livius & Pomponius, annis ſcilicet inter tribunos plebis & Decemviros creatos mediis, imo poſt Sp. Caſſii damnationem, quem A. U. C. CCLXVIII. damnatum novimus. Nam, quo magis huc inclinemus, movet obſervatio, quam veram eſſe aequus rerum arbiter facile deprehendet, Eximii Germaniae JCti: *Cel. Heineccii in praefatione, quam Opuſculis ad hiſtor. Jur. pertinentibus, & cura Jo. Ludov. Uhlii collectis, praemiſit, p.* 54., illa nempe: In *l.* 2. *π. de O. J.* multa praetermiſiſſe videri

Tri

Tribonianum, quae Pomponius accuratius prolixiusque retulerit, nec credibile esse, hunc omnia tam paucis verbis, ac paene per mera lemmata, attingere potius, quam narrare voluisse: ea vero re factum esse, ut multa jam male cohaerere videantur, quae cohaererent procul dubio pulcherrime, si totum Pomponii opusculum exstaret; cujus probandi caussa non abs re quoque ad illas *in* §. 9. & 10. *d. l.* 2. obvias, posteriora cum prioribus conjungentes formulas: *Deinde*, &: *Eodem tempore*, provocat *Idem Ill. Heineccius.* Licet enim illorum sectae, qui emblematum Triboniani prodigi sunt, minime nos adjungamus, iis tamen, quae exposita hactenus, perpensis, nullam viam, qua aeque caveri possit, ne in Pomponium faba cudatur, isque ab *ἀνισορησίας* labe hic liberetur, animadvertimus, praeter illam, ut Tribonianus Pomponii epitomator fuisse, &, dum brevis esse laboravit, obscurus aliquando factus credatur, & exinde ducatur conjectura, quod, uti ante §. 9. & rursus ante §. 10. *d. l.* 2. haud pauca, quae olim in Pomponii enchiridio exstitisse videntur, Tribonianum omisisse non praeter rationem judicavit *Cel. Heineccius*, ita & idem circa Quaestores usu venerit, & prius forsitan in suo enchiridio egerit Pomponius de conditione Quaestorum tempore Regum, & de illa, quae mox ex Publicolae instituto fuit, tum mutationes, quae deinde circa honorem Quaestorium evenere, adjecerit; has vero solas, utpote ex quibus id, quod cognitu maxime necessarium erat, duas nempe Quaestorum classes apud Quirites tandem natas fuisse, appareret, Tribonianus brevitatis amore dignas censuerit, quas excerperet, & ibi, ubi id postulabat temporis ratio scilicet post Tribunos & Aediles, commemoraret; quam ob rem vero in illum Juris nostri Architectum virgas expedire tanto iniquius foret, quanto magis non adeo Historicum, quam JCtum eum agere oportuit, &, *quod utilissimum, colligere, ac certo mo-*

dera-

Digitized by Google

deramine tradere, atque supervacua deminuere Imperator ei concesserat, teste ipso Imperatore *in l. 2. §. 1. & 10. Cod. de vet. jure enucl.* Posset & illud insuper firmandae sententiae hujus caussa adferri, quod, si illa Pomponii verba, quae nonnulli, quibus secare & urere volupe est, exulare jubent, illa inquam: *Qui pecuniae praeessent*, servare velimus, vix Pomponius, ceu ipse egregius caeteroqui illius vindex *ὁ πάνυ Bynkershoekius in praeterm. ad d. l. 2. §. 22.* candide profitetur, ταυτολογίαν effugiat, nisi id Pomponium heic sibi voluisse arbitreris: Propter auctum populi aerarium, ut essent, qui aerario, soli nempe aerario, nullis aliis districti curis, praeessent, constitutos esse peculiares Quaestores aerarii, seu, (quae quippe verba mera hujus tituli videntur esse παράφρασις) *qui pecuniae praeessent*. At, nervum hujus quidem argumenti urgere supersedemus, tum, quia caetera proposita momenta satis perspicua putamus, tum, quia alia adhuc superant, de quibus in primis agendum est.

Nec enim Pomponio, nec Plutarcho, nec Dionysio, nec Livio denique fides sua constare potest, si *Tacitum* toleramus, quemadmodum hucusque, exhibetur. Nam *Ejus L. XI. c. 22.* haec narratio traditur: *Creatique primum* (Quaestores) *Valerius Potitus & Aemilius Mamercus, LXIII. anno post Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarentur. Dein gliscentibus negotiis, duo additi qui Romae curarent. Mox &c.* Nam, siquidem haec genuina Taciti verba esse permittimus, in hoc negotio omnis caeterorum Scriptorum auctoritas recidit ad nihilum. Juvari vero posset Tacitus, si quis scribae incuriam metathesin verborum & errorem in numero produxisse largiretur, quae utraque vitia quoties bonis Auctoribus perniciosa fuerint, nemo unus ignorat. Quippe, sin ea & in hunc locum irrepsisse daretur, haud invitus sic legerem: *Creatique primum, qui Romae curarent. Dein gliscentibus negotiis duo additi, Valerius Potitus & Aemilius Mamercus LXXXX. anno*

post

Digitized by Google

post Tarquinios exactos , ut rem militarem comitarentur. Mox &c. Sic pax foret Tacito cum reliquis Scriptoribus, quae nulla speranda, si eo, quo edita sunt, ordine verba retineantur. Nusquam traditum reperies, primum Romanos creasse Quaestores provinciales, qui rem militarem comitarentur, deinde eos, qui Romae curarent, & sic illos prius externis prospexisse, quam, quid intus & domi pravi rectique gereretur, animum adverterint. Novimus, Proconsulum, Propraetorum, Aedilium in Romanis coloniis & municipiis nomen nunquam auditum esse, nisi postquam dudum caput orbis Roma Consules, Praetores, Aediles habuerat. In Quaestoribus, non aliud obtinuisse, facundus testis est *Liv. L. 4 c. 43.* *Moles*, inquit, *discordiarum inter plebem ac Patres exorta est ; coepta ab duplicando Quaestorum numero, ... ut praeter duos urbanos Quaestores duo Consulibus ad ministeria belli praesto essent, &c.* ut igitur appareat, *gliscentibus negotiis non duo, qui Romae curarent*, sed , *ut rem militarem comitarentur, additos esse.* Annus etiam post Tarquinios exactos LXIII. neque urbanorum, neque provincialium Quaestorum origini applicari potest. Minime urbanis, quos quippe a Regibus creatos, & eorum munia a Publicola (Postumio Tuberto & Agrippa Menenio Coss. A. U. C. CCL. teste *Liv. L. 2. c.* 16. jam demortuo,) aucta, haecque ante latas XII. Tabularum leges bifariam divisa esse ex ante probatis liquere speramus. Provincialium natales non magis illi anno adsignandi, silente non solum id *Livio*, sed , illos multis annis post demum creari coepisse, diserte & accurate *l. c.* narrante, quin ad annum illum LXIII. post Tarquinios exactos omnia foris pacata fuisse affirmante *L. 3. c. 65.*, & ad annum proximum, cui quartus T. Quintii Barbati Capitolini & Agrippae Furii Fusi Consulatus nomen dedit, *L. 3. c.* 69. inter alia memorante, Quaestores signa ex aerario prompta detulisse in campum , at nullo verbo

Digitized by Google

verbo significante, novos eos Quaestores & ab urbanis diversos fuisse: quibus nimium expensis merito colligere licebit, nec priore anno Rempublicam pacatam Quaestoribus militaribus quidem uti potuisse, nec altero usam esse, quum, si quid ejus rei tum fere contigisset, id neglecturum fuisse Livium nullam veri habeat speciem. Justus Lipsius quoque pridem jam vidit, numerum Taciti in mendo cubare, quamvis argumentum, unde id conficit, nihil minus probet. In cura etiam inclementior, & nodum secare quam solvere proclivior est, ut adeo mirum sit, ullum hic *Pompeji Lampugnani* notam effugisse, qui alias in Schediasmate Bergomi anno superioris seculi secundo excuso, quod *J. Lipsii in Tacitum notas cum MSc. Cod. Mirandulano collatas* inscripsit, multa ejus ad censuram revocavit. Certe, si unquam, hic notari meruisset Lipsius, dum annum XXIII. post Tarquinios exactos Tacito obtrudere laborat. Plutarchus, ceu supra ostendimus, obloquitur diserte Lipsio, & fatetur ipse Lipsius, sed de eo plane non est sollicitus. In Dionysio quoque & Livio nihil Lipsii sententiae favet, omnia potius adversa sunt. Nihil juvat, quod in judicio Cassii *Dion. Hal. A. R. L.* 8. *p.* 544. & 546. *atque Liv. L.* 2. *c.* 41. Quaestores memorent, & post hunc annum saepius eorum meminerint, v. g. *Dion. A. R. L.* 2. *p.* 549. *L.* 10. *p.* 648. & 560. & *L.* 11. *p.* 746. atque *Livius passim*: quum, si vel maxime tum primos Quaestores nominavissent, inde tamen neutiquam consequeretur, primos illos fuisse, quando id nulla litera innuunt isti Scriptores. Etiam id praeterea falsum est, quod primos hos nominent, siquidem jam saepius antea *Dionysius*, nempe *A. R. L.* 5. *p.* 303. *L.* 3. *p.* 416 & *L.* 7. *p* 468. eorum mentionem injicit. Nec nomina quidem Quaestorum in judicio Cassii cum Quaestoribus Taciti congruunt, quum hic alterum nuncupet Aemilium Mamercum,

mercum, & iste alter fuerit Caeso Fabius, testibus Dionysio & Livio, ipsoque rursus non diffitente Lipsio. Annorum insuper computus non magis accuratus est. Primus in Taciti computo annus censendus, ipse annus Regifugii, cujus quippe magna pars, quando ejiciebantur Reges, adhuc erat residua: quomodo vero Consulatus Fabii & Cornelii, quibus Coss. Cassius damnatus, si Capitolinos & Triumphales Fastos, ex quorum ordine A. U. C. CCLXVIII illi fuere Consules, sequaris, in annum post exactos Tarquinios non XXIII. sed XXV. aut, si plane Idatianos Fastos, qui istis Coss. A. U C. CCLXIX., ad quem & ipse Lipsius Cassii judicium retulit, tribuunt, duces eligere malis, itidem non in annum XXIII. sed prorsus in annum XXVI. a libertatis initio incidit. Quin & Lipsii conjectura nullis omnino harum difficultatum premeretur, nihilominus ficulnea ejus esse fundamenta inde satis appareret, quod Tacitus etiam illa ratione, qua vulgo legitur, tamen de Quaestoribus militaribus loqueretur: jam autem, ut hujusmodi Quaestores diem Cassio, tyrannidis reo, Roma dicere potuerint, quin ejus causia creati sint, a vero abhorreat longissime. Verum contra nobis videtur esse admodum propinquum, ad annum a Regum fuga nonagesimum Tacitum digitum intendisse. Neque, qui antiquis monumentis adsuetus est, difficulter intelliget, quo pacto annus nonagesimus in annum sexagesimum tertium transformatus fuerit. Romani enim in numerorum characteribus signandis non unam eandemque viam ingrediebantur, sed mox numeros numeris praeponentes posterioribus aliquid detrahebant, mox numeris numeros adjicientes priores augebant. Sic v. g. plurimum scribebant IV. VI. VIII. IX. XL. XLVI. LXXX. at frequentantur tamen & harum notarum loco in antiquis monumentis talia signa, ut IIII. *quatuor*, v. *Gruter. Inscript p. 712. Inscr. 2. p. 738. Inscr. 1. p. 743. Inscr. 6.* ut IIIII. *sex* vid.

Digitized by Google

vid. *Gruter. p.* 367. *Inscr* 7. ut IIX. *octo*, v. *Petr. Diaconus de notis literar. prope finem*, *Gruterus p.* 733. *Inscr.* 12. *p.* 791. *Inscr.* 6. & *Robbigii Codex Critic. L.* 2. c. 8. *seq.* ut VIIII. *novem*, v. *Gruter. p.* 744. *Inscr.* 6. *p.* 751. *Inscr.* 4. *p.* 755. *Inscr.* 2. *p.* 759. *Inscr.* 2. ut XXXX. *quadraginta*, v. *Gruter p.* 700. *Inscr.* 7. *p.* 724. *Inscr.* 1. *p.* 745. *Inscr.* 11. *p.* 753. *Inscr.* 1. & 4. & *Fasti Capitolini ad A. U. C.* 528. (ubi quadragesimum secundum lustrum his siglis : L. F. XXXXII. indicatur) atque epitaphium, quod aeri incidi curavit immortale Belgii Decus *Graevius Thes. Antiq. Rom. Tom. XI. p.* 1673. ut IVL. *quadraginta sex*, v. *Gruter. p.* 540 *Inscr.* 3. ut XXC. *octoginta* significentur. v. *Gruter. p.* 568. *Inscr.* 4. & *p.* 766. *Inscr.* 6. quibuscum conf. *Sert. Ursati Marmora erudita* posteriora, ante hoc vicennium post Auctoris fata idiomate ejus vernaculo edita, *p.* 312. Totis Inscriptionum centuriis pleraque haec comprobari possent ; sed haec pauca , quae , ut omnis tolleretur dubitatio, exempli tantum caussa laudavimus, satis jam evincent, non alienum fuisse a more Romanorum , ut *nonaginta* non solum hac forma XC., sed & ista LXXXX. indicaverint. Non ita multa quidem hujus rei in priscis lapidibus, quam quidem istorum numerorum, quos prius adscripsimus, documenta superare, minime mirabitur , qui annum nonagesimum raram inter homines aetatem esse cogitaverit, vix autem in alia caussa eum numerum usurpari potuisse in marmoribus perpenderit : sed , ne tamen nulla reliqua facta esse putes, vide, sis, *Gruter. p.* 733. *Inscr.* 11. ubi laudatur *Memmia Caretosa Ann. LXXXX.* Jam vero, si ejusmodi nota annos apud Tacitum scriptos fuisse licet conjicere, sane & altera conjectura facilis est, quo pacto nempe inde annus LXIII. emerserit, mutatus nempe scribae oscitatione tribus posterioribus notis numeri denarii in totidem notas nu-

meri singularis. (*) Et ut eam quidem sententiam amplecta-

(*) Affine prope mendum deprehenditur apud *Macrob. Saturn. L. 2. c.* 13. ubi dicitur, *Fanniam legem latam esse, anno post Romam conditam secundum Gellii opinionem quingentesimo octogesimo octavo*, quum tamen eam legem C. Fannio Strabone & M. Valerio Messala Coss, hoc est, A. U. C. DXCII. esse rogatam, tum auctoritate *Gell. N. A. L* 2. *c* 24., tum ex comparatione eorum, quae ipse Macrobius ibi de illo temporis intervallo, quod inter leges Orchiam & Fanniam, atque rursus inter Fanniam & Didiam effluxit, disserit, certo certius sit. Nam & iste error non aliunde natus videtur, quam quod apud Macrobium forte scriptum fuerit: *anno post Romam conditam DLXXXXII.* Scriptores librarii vero, posteriores numerorum characteres trajiciendo, inde DLXXXIIX. effecerint, quo signo quippe veteres *octoginta octo*, significasse, antiquus titulus apud *Gruter. p.* 728. *Inscr. 6.* docet. Simili ratione etiam consulendum est *Livio L.* 44. *cap.* 17. cujus verba: *Consules creati, L. Aemilius Paullus iterum, septimo decimo anno postquam primum Consul fuerat, & C. Licinius Crassus*; alias male se habent. Is error enim itidem, ceu jam *Sigonius ad Livii l. c.* animadvertit, ex notis numerorum emanavit. Legendum quippe est *quarto decimo anno*, quum Aemilii primo Consulatu Fasti annum U. C. DLXXI, altero annum U. C. DLXXXV. notent, & id minimum constet, *quarto decimo anno* a primo alterum Consulatum obvenisse Aemilio. Nam & hic ita videtur aberrasse describentium stylus, ut ex nota antiqua numeri quarti decimi XIIII. notam septemi decimi XVII. effinxerit, quod παρόραμα quam facile admitti potuerit, perspicuum est.

plectamur, non suadet adeo, quam cogit *Livius*, dum *L.* 4. *c.* 44. juncto *C. praeced.* 43. luculentum testimonium perhibet, tum duplicari coepisse numerum Quaestorum, nempe aerarii, ita, ut praeter duos urbanos Quaestores duo Consulibus ad ministeria belli praesto essent, seu, quomodo *Tacitus* id explicat, *rem militarem comitarentur.* Quin mox, postquam prius eam rem anno proxime superiore certaminibus extractam fuisse narraverat, *idem Livius* diserte tradit, id contigisse, & haec Quaestorum comitia habita esse Quinctio Cincinnato, Manlio Vulsone, Furio Medullino & Sempronio Atratino Tribunis militum Consulari potestate, a quorum vero Tribunatu in Fastis A. U. C. CCCXXXIII. nomen fert, quem autem *annum nonagesimum* esse *post Tarquinios* exactos nemo negabit, nisi qui forte Tarquinios A. U. C. CCXLIV. solum vertisse ignorat. Plurima ad haec accedunt, ex quibus confirmatur Taciti fides, Valerium Potitum & Aemilium Mamercum primos illos Quaestores militares fuisse, A. U. C. CCCXXXIII. creatos esse modo monuimus. Gentes enim Valeriam & Aemiliam inter Patricias tantum extulisse capita.

Quantum lenta solent inter viburna cupressi,

adeo pervulgatum est, ut operam luderet, qui id confirmandum putaret. Enimvero testatur *Liv. L.* 4 *c.* 43. *seq.* A. U. C. CCCXXXII. tribunos plebis quidem Consulibus certamen intulisse, ut pars Quaestorum (quia ad id tempus Patricii creati erant) ex plebe fieret, suasisse quoque Interregem, ut quatuor Quaestores promiscue de plebe ac Patribus libero suffragio populi designarentur, & hoc Interregis consilium pervicisse; sed & *eodem Lib. c.* 54. tamen memorat, hoc sibi concesso jure non usum fuisse populum ante A. U. C. CCCXLIV. & plane A. U. C. CCCXXXIII. natali Quaestorum militarium, *eos nobilitate praetulisse, quorum patres avosque Consules viderat.* Viderat vero tum

 popu-

populus non aeque alterius gentis patres avosque Consules, quam Valeriae & Aemiliae. Quid! quod, quum M. Aemilius Mamercus Mamercinus, & C. Valerius Potitus Volusus A. U. C. CCCXLIII. Consules tradantur in Fastis & apud *Liv. L.* 4. *c.* 53., non invito Apolline forte divinaret, qui hos illos a Tacito laudatos Quaestores existimaret. Non quidem id ex annorum, qui sic inter illorum Quaesturam & Consulatum interfuissent, numero confirmatur, quum ad haec tempora procul dubio adhuc pertineat, quod *Cicero Orat.* 5. *Philipp. c.* 17. monet, *majores suos, veteres illos admodum antiquos leges annales non habuisse*, at, quum tamen nec vulgare illud exemplum sit apud *Dion. Hal A. R. L.* 10. *p* 650. quod T. Quintius, Vir jam Consularis, deinde adhuc Quaestor fuerit: imo potius jam olim Publicola *juvenibus* a populo Quaesturam demandari voluerit, teste *Plutarcho in Poplic. Vitar. Tom.* 1 *p.* 188. & illis fere etiam temporibus, A. U. C. CCCXLIV. populum *Quaesturam inde aestimasse, quia ad Consulatum ac triumphos locum novis hominibus patefacere* jam tum *videbatur*, auctor sit *Liv. L.* 4. *c* 54. ad haec saepissime in Romana historia animadvertamus, eos, qui in uno honore antea conjuncti fuerant, in altero quoque haud raro populum conjunctim rursus designasse: multa certe in promtu sunt, quae persuadent, Taciti Valerium & Aemilium A. U. C. CCCXLIII. fasces adeptos esse. Illud tamen non magnopere pugnamus, quum, quicquid ejus rei sit, Tacitus nihilo secius, modo ea, quae proposita est, metathesis & numeri emendatio fidem obtineant, cum reliquis Romanis Scriptoribus in concordiam satis coëat. Neque moramur coetera, quae sequuntur, Taciti, quum ea & fata Quaestorum, quae deinde fuere, non ita obscura sint, atque illa, quae hactenus explicavimus. Haec enim non omnino in propatulo hucusque fuisse credidimus, & ea propter accuratiore inquisi-

quisitione non indigna judicavimus, in qua autem si alicubi praeter opinionem lapsum foret, cogitaret merito aequus arbiter, esse haec ex eorum numero, quae *Liv. L.* 4. *c* 23. vetustate incomperta esse queritur, & ex illa aetate & temporibus, quorum, quod *Idem L.* 2. *c.* 21. ait, tanti errores implicant, ut quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate rerum non facile digerere possis, maxime, quum quae rursus *Ejusdem Livii L.*8. *c. ult.* querela est, non quisquam aequalis temporibus illis Scriptor exstet, quo satis certo auctore stetur. Qui ergo rectiora & certiora docuerit, is primum me suae sententiae socium habebit, nec gravate illi dicam istud Tragici Poëtae:

Μάντις ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς.

LECTURO

S. P. D.

AUGUSTINUS VAN STAVEREN.

IN lucem prodit pars altera otiorum, quae iterum continet varias emendationes ac conjecturas, quae mihi, dum priscas Graecorum fabulas evolvo, sponte sese obtulerunt. De aliquot auctorum, inprimis Pausaniae locis aliquanto liberius sententiam in ea dico, ideoque me omne punctum esse laturum vix credo. Verum, audacius Pausaniam multis locis adhuc corruptum tractandi, & an hoc modo adfectis in eo locis mederi queam, periculum faciendi libido cur animum incesserit, in caussa est emendatio illa, quam Eruditorum examini cap. II. primae otiorum partis submisi; summae enim mihi voluptati fuit cognoscere, eundem fere hunc Pausaniae locum misere depravatum restituendi rationem Eruditissimo quoque Palmerio olim venisse in mentem, (cujus Viri Exercitationes in optimos scriptores Graecos nunc demum possideo) licet meum HIONEA praeferam τῷ ejus Ἠιονεύς, pendet enim ab ἐπαριθμοῦσι. Οἱ δὲ καὶ ἐπαριθμοῦσι τοῖς κατειλεγμένοις Ἔρυθρον παῖδα Λεύκωνος τοῦ Ἀθάμαντος, ἀπὸ τούτου Ἐρυθραὶ πόλισμα ἐκαλεῖτο Βοιωτῶν, καὶ Ἠιονέα Μάγνητος τοῦ Αἰόλου. Ceterum, quae in hac parte observo, & inlustro, a nemine, quantum scio, occupata sunt, alioqui enim hasce domi natas observationes, aut in spongiam

giam incumbere juberem, aut ſaltim in angulum abditas, intra privatos parietes continerem, ne inſtar graculi, quae pavoni deciderant, pennis me exornare viderer. Vale Lector, & conatibus fave.

CAPUT I.

HYginus Fab. XXX. de Hercule ait, *Augiae regis ſtercus bovile uno die purgavit.* Hunc locum pluribus, quam in noſtris, quae ſub praelo ſudant, animadverſionibus inluſtrare hic libet. Illud *ſtercus bovile*, miſere vexavit interpretes, qui τὸ *ſtercus* ejicere volunt. ſed nihil in Hygino mutandum. Locutio enim *purgare ſtercus bovile*, ſeſe ſatis tuetur, ſignificans, purgare Augeae ſtabulum boum ſtercore ejecto. Quis autem in Hygino hanc ἀκυρολογίαν non ferat, quum Suetonius in Veſpaſ. cap. VIII. *purgare rudera* pro locum purgare ruderibus in paludes avectis dixerit, optimosque ſcriptores ab hujuſmodi dicendi genere non abhorruiſſe docuerit ſummus Gronovius ad Livium Lib. XXVII. cap. 20. Praeterea, quae ſub Hygini nomine hodie circumferuntur, fabularum conſarcinator hic, ut fere ſemper, κατὰ πόδα Graecos ſcholiaſtas ſecutus, & ad verbum intepretatus eſt. Sic enim Schol Apollonii Rhodii I. Arg. 172. ait: Τούτου τῶν βοσκημάτων ὁ Ἡρακλῆς τὴν κόπρον ἐκάθηρεν, i. e. *hujus* (*Augeae*) *boum ſtercus Hercules purgavit.* Sed ſicuti hic auctor aliquando infelix Graecorum ſcriptorum eſt interpres, ut multis docuit Munckerus ad Lib. II. Aſtron. Poët. cap. 2. ita hic rem acu tetigiſſe nequaquam mihi videtur, κόπρος enim pro ipſo ſtabulo ponitur ſaepius, quo ſenſu uſus eſt Callimachus H. Dian. 178.

Ἠ γάρ κεν γυιαί τε καὶ αὐχένα κεκμηκυῖαι
ΚΟΠΡΟΝ ἔπι προγένοιντο.

Schol. Vet. κόπρον, τὴν ἔπαυλιν. adde ill. Spanhemii notam. & ita κόπρον βόειον pro *bubili* capio apud Schol. Homeri Iliad. Λ. 697. quem Munckerus ad partes vocavit, sed locus ita in Schrevelii editione, haud probae scio notae, legitur Ἡρακλῆς προστάξαντος Εὐρυσθέως ἀνεκάθηρε τὴν Αὐγέου κόπρον. Sed quocumque modo in aliis editionibus legatur, quis ita hic vertere dubitat, *Hercules, jubente Eurystheo, purgavit Augeae stabulum*, vel, *bubile*.

CAPUT II.

Philostratus Lib. V. de Apoll. Tyan. cap. 5. Τεύκρου τοῦ Τελαμωνίου σωτῆρα χρυσοῦν φασι δείκνυσθαι. Olearius hujus Auctoris interpres dicit *Teucrum* a baltheo, qui Graecis Τελαμὼν dicitur, *Telamonium* esse cognominatum. Verum a patre Telamone Telamonius cognominatur Teucer. Hygin. Fab. 89. (*Hercules*) *Hesionem reciperatam Telamoni concessit in conjugium, ex qua natus est Teucer.* Hinc ut a Philostrato *Telamonius*, ita a Pindaro Τελαμωνιάδας Τεῦκρος vocatur. Od. Nem. IV, 77. ubi pluribus de hoc Teucro Scholiastes agit, cui adde Schol. Thucyd. Lib, I. cap. 12. lin. 53. & Meurs. Lib. I. de Cypro cap. 20. Fuit & alius *Teucer*, Scamandri filius, de quo Tzetzes ad Lycophron. 1303. Meursius Lib. IV. in Creta cap. 6, 7. & Simson. Chronic. A. M. 2516. Idem Olearius ad Lib. II. de Vit. Apoll. Tyan. cap. 7. de Orichalco καὶ μὴν καὶ νομίσματά ἐστιν Ἰνδοῖς Ὀρειχάλκου τε καὶ χαλκοῦ μέλανος, haec adnotat. *De Aurichalco affatim docti Festi interpretes Jos. Scaliger, & Andreas Dacerius; praetermissus eis Strabonis locus Lib. XIII. pag. 610.* Si vero Dacerii notam inspicere dignaberis, Lector, integrum Strabonis locum Latine versum a Dacerio citatum leges. Eundem fere errorem commisit Dacerius in voce *Aegaeum mare*

(de

(de cujus nomine varias variorum ſententias dabunt Munckerus ad Hygini Fab. XLIII. & celeb. P. Burm. ad Ovid. II. Met. 10.) dicit enim Plutarchum in Theſeo ab Aegeo Theſei patre docuiſſe huic mari nomen eſſe inditum, quum haec ſint Plutarchi verba pag. m. 9. Τῇ γὰρ Ἀττικῇ προσφερομένων ἐκλαθέσθαι μὲν αὐτόν ; ἐκλαθέσθαι δὲ τὸν κυβερνήτην ὑπὸ χαρᾶς ἐπάρασθαι τὸ ἱστίον ᾧ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἔδει γνώριμον τῷ Αἰγεῖ γενέσθαι. Τὸν δὲ ἀπογνόντα ῥίψαι κατὰ τῆς πέτρας ἑαυτὸν, καὶ διαφθαρῆναι. Sed nolo plures utriusque errores publicae luci exponere. Coronidis loco aliquot Feſti loca emendata adjiciemus. *Auſoniam*, dicit Feſtus, *appellavit Auſon Ulyſſis, & Calypſus filius. dicta eſt Auſonia ab eodem duce, a quo etiam conditam fuiſſe, Aruncam ferunt.* Pro *Aruncam* lege *Auruncam*, duobus Codicibus Leidenſibus quos conſului, & ipſa hiſtoria poſtulantibus. Tzetz. ad Lycophron. vs. 615. Αὔσονες γὰρ κυρίως, ὥσπερ καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς ἔφην, οἱ ΑΥΡΟΥΝΚΟΙ λέγονται, μέσον Καμπανῶν κείμενοι καὶ Οὐόλκων. ἔνιοι δὲ καὶ μέχρι Λατίου Αὐσονίαν ἐνόμισαν εἶναι, ὥστε ἐκ τούτου τινὲς καὶ πᾶσαν τὴν Ἰταλίαν φασίν. Male Scaliger in voce *aurum* ab *auruncare*, *Auruncos* dictos putat, quem Scaligeri errorem detexit J. Perizonius ad Aeliani Lib. IX. V. H. cap. 16. ubi & in origine *familiae Aureliae* quomodo Feſtus, aliique hallucinati fuerint, doceberis. De Auſonibus vide, quos laudat Munckerus ad Hygin. Fab. CXXVII. & Th. Rykium cap. 11. de primis Italiae populis.

ADOLESCIT — *adoleſcens altare: eo quod in illo ignis excreſcit.* Lactant. ad Statii Thebaid. 1, 514. ADOLERE FOCOS. *verbum proprie eſt ſacra reddentium: quod ſignificat votis vel ſupplicationibus numen auctius fieri. Ergo* ADOLERE *accumulare Virg.* (*VII Aen.* 70.)

ADOLET DUM ALTARIA. Pro *adoream* e quatuor

tuor Codd. Leid. lege *adoriam* inde enim venit *adoriosus*. In voce AESTIMATA PECUNIA pro *ovem decussi*, *bovem centussi*. lege cum Cod. Leid. *ovem decussis*, *bovem centussis*. Consule summum Gronovium Lib. I de Pec. Vet. cap. 8. in voce ALTER. pro *sic alter* quod sequitur, legit *sic* ALITER e Cod. Leid. Munckerus ad Hygini Fab. 220. quam lectionem probo, licet, si bene memini, codd. quos ego consului, *sic alter* exhibeant.

APLUSTRIA NAVIUM ORNAMENTA. De his consulendi Salmasius Exercit. Plin pag. 404. G. Cuperus Apoth. Homeric. pag. 50. & Munck. ad Hygini Fab. 19.

ARBUTUS *genus arboris frondibus raris*. Lact. ad Statii I. Theb. 584. ARBUTEIS *ergo pro ligneis posuit. nam* ARBUTUS *tegmen non habet*.

ARMA, *quibus procul proeliatur*. Cum quatuor Codd. Leid. lege *proeliamur*. lectionem probat Munckerus ad Hygini Fab. 100. sic in voce APRICUM pro *appellatur* melius Cod. Leid. *appellamus*. in voce AXAMENTA pro *componebantur* cum Dacerio *canebantur* legit Gutberlethus de Saliis cap. 19.

CAP. III.

Duo fuere Melanippi in historia veteri famosissimi, ex quibus unus fuit Astaci filius. Apollodor. Lib. III. pag. m. 193. οἱ Ἀστακοῦ παῖδες ΜΕΛΑΝΙΠΠΟΣ δε. &c. Schol. Homeri Iliad. E. 126. Τυδεὺς ὁ Οἰνέως ἐν τῷ Θηβαικῷ πολέμῳ ὑπὸ Μελανίππου τοῦ Ἀστακοῦ ἐτρώθη. consule Salvagn. & celeb. P. Burm. ad Ovidii Ibin. 517. quare apud Tzetzen ad Lycophron. vs. 1066. lege cum duobus Codd. ΜΕΛΑΝΙΠΠΟΥ ΤΟΥ ΑΣΤΑΚΟΥ ΠΑΙΔΟΣ. Antea

tea legebatur Ἀςακδ παιδός. *Tydeus*, de quo Schol. Homeri agit, a Pherecyde dicitur Ismenen occidisse Antigones sororem Schol. Eurip. Phoeniss. vs. 53. Ἰσμήνη, ἣν ἀναιρεῖ Τυδεὺς ἐπὶ κρήνης, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἡ κρήνη Ἰσμήνη ἐκλήθη. *Ismenen* Antigones fuisse sororem docet praeter Pherecydem Hyginus Fab. 67. & Sophocles in Antigone in initio, ubi ipsa Antigone ait Ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα. Lactant. inde corrigendus ad Statii II. Theb. 313. *Antigonen dicit, quam frater sepilivit. Nam & Hismelen aliam sororem habuit Polynices.* pro *Hismelen* lege *Ismenen*.

Alter est Thesei & Perigunes filius. Hanc matrem memoriae lapsu *Perigimen* vocat Micyllus ad Ovid. VII. Met. 440. Vid. Meurs. in Theseo cap. 30. Haec Perigune filia erat Sinnidis. Plutarch. in Theseo pag. m. 4. ἦν δὲ τῷ Σίννιδι καλλίστη, καὶ μεγίστη θυγάτηρ ὄνομα Περιγούνη —— Θησεῖ συγγενομένη Μελάνιππον ἔτεκε. de hoc Sinnide Perigunes patre plura dabunt, idem Meursius in Theseo cap. 5. Meziriac. ad Ovid. Tom. I. pag. 193. & Munck. ad Hygini Fab. 38. quare apud Pausan. Lib. X. cap. 25. pro Σύννιδος legendum Σίννιδος. Ἀργεῖοι δὲ ἐκ τοῦ Σίννιδος θυγατρὸς γενέσθαι Θησεῖ Μελάνιππον λέγουσι

CAPUT IV.

In hoc capite audacissimas duas conjecturas tibi proponam, lector, quas si rejecerit orbis eruditus, haud aegre tulero, licet enim magnis hisce ausis excidero, non est quod metuam, neque Jovis fulmen, nec Eridanum.

Pausanias Lib. I. cap. 1. ἐνταῦθα ΛΕΩΣΘΕΝΗ, ὃς Ἀθηναίοις καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν ἡγούμενος Μακεδόνας ἐν τε Βοιωτοῖς ἐκράτησε μάχῃ. καὶ αὖθις ἔξω Θερμοπυλῶν, καὶ βιασάμενος ἐς Λαμίαν κατέκλεισε τὴν ἀπαντικρὺ τῆς Οἴτης. ΤΟΥΤΟΝ ΤΟΝ ΛΕΩΣΘΕΝΗ, καὶ σὺν παῖδας ἔγραψεν Ἀρκε-

Ἀρχεσίλαος. Non me movet ista repetitio vocum, τοῦτον τὸν Λεωσθένη. Hujusmodi pleonasmos auctori huic usitatissimos esse docuit Sylburgius in Obs. quae post Pausaniam leguntur pag. 926. nec alii scriptores ab hoc loquendi genere abhorrent. Vide Lucam in Actis Apostol. cap. 2. vs. 22, 23. & quos profert Perizonius ad Sanctii Minervam Lib. I cap. 6. p. 42. sed offendunt me illa verba, ἐς Λαμίαν κατέκλεισε τὴν ἀπαντικρὺ τῆς Οἴτης. Palmerius Exercit. in Pausaniam pag. 358. ultima haec verba Auctorem addidisse ait ad differentiam alterius Lamiae in Boeotia sitae. Sed alia Lamia sive in Boeotia sive in Cilicia, ut Stephanus Byzantinus de Urbibus ait, sita, non fuit tam celebris, quam Thessaliae Lamia, unde verba ista τὴν ἀπαντικρὺ τῆς Οἴτης ab Auctore profecta esse vix credo. itaque si conjecturae detur locus, lego ἐς Λαμίαν κατέκλεισε τὸν Ἀντίπατρον. audiamus Plutarchum in Demosthene pag. 858. ἀλλὰ γὰρ ἦν φθόγγος αὐτοῦ (Δημοσθένης) τὴν εἰρηνικὴν φυγὴν, Ἀλέξανδρος μὲν ἐτελεύτησε, τὰ δὲ Ἑλληνικὰ συνίσταντο πάλιν ΛΕΩΣΘΕΝΟΥΣ ἀνδραγαθοῦντος καὶ ΠΕΡΙΤΕΙΧΙΖΟΝΤΟΣ ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΝ ΕΝ ΛΑΜΙΑι ΠΟΛΙΟΡΚΟΥΜΕΝΟΝ. Strabon. Lib. IX. pag 662. Λαμίαν, περὶ ἣν ὁ Λαμιακὸς συνέστη πόλεμος, Μακεδόσι καὶ ΑΝΤΙΠΑΤΡΩι πρὸς Ἀθηναίους, ἐν ᾧ ΛΕΩΣΘΕΝΗΣ ἔπεσε τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως ἑταῖρος. Adde, quae ex Diodoro Siculo de Urbe Lamia agens adnotat, Cellarius Geogr. Ant. Lib. II. cap. 13. sect. 4. pag. 860. Vox autem illa ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΝ in Codd. per compendium scripta, erit forsan ut in aliis codd. scribi solet. Consule J. Perizon. qui pro Ἀνλι. restituit Ἀντιπάτρου Aeliano Lib. XII. V. H. cap. 16. qui pluribus de Antipatro agit. Vid. & Nepotem in Eumen. cap. 2. Locutionem si spectes, ut a me emendatur, melius etiam procedit, ut vides, ut enim hic Ἀντίπατρον ἐς Λαμίαν κατακλείειν, sic Thucydid. Lib. IV. cap.

cap. 58. Αὐτοὺς κίνδυνος ἐφαίνετο ἐς τὸ τεῖχος καταχλεισθῆ. In cap. 3. ejusdem Libri vulgatam lectionem partim defendere, partim audacter emendare tento. Haec sunt verba φέρουσα Ἡμέρα Κέφαλον, ὃν κάλλιστον γενόμενον ὑπὸ Ἡμέρας ἐρασθείσης ἁρπασθῆναι, καὶ οἱ παῖδα γενέσθαι Φαέθοντα, καὶ ΦΥΛΑΚΑ ΕΠΟΙΗΣΕ ΤΟΥ ΝΑΟΥ, ταῦτα ἄλλοι τε καὶ Ἡσίοδος ἐν ἔπεσι τοῖς εἰς τὰς γυναῖκας. Kusterus legit Φύλακα ἐποίησε τοῦ οὐρανοῦ *custodem fecit coeli*. Verum τοῦ ναοῦ loco non esse movendum docet Hesiodus in Theog. 989. de hoc Phaëthonte Aurorae & Cephali filio ita canens.

Παῖδ' ἀπαλὰ φρονέοντα φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
Ὦρτ' ἀνερειψαμένη, καί μιν ζαθέοις ἐνὶ ΝΗΟΙΣ
ΝΗΟΠΟΛΟΝ νύχιον ποιήσατο δαίμονα δῖον.

sed aliud ulcus sedet, quod quomodo sanandum sit, ignorarunt interpretes. Verba ΚΑΙ ΦΥΛΑΚΑ ΕΠΟΙΗΣΕ mutilata censent, & supplent legentes ὃν καὶ φύλακα ἐποίησε. Sed scopum auctoris nondum tangunt. Non enim Aurora mater, sed Venus Phaëthonta aedi praefecit. quod bene animadvertit ex hoc Hesiodi loco Mizeriacus ad Ovid. Tom. I. pag. 353. Locum ita legito Ἀφροδίτη Φύλακα ἐποίησε τοῦ ναοῦ. ταῦτα (respicit Auctor totam Fabulam) ἄλλοι τε καὶ Ἡσίοδος εἴρηκεν ἐν ἔπεσι τοῖς εἰς τὰς γυναῖκας. Ab hujusmodi loquendi genere non abhorret Pausanias. Si vero quispiam meliora sciverit, in medium proferto: facile sententiam mutavero. Idem Mizeriacus Pausaniam memoriae lapsu Hesiodum ἐν ἔπεσι τοῖς εἰς τὰς γυναῖκας pro ἐν Θεογονίᾳ citasse putat. Sed licet nimia festinatione ab hujusmodi erroribus haud sit immunis Pausanias, unde aliquando sibi etiam obloquitur, sicut Palmerius aliique interpretes alibi ostenddunt, quid tamen de hoc loco statuendum sit, nemo arbiter ac judex esse poterit, cum hoc Hesiodi carmen nobis injuria temporis invidit, in quo pluribus de

de Cephalo ab Aurora, & Phaëthonte a Venere raptis cantare potuerit. Quidquid sit, hic Hesiodi, & Pausaniae Hesiodum imitati locus persuadet mihi, ut credam, Hyginianae Fabulae CLIV. lemma *Phaëthon Hesiodi* spurium esse; nam si pro certo habeamus, Hesiodum in carmine de inlustribus feminis de Phaëthontis parentibus cantasse, ut hic Pausanias indicat, videmus tam in hoc opere, quam in Theogonia Phaëthonta Cephali & Aurorae filium adpellasse, cum Hyginus contra statim initio hujus Fabulae eum vocet *Clymeni Solis filii & Meropes Nymphae filium.* In capite praecedenti, sive secundo, hujus Libri ait Pausanias υἱὸς δὲ Ἐρυσίχθων (nempe Cecropis, quem Actaei filium facit) οὗτος οὐκ ἐβασίλευσεν Ἀθηναίων, ergo Erysichthon nunquam ipse Atheniensium rex fuit. caussa haec est, quia vivente patre fato functus est, ut Pausanias pergit ἀλλά οἱ τοῦ πατρὸς ζῶντος τελευτῆσαι ΣΥΝΕΒΗ. Haec verba ita vertas velim, *sed is patre vivente decessit.* Locutio illa Graecis usitatissima, inprimis Polybio Lib. I. statim in initio Εἰ μὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀναγράφασι τὰς πράξεις ΠΑΡΑΛΕΛΕΙΦΘΑΙ ΣΥΝΕΒΑΙΝΕ τὸν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ἱστορίας ἔπαινον. Plura e Polybio exempla dedit Raphelius ad Acta Apostolor. cap. XXI, 30. Thucydid. Lib. I. cap. 56. τάδε ΞΥΝΕΒΗ ΓΕΝΕΣΘΑΙ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις διάφορα ἐς τὸ πολεμεῖν. Lucian. bis Accus. pag. m 308. ὡς οὐκ ὀλιγωρίᾳ τὰς κρίσεις ΣΥΝΕΒΗ ΓΕΝΕΣΘΑΙ. Polyaen. Lib. I. Strat. cap. 36. §. 1. Ὅπως αὐτοῖς πλείω ΠΑΣΧΕΙΝ, ἢ ΔΡΑΝ ΣΥΜΒΑΙΗ. Historiae vero fidem firmant Justinus Lib. II cap. 6. *Huic (Cecropi) successit Cranaus.* & Apollodorus Lib. III. pag. m. 241. Κέκροπος δὲ ἀποθανόντος Κραναὸς (βασιλεύει) αὐτόχθων. noster Pausanias ait, τὴν ἀρχὴν τοῦ Κέκροπος Κραναὸς ἐδέξατο, Ἀθηναίων δυνάμει προύχων. De quo Cranao, a quo Attica Cranae dicta, Strabo Lib. IX. pag. 608. Eust. ad Dionys. Perieg. 423. & post eos Meursius Lib. I. de Reg. Ath. cap. 13. & Salmas. de Ling. Hellenist.

lenist. pag. 325, & seqq. In Delo imperium aliquantum temporis tenuit Eryſichthon, quam inſulam occupaverat, ibique Delii Apollinis templum poſuerat. vid. Meurſ. Lib. eod. cap. 11. e qua inſula domum reverſus, in ipſo itinere ſupremum diem obiit. Pauſan. Lib. I. cap. 31. Ἔστι δὲ μνῆμα ἐπὶ Πρασιαῖς Ἐρυσίχθονος. ὃς ἐκομίζετο ὀπίσω μετὰ τὴν θεωρίαν ἐκ Δήλου, γενομένης οἱ κατὰ τὸν πλοῦν τῆς τελευτῆς.

CAPUT V.

Lycophron. Alex. vs. 658. Ulyſſem vocat Δελφινόσημον κλῶπα Φοινικῆς θεᾶς. Tzetzes adnotat Φοινίκη δὲ ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Κορίνθῳ τιμᾶται. Punicam forſan Deam adpellat Minervam Lycophron, reſpiciens Cadmi hiſtoriam, quam refert Scholiaſtes Euripidis in Phoeniſſ. vs. 1069. Δοκεῖ γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ συμπρᾶξαι τῷ Κάδμῳ κατὰ τῶν Σπαρτῶν, καὶ ἱδρύσατο ταύτην ΟΓΚΑΝ προσαγορεύσας τῇ τῶν Φοινίκων διαλέκτῳ. Unde patet Minervae cultum e Phoenicia in Boeotiam & deinde totam Graeciam fuiſſe translatum. De Minerva vero ΟΓΚΑ, & ΟΓΚΑΙΑ quae dicitur, vide Tzetzen ad Lycophron. vs. 1225. Schol. Pindari Olymp. Od. II. vs. 48. Spanh. ad Callim. H. Pallad. vs. 53. pag. 591.

Tzetzes ad eundem Lycophron. vs 662. emendandus Τεσσάρων γὰρ πηχέων ἦν ὁ Ἡρακλῆς, καὶ ποδὸς ἑνός, καθάπερ ὁ Ποντικὸς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ. pro Ἡρόδοτος lege Ἡρόδωρος ex Schol. Pindari Od. Iſthm. IV. vs. 87. Ἡρόδωρος γοῦν ἐν Οἰδίποδι φησὶ τῶν ἄλλων αὐτὸν (Herculem) ὑπερτελέειν. ὥστε τὸ ὅλον σῶμα πηχῶν εἶναι τεσσάρων καὶ ποδός. Hic Herodorus Heracleota ſive Ponticus adpellatur. Conſule Voſſium de Hiſtoricis Graecis incertae aetatis pag. 374.

Corri-

Corrigendus Pherecydes apud Scholiastem Sophoclis in Trachin. vs. 358. Φερεκύδης φησὶν οὕτω, μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα Ἡρακλῆς ἀφικνεῖται πρὸς Εὔρυτον τὸν Μέλανος τοῦ Ἀρκεσιλάου εἰς τὴν Οἰχαλίαν. pro Μέλανος lege Μελανέως. Hoc docet Pausanias Lib. IV. cap. 33. Καὶ Εὐρύτου τοῦ Μελανέως τὰ ὀστᾶ ἐφυλάσσετο ἐνταῦθα.

Suidas. Μιμαλλόνας τὰς βάκχας τοῦ Διονύσου ἀπὸ τῆς μιμήσεως πρότερον ΚΛΑΔΩΝΑΣ καλουμένας. Haud dubitandum esse, quin pro κλάδωνας legendum sit κλώδωνας, docet Plutarchus in Alexandro pag. 665. πᾶσαι μὲν αἱ τῇδε γυναῖκες ἔνοχοι τοῖς Ὀρφικοῖς οὖσαι καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς ἐκ τοῦ πάνυ παλαιοῦ κλώδωνές τε καὶ Μιμαλλόνες ἐπωνυμίαν ἔχουσαι, πολλὰ ταῖς Ἠδωνίσιν καὶ ταῖς περὶ τὸν Αἶμον Θρῄσσαις ὅμοια δρῶσιν.

CAPUT VI.

Homerus Odyss. K. 82.

— ποιμένα ποιμὴν
Ἠπύει εἰσελάων, ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπακούει.

Haec verba ita vulgo vertuntur *pastorem pastor evocat inpellens, alter vero exiens audit.* Sed qui ita vertunt, Homeri mentem non percipiunt. Melius vertit, Hyginus Lib. IV. Astronomic. Poëtic. cap. 3. *De hoc Homerus quoque in Odyssea ita brevem noctem esse dicit, ut* PASTORES CUM ALII EXIGANT, ALII REDUCANT PECUS, *possint alius alium audire, cum unus propter noctem pecus reducat, alter propter lucem exigat.* ἐξελᾶν (Attice pro ἐξελαύνειν vid. Spanh. ad Aristoph. Nubes 1301.) absolute quidem pro *exire* sumi posset, nam ita ἐλαύνειν pro *ire*, *proficisci* ponitur. Herodotus Lib. I. cap. 190. ait Κῦρος οὕτω δὴ ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα.

ϐυλῶνα. & mox ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἐλαύνων ἀγχοῦ τῆς πόλιος. Schol. Apoll. Rhodii II. Arg. 433. ἤλασαν explicat per ἐπορεύθησαν. plenius dixit Dionyſ. Periegetes vs. 486.

Μέσφ' ἐπὶ κυανέας, νοτίην ὁδὸν αὖτις ἐλάσσῃ.

ſed hoc loco ἐξελαύνειν, & εἰσελαύνειν active ſumuntur de paſtoribus ex ovili pecus ad paſcua agentibus, & iterum ex paſcuis in ſtabulum cogentibus. Haec verba paſtorum eſſe propria docet verbum ſimplex ἐλαύνειν apud Theocritum Idyll. XVI, 36.

Πολλοὶ δὲ Σκοπάδαισιν ΕΛΑΥΝΟΜΕΝΟΙ ποτὶ σακὸν
Μόσχοι σὺν κεραοῖσιν ἐμυκήσαντο βόεσσι.

idque ſcivit Schol. Apoll. Rhodii Lib. IV, 1342, dicens βουπελάται οἱ βουκόλοι. εἴρηται ἤτοι ἐκ τοῦ πελαστεύοντος (ΒΟΥΕΛΑΤΑΙ γάρ εἰσιν) ἢ παρὰ τὸ πέλας τῶν βοῶν εἶναι, ὃ καὶ βέλτιον.

Cap. VII.

Tandem ad Hyginum revertor. Lib II. Aſtron. Poët. cap. 4. *Nonnulli enim hunc in puteum ſe dejeciſſe dixerunt Anygrum nomine.* Munckerum ſollicitum tenet vox illa *Anygrum*, cum quidem fluvium *Anigrum*, non vero puteum ejus nominis legerit. Duo Voſſ. Codd legunt *Anhygrum*, quam lectionem probo. *Anhygrum* vocabulum Graecum eſt appellativum, & omnibus puteis commune, quod auctor proprium putei nomen eſſe putavit. Puteus hic per excellentiam τὸ φρέαρ ἄνυγρον dici potuit, quia multi alii putei in Attica olim erant. ut adnotat de Piraeeo, Thucydid. II, 48. ἐς δὲ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἐξαπιναίως ἐνέπεσε. καὶ τοπρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ ἥψατο τῶν ἀνθρώπων, ὥστε καὶ ἐλέχθη ὑπ' αὐτῶν, ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα ἐσβεβλή-

κθιεν ἐς τὰ φρέατα. κρῆναι γὰρ οὔπω ἦσαν αὐτόθι. Antea non *Anbygrum* pro *Anygrum* a Graeco ἄνυγρον, sed ἄνυδρον, *Anydrum* legebam, & puteum hunc dictum ἄνυδρον putabam, quia, ἄνυδρος Graecis est *sine aqua*, *siccus*, *aridus*. Unde Argos, in arido loco positum Ἄργος ἄνυδρον vocatur in versiculo, quem citat Strabo Lib. VIII. pag. 570.

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναὰι θέσαν Ἄργος ἔνυδρον.

ubi male scripti pro ΕΝΥΔΡΟΝ exhibent εὔυδρον, sic enim Hesiodus ab Eustathio Iliad. Δ. (ut me docuit Delrius ad Senecam Tragicum in Thyeste vs. 119. ad partes vocatus dixit:

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν, Δαναὸς ποίησεν ἔνυδρον.

& ita hunc puteum ἄνυδρον dicere potuerunt Attici, ut montem Hymettum minorem. Theophrastus Ὑμηττὸς ἐλάττων, Ἄνυδρος καλούμενος. quem debeo J. Meursio in Reliquis Atticis cap. 10. ubi plura de hoc monte Anydro dicto profert. sed satis verborum in re incerta. Quidquid sit, vel *Anygrum*, vel *Anydrum* hic legendum puto. Videant me doctiores & acutiores. Ne tamen in incertis semper vagari videar, en emendationem, de qua ne Pyrrho dubitare possit. Lib. II. idem Hyginus cap. 20. *Habere tempus anni, quo frumentum seritur.* Unus e Codd. legit: *Habere tempus anni, quo tempore frumentum seritur.* Lib. III. cap 6. de Lyra. *Haec posita est contra regionem ejus loci, qui est inter genu.* Duo Vossiani, & celeberrimi Tib. Hemsterhusii codex, quem mihi nil tale merenti hic vir praestantissimus utendum dedit, legunt: *Haec posita est contra regionem ejus loci, qui locus est inter genu.* Utramque lectionem non a librariis esse profectam docebunt, quae profert Celeb. P. Burmannus contra Thomam Wopken-

kensium in Obs. Miscell. Vol. VIII. Tom. III. pag. 379. Loquendi modum etiam J. Caesari esse usitatum, disces ex Cl. Oudendorpii notis ab Lib. II. B. G. cap. 18.

CAPUT VIII.

Hyginus Fab. CCLI, inter eos, qui licentia Parcarum ab inferis redierunt, ponit etiam *Mercurium Majae filium, assiduo itinere*. Recte Munckerus Hyginum respicere docet ad id assiduum iter, quod conficere debet, quia defunctorum animas ad orcum deducere, & ab inferis evocare solet Mercurius. de quo Mercurio multi multa, ut Plutarchus Quaest. Graec Tom. II. pag. 296. in fine. Jac. Nic. Loensis Lib. III Epiphyll. cap. 4. G. Cuperus in Monumentis Antiquis pag. 185, 186. & Celeb. P. Wesseling. Lib. II. Obs. cap. 20. Verum ab hoc munere, quando Mercurius χθόνιος vocatur, nequaquam vertendum est *Mercurius terrestris* sed *Mercurius infernus*. nam Mercurius inde tam inter Deos inferos quam superos numeratur, & jungitur Proserpinae ac Furiis a Sophocle in Electra vs. 111.

Ὦ δῶμ' Ἀΐδου καὶ Περσεφόνης
Ὦ χθόνι' Ἑρμῆ, καὶ πότνι' Ἀρά,
Σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες,
Τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτε.

Ubi recte Triclinius χθόνιον per ὑποχθόνιον explicat. Vide de Mercurio χθονίῳ Schol. Aristophanis in Ranis vs. 1157, 1177, 1180. & ad Acharn. vs. 1075. imo epitheton χθόνιος diis inferis proprium. sic χθόνια Hecate i. e. infernalis dicitur. Vid. Plutarch. Quaest. Rom. Tom. II. pag 290. imo Jupiter χθόνιος vocatur, quando pro Plutone sumitur. Consule Celeb. J. G. Graevium Lect. Hesiod. cap. XI.

Unum Hygini addam locum ex Lib II. Aſtron. Poëtic. cap. 6 de Theſeo. *Quod, ut eruditus omni genere artium, lyram quoque didiciſſe videbatur* cum duobus Voſſianis, & Codice Celeberrimi Dorvillii, quo nunquam ſatis laudanda hujus viri indulgentia uſus ſum, lege *Lyra quoque didiciſſe videbatur*, ſic cap. 7. hujus libri *Apollo lyra accepta dicitur Orphea docuiſſe* ita praeter alios codex Dorvillianus. ſic quoque Cicero *fidibus aliquem* docere dixit. Conſule J. Fr. Gronovium ad Livium Lib. XXIX. cap. 1.

ISEBR. EIL. HARKENROTHII
SICILIMENTORUM
EX
HESYCHII GLOSSIS
MANIPULUS PRIMUS.

Αάδενη ὑεία κόπρος.
Stercus suillum, *Sucerda*, Χοιρεία κόπρος. Gloss. Philoxeni. Vide *Festum* in *Succerda*. etiam *Sucerdae* dicuntur *Lucilio* penes *Nonium Marcellum* cap. 2. n. 813.

Ααδα. ἔνδεια Λάκωνες, οὕτω καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γλώσσαις.
egestas, inopia, penuria, Laconibus dicitur ex α privat. & ΑΔΑ Hesychio ἡδονή, a חדה *laetari*, *fortunate vivere. unde* חדוה *laetitia*. In originationibus vocum Laconicarum ad Hebraeas radices recurrere licet, enim ex Abrahami posteris si non Lacedaemonii, tamen Hebraeis vel Judaeis cognati fuere, quae necessitas iis constitit. Vide *Josephum* Antiq. Jud. XIII. 5. §. 8. forte ex Pelego gentis proauctore. *Aristophanes* laudatur Grammaticus, qui volumen scripsit Γλωσσῶν Λακωνικῶν. vel Ἐξήγησιν Λακωνι-

κωνικῶν. infra in Πυρέακος. Vide *Suidam* & in notis *Kusterum*. adde *Meursium*, *Fabricium*.

ΑΑ. σύστημα ὕδατος.
Vide supra. Diserte *Kero* in *Glossis*, Flumina *Aha*. Vide *Franc. Junium* in *Observ.* ad *Willerami* Paraphr. in *Cantic*. p. m. 174. *Spelmannum* in *Eia* & recentiores sexcentos alios. Respondet Germanis, Belgis, Frisiis, *ach*, *ahe*, *aa*, *ehe*, *ee* &c. terminationes in nominibus urbium, pagorum, fluviorum observare proclive est.

ΑΑΝΑΙΜΑ. πολλαχῆ χάειν.
Rhenferdio, Summo, dum viveret, in republica litteraria Viro נצמה Gen. XLIX. 15. a נעם, unde uxoris Elimelechi proprium נעמי nomen saepius memoratum in Libro *Ruthae* I. 20. dicebatur, quod in animo habuerit Grammaticus noster.

ΑΑΤΑΛΕ ἀπλήρωτε.
incomplebilis, *insatiabilis*. sensu diminuto. enim ΑΑΤΟΣ infra ἀκόρεστος, ἀχόρταστος. etiam ΑΗΤΟΣ. Vide ΑΗΤΟΙ. In diminutivis αλος terminatio habetur.

ΑΒΑ. ¹. τροχὸς ἢ ². βοή.
1. Locus est obscurior Hebr. בוב in Niphal נבוב Alexandrinis κοῖλον redditur. *Exod*. XXVII. 8. Graeci *Jerem*. LII. 21. κύκλον vertunt. אובה in plurali אובות *Job*. XXXII. 19. Chald. לגינין *lagenae*, *utres*. huc pertinet *Obba*. poculi genus. *Nonio Marc*. cap. II. n. 597. Quid si אוב, אובה diceret *peluim*, *orbem*, *orbiculum*, *vas ventrosum*, & hunc Graeci τρόχον a figura rotunda, Latini *orbem* dicerent, cujus in λεκανομαντείᾳ usus fuit.

2. Vide infra ΑΒΩΡ. & confer *abare* Latinum, blande compellare patrem אבא, ἄββα ac infantes solent, ubi eum balbutiunt. Vel βοὴ indicatur ejus vox, clamor

clamor triste & acutum loquentis באוב Pythonis aut Pythonissae. Vide *Jes.* XXIX. 4. Graecae Versionis exemplum, & quae de אוב in hypomnematibus monuit Clar. *Vitringa* in *Comm.* ad *Jes.* II. 6. Tom. I. p. m. 79.

ΑΒΑΚΗΣΑΙ. ἀγνοῆσαι.
Sed forte ΑΒΑΚΗΣΑΝ ex *Homero* Odyss. δ. vs. 249. ἠγνόησαν. vel nihil mutabis.

ΑΒΑΓΝΑ. ῥόδα ἀμαραντῶν. Μακεδόνες.
erat in Edit. lectio distorta suo loco restituenda. *Amarantus* infra Ἀμάραντος planta quae & Ἑλίχρυσος, & Χρυσάνθεμος *Dioscoridi* IV. 57. *Theophrasto* Hist. Plant. IX. 21. *Plinio* N. H. XXI. 8. 25. adde *Casaubon.* ad *Athen.* XV. 8.
erat *amarantus* purpureus, alter aureus.
Quid si legeres ῥόδεα ἀμαράντων? Nam ΡΟΔΕΑ. ἐρυθρα. infra.

ΑΒΑΘ. διδάσκαλος. κύπριοι.
Himerio quidem in *Excerptis* Orationis *in adventum Cypriorum* penes *Meursium* Cypri II. 25. Cyprii τὴν γλῶτταν ἀκριβῶς Ἕλληνες laudantur: tamen mihi persuaserim, pleraque vocabula Cyprios a Judaeis accepisse; nam colonos ex Judaeis in Cyprum missos existimaverim, & quidem temporibus diversis, quorum notitia incertior videbatur: sed Cambysi, Cyri Monarchae filio, in sacris historiae *Esrae* commentariis IV. 6. *Ahasuero* primo, Persarum Regi, Cyprios sese in potestatem dedidisse legimus, & quondam insulae dominum Psammenitum, Amasidis Filium, Aegypti Regem, armis oppugnasse, Anno M. C. 3486. Per. Jul. 4189. Percussae Hierosolymae 62. LXIII. Olymp. 4. invisos autem Cambysi Judaeos in Cyprum coloniam missos

miſſos bene multos conjecerim, vel ſub Dario Hyſtaſpida Perſarum Rege, quando Cyprus inſula, quae defecerat, recuperabatur, fideles Regi faventi Judaeos in Cyprum transfretaſſe, ne inſulani denuo rebus novis ſtuderent, veriſimilius per me habeatur: deinde ſub Artaxerxe Ocho Perſarum Rege, anno regni 11. Reparatae Hieroſolymae 100. A. V. C. 402. Aerae Capitolinae, qua utor, CVII. Olymp. 2. vel ſub Ptolemaeo Lagi F. Aegypti Rege haec inſula ſtetit, gravi Judaeis dominatore, Cypriis inviſo recuperatore, anno regni 12. Reparatae Hieroſolymae 140. A. V. C. 442. Aer. Seleucid. 2. CXVII. Olymp. 2. etiam Judaeos Cyprum colonos miſſos putaverim, eorumque poſteros ſub Cleopatra Regina Aegypti Regis Ptolemaei Soteris Lathuri feliciter, pleroſque abſolute, fortunateque vixiſſe, Reparatae Hieroſolymae 335. A.V.C. 637. Aer. Seleucid. 197. CLXVI. Olymp. 1. non referam, neque cetera *Flav. Joſeph.* Antiq. Jud. XIII. 10. §. 4. Sed ut redeam. ΑΒΑΘ conferre liceat Hebr. עבד, *ſervus* enim διδάσκαλος, Cypriis ita dictus, habeatur, *doctor*, *praeceptor*, *magiſter*, qualis honoratior in familiis ampliſſimis *ſervus* quondam erat *praeceptor*, *cuſtos* & juventutis *magiſter* atque ingenii & morum formator. an ΑΒΑΔ? me peritior definiat.

ΑΒΑΔΔΑΙΑ. συγγραφή, ὁμολογία.
An reſpicitur Hebraea particula אבל interjectiva confitentis, *Targumiſtae* בקושטא, *Kimchio*, אמרו *Belgis* Voorwaar.

ΑΒΑΑΗ. ἀχρεῖον. Λάκωνες. οἱ δὲ νωθρόν.
nequam, *inutilem*, *languidum* dixeris Hebr. אויל *ſtultum*, qui leviter agit. ſupra ΑΒΑΛΕ. enim Lacones aliquo propinquitatis gradu Judaeos contigiſſe accepimus.

ΑΒΑ-

ΑΒΑΑΙΣ. μοχθηρὰ ἐλαία,
olea aerumnosa, Hebr. אבל, quidem *lugere*, inde Ἄβαλις *laboriosa*, *aerumnosa* olea ceu *lugens* prae labore nimio tamquam diceretur; sed quae nomenclaturae ratio nondum est in propatulo: an quod oleae sator fructum ex ea quondam perceperat nemo, atque antiquitus tam tarda, tunc res, etiam *luctuosa*, fuerit domino tarde crescentis olivae? Vide *Plinium* N. H. XV. 1. *Virgil.* Georg. II. vs. 3.

ΑΒΑΠΤΟΣ. ἀστομώτατος.
legerem ΑΒΑΠΤΟΤΑΤΟΣ. Vide Suidam in Ἄβαπτος.

ΑΒΑΡΙΣ. ὁ ἠπειρώτης καὶ μὴ ἔχων θάλασσαν.
indigena, qui in medio terrae fixam domicilii sedem procul a mari habet, civitatis & gentis suae princeps, tamquam proprio nomine suo quondam Hyperboreis vel Scythis, gentilibus suis appellabatur, unus omnium antiquissimus tempore Olympiadis tertiae exstitisse laudatur, sacri autem ordinis vir, qualis ex nomenclatura dignoscitur חבר, חברא, cujus in civitate auctoritas quondam spectatissima habebatur. Talmudicis nomen de Persis eorumque Sacerdotibus legitur.

ΑΒΑΡΤΑΙ. πτηναί. Κύπριοι.
volucres, ab אבר *volare*, אברא *ala*, *penna ad volatum*, & אברה in plurativo אברות non ita procul abiret.

ΑΒΑΡΥ. ὀρίγανον Μακεδόνες.
legerem ac supra in Ἀβάγνα. Nomen ex α intensivo & Βαρυ infra quibusdam θυμίαμα εὐώδες *incensum bene olens*. etiam Ovilis. infra. *Origanum* Heracleoticum. *Plinio* N. H. XX. 17. quod e Macedonia affertur. XXV. 4. laudatur.

ΑΒ-

ἈΒΔΕΛΟΝ. ταπεινόν.
per epenthesin τῦ δ. infra. ΑΒΕΛΛΟΝ.

ἈΒΕΛΛΟΝ. ταπεινόν.
humilem agrum in planitie, convalli, fructuum fertiliorem ceteris, Hebraei אבל dixerunt, sic אבל כרמים. *Abila Ampeloessa* emendatius legitur penes *Plinium* N. H. V. 16. inde.

ἈΒΙΛΛΙΟΝ. οἶνον.
Hesychius reddit. de *Abila* ἀμπελοφόρῳ constat. infra ΙΒΗΝΑ, an ΙΒΗΛΑ? τὸν οἶνον Κρῆτες, οἱ δὲ βῆλα.

ἈΒΙΗΚΤΟΝ. ἐφ' ὗ. οὐκ ἐγένετο βοὴ ἀπολυμένε.
Abjectum dicunt Latini, illaudatum, quem mortuum nemo plangit.

ἈΒΛΑΒΥΝΙΟΝ. σειρὰ πλεκομένη παρ' Αἰγυπτίοις ἐκ βίβλων πρὸς κάθαρσιν ἔσα.
Fasciculus, funis plexus e papyro, Aegyptiis ad purgationem serviebat, an patinarum? tanquam אב לבנין *fructus albescens* vel *albans*.

ἈΒΡΟΜΟΙ. χωρὶς βρόμε ἢ ἄνευ θορύβε.
Homero Iliad. ν. vs. 41.

ἈΒΡΟΤΗ ἀβροτησία.
legerem ἀμβρόσια, θεία. respicitur locus *Homeri* Iliad. ξ. 78. νὺξ ἀβρότη. Vide Scholia Graeca.

Plura mensibus proximis.

VOL. X. TOM. II. FINIS.

ERRATA.

Vol. IX. pag. 430. lin. 19. l. urguentibus p. 431. lin. 20. proavos. p. 433. lin. 30. perite. p. 436. lin. 1. ὁρῶν. p. 437. lin. 22. l. vs. 1374. p. 438. lin. 5. indicaretur. lin. 16. ἀγροῖκοι. Vol. X. p. 256. Elmacinum.

MISCELLANEAE OBSERVATIONES CRITICAE IN AUCTORES VETERES ET RECENTIORES.

Ab Eruditis Britannis inchoatae, & nunc a Doctis Viris, in Belgio & aliis regionibus, continuatae.

VOL. X. TOM. III.

Menses *SEPT. OCTOB. NOV.* & *DEC.* Complectens.

AMSTELAEDAMI,
Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS.
M. D. CC. XXXIX.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

S. P.

Quum anno trigesimo secundo seculi hujus primum harum Observationum Miscellanearum ederemus Tomum, nobis quidem blandiebamur fore, ut institutum tale plerisque eruditorum haud displiceret, quippe cui jam simile quoddam a multis fuisset agitatum atque desideratum: non tamen speraveramus, imo nec constitueramus, telam hanc in tantam pertexere amplitudinem. Quem enim in manus accipis Tomum, numero est trigesimus, & decimo Volumini finem inponit. E contrario enim fatum simile subverebamur, quo Britanni Editores fuerant adacti, ultra biennium coepto non producto, publicatisque tantum duobus voluminibus, desiderium eruditorum & nostram de novis subsidiis exspectationem destituere. Atqui Literatorum Germanorum, Ita-

Italorum, Gallorum ope atque benevolentia tot copiae fuerunt submissae, ut partim damnum, in Anglorum recessu acceptum, inde suppleri potuerit: atque, his ad domesticas simul & a nostratibus suppeditatas vires adjunctis, iter, quod ingressi fueramus, sine impedimento pergere in hunc usque diem licuerit. Redegimus tamen, destituti Britannis opibus, libellos annuo spatio publicandos, ad quatuor Tomos, quum antea sex Tomi idem intra spatium fuissent in publicum emissi: & per biennium hunc observavimus modum. Exinde vero singulis modo quatuor mensibus prodiere, quum spissiore crebrius recurrentis editionis molestia levatos nos aliquantum cuperemus. quo pede quoque huc usque perseveravimus haud illibenter: licet hinc & inde ad nos fama saepius pertulerit, plurimis Lectoribus fuisse jucundius futurum, si quidem libelli fuissent contracti in minorem molem, modo ipsorum cupiditas ardorque cognoscendi, quid novi in hoc genere adponeretur, non tanto intervallo extenderetur ac quodammodo sufflaminaretur. Verum quum exiliori volumine adhibito paululum diffusiores dissertationes, non nisi nimis minutatim concissae locum invenire potuissent, quod & inconcinnum, & lectioni intellectuique officere experti fueramus, Lectoribus ita consentibus calculum nostrum adjicere non consultum duximus. praeterea accedebat quod, ne de aliis incommodis loquamur, curationem fasciculorum

ad

ad exteros crebriorem bibliopolis esse nimis molestam sensissemus, atque sustentata aliquamdiu fames cibis etiam instar condimenti esse vulgari proverbio perhiberetur. Nec sane eadem est indoles horum, atque ceterorum pene omnium menstruorum libellorum, quibus ipsa novitas praecipua dos sit, & post brevissimum temporis lapsum omnis gratia non modo, sed & usus fere depereat, & sors plerumque inmineat Diurnorum Politicorum, quae avide ab omnium ordinum hominibus arripiuntur, at mox semel lecta in perpetuum abjiciuntur, usibusque longe diversis inserviendo brevi evanescunt. Namque, etiamsi ex his nostris fontibus quisque Criticorum quaedam suo instituto accommodata hauriat, numquam tamen ita exsiccari hae scaturigines posse videntur, ut non, quicumque aliquam studiis interioribus navare velit operam, eo recurrendi necessitatem sit habiturus. Sponte tamen & ultro fatemur, haud esse ex eo genere haec opuscula, quae intra paucarum hebdomadarum mensiumque spatium ab emtoribus diripi soleant, novarum deliciarum cupidis, at parum curantibus, cibine solidi ac sani praebeantur nec ne: atque proinde nec ea esse, quae inprobam habendi sitim librariorum explere valeant: quibus praesentius uberiusque sane lucrum inferre soleant leves illi libelluli, Comici, Tragici, Romanenses & nescio qui, quibus omnes Europae gentes Gallia, solidiorum monumentorum olim

longe feracior amantiorque, hodie inundat & tantum non submergit. Iis enim recudendis, recens ex illa plaga allatis, imo non sine mala arte quandoque surreptis, nunc in primis libraria inhiat natio, secura omnino, quantum noxae damnique in mores & ingenia juventutis inde derivetur. His enim fucatis mercimoniis inputandum ex maxima parte, quod plerique juvenes solidiora utilioraque plane praetervehant studia, & eo ducentia negligant scripta, ad has Sirenum fallacium scopulos etiam saepe in maturiore aetate perpetuumque adhaerentes: ad quorum proinde corruptissimum palatum hae a nobis adpositae similesve dapes nihil faciunt, atque ut nimis crudae & agrestes elegantium horum mensis plane interdicuntur. At tamen, si verum amemus, haec curatio non spectaret ad librariorum forum, utpote quibus merces illae merito adpetantur maxime, unde plus emolumenti consueverit ad se redundare, & dudum jus factum fuerit, minus quam ceteris integrae famae negotiatoribus necesse est, honestati suum tribuendi. Quod si his dimissis oculos hinc conjiciamus in quamplurimos, qui aegerrime laturi essent, si eruditiorum Lectorum classe excluderentur, tamen inter hos ipsos nec pauci numero inveniuntur, ad quos hae Criticae Diatribae revera nihil attinent, quibusque jure persuasissimum est, sese hisce libellis facile tutoque carere posse. Et quod mirum posset videri, hanc sectam ex eo genere hominum conflatam esse fere experimur, qui sibi

Digitized by Google

ſibi in neſcio quibus arduis gravibusque ſcientiis non modo eximie docti habeantur, verum etiam facultatum ſuarum ſpecimina non ſemel cum publico communicare auſi fuerint, & tamen adeo alieni adeoque nudi ab omnibus illis ſint literis, quae humaniorum ingenuarumque ſalutantur nomine, ut ne eruditius quidem poëma, vel priſci coloris orationem aliudve ſcriptum ſine multo puerilique labore percipere poſſint: ne dum ut lectione Criticarum diſceptationum vel capi vel inſtrui ullo modo queant. Quippe nec delectatio, nec utilitas cuiquam hinc ſperanda ulla eſt, niſi qui ſeſe juvenilibus annis non modo leviter tinxerit, ſed pleno meliorum literarum fonte proluerit, linguarumque eruditarum cognitionem penitus adeo imbiberit, ut etiam procedente aetate uſum, habitumque & amorem horum ſtudiorum facili opera retineat confirmetque. Ad quem in hiſce diſciplinis maturitatis gradum rariſſimos, & quaſi e magno naufragio enatantes, pervenire neceſſe eſt, quum omnium ordinum juventutem, tam rudem, tam leviter ac ſumma cute tenus modo literulis tinctam, peſſimo ſed recepto ubique more, in cathedras, fora, tribunalia ipſasque curias immitti intrudique videant, fruſtraque doleant cordati deque poſteritate ſolliciti, quot reſtant, cives. Quae quum ita ſeſe habeant, atque adeo in pejus mutata eſſe, ſi cum aetate majorum conferantur, neceſſe habeamus con-

fiteri, ecquis mirabitur libros interiore doctrina insignes severioribusque studiis adjuvandis destinatos a paucis coëmi, a longe paucioribus versari! ecquis non serio optabit, ut huic corruptae collapsaeque disciplinae, ingenuarumque artium fastidio nocentissimo ab omnibus verae eruditionis cultoribus patronisque alacritate summa eatur obviam: ne brevi vano eruditionis nomine atque umbra illusi, ipsam amittamus rem, atque ad splendidas primo nugas, tandem ad horridam atque illaetabilem barbariam relabamur. Et quantum quidem ad nos, dum vires & vita sufficiant, in hoc stadio decurrere sedet: nec etiam in his Criticis doctorum Virorum lucubrationibus porro in lucem producendis, quanquam parum gratiae gloriaeque ad nos inde redundet, rei literariae commodis deesse decrevimus. Quoniam tamen, ut eo redeat sermo, unde ingressus fuerat, haec opuscula, quantumvis levis & non operosae curationis videantur, haud paucas nobis sentiamus horas praeripere, quas aliis occupationibus studiisque impendi aequum & pene necessarium foret, illa fastidiosa necessitate libellorum statis fixisque temporibus prodendorum nos exsolvere deliberatum est; cujus propositi te, Lector, reddere certiorem officii nostri duximus. In posterum igitur exspectare licet ejusdem quidem molis libellos, sed qui forte quovis semestri spatio serius ociusve exituri

sint.

ſint. In ceteris vero inſtituti primi tenorem omnino ſervare ſtatuimus. Quamvis autem hac in parte negotiorum annorumque incremento conſulentes, breviore gyro metam ſtringere velle videamur, non credendum tamen hanc ſpartam lentius minusve diligenter adminiſtratum iri. fieri enim e contrario poteſt, ut ſubſidiorum argumentorumque copia ſubminiſtrata, otiove laxiore forte ſubnato, totidem Tomi eodem temporis curriculo depromantur. Quare viros eruditos tam exteros quam indigenas, quorum benevolae humanitati copias larga manu ſubmiſſas debemus, rogatos enixe volumus, ne vel tardius hoc in genere rem gerant, vel ſerius, ſi quid in mundo habeant, & in lucem datum cupiant, ad nos vel Bibliopolam tranſmittant: malignior etenim alioqui de literis merendi nobis praeberetur occaſio. Et eſt omnino, ut gratias agamus eruditorum choro, qui nobiſcum per hos plures jam annos in hoc peplo texendo adornandoque elaborare non ſubterfugerunt, praedicemusque plurium conſtantiam, benevolamque induſtriam, qua tot lectu dignas ſuppeditarint lucubrationes. Quod ſi qui olim frequentioribus noſtrum penum inſtruxerint diſſertationibus, adſcribendam hanc remiſſionem cenſemus vel negotiorum graviorum multitudini, vel modulo hiſce voluminibus minus accommodato, quo ſua cogitata complexi fuerunt. libenterque experti fuimus ita alios aliosque

huic operi fulciendo ſucceſſiſſe, ut defectum hunc nec ipſi ſenſerimus nec lectoribus fuiſſe animadverſum credamus. Quamobrem iterum hos & illos, atque omnis ordinis aetatisque eruditos humaniſſime invitamus ad ſymbolas alacriter conferendas, & meminiſſe admonemus, hic nobis nihil, ſi recedatur ab honeſta litteras adjuvandi voluptate, colligi praeter moleſtiam laboremque: quem, ut quodammodo quoque imminuant, quantum in ſe eſt, etiam atque etiam rogamus, ut in poſterum characteribus perſpicuis diſtincteque ductis, adcurataque ſcriptione uti velint, ne typographica menda, quae praeter voluntatem quidem noſtram, ſed noſtrae tamen hac in parte deficientis perſpicacitatis culpa in hos libellos irrepſere nimis frequentia, ſuo ipſorum vitio & praecipuo damno augeantur atque multiplicentur. Vale, Lector aeque & erudite, & fave.

INDEX CAPITUM.

Vol. X. Tom. III.

Isebr. Eil. Hark en roti Sicilimentorum ex Hesychii Glossis. 321 -- 335

Jacobi Palmerii a Grentemesnil Inquisitio an Medicina tempore Mythico in usu fuerit. 336 -- 340

Notae in Xenophontis Ephesii Lib. II. 345 -- 358

Gul. Ott. Reizii Annotationes Sporades. 359 -- 376

Augustini van Staveren Emendationum continuatio. 377 -- 402

Animadversiones in Juvenalem ejusdemque Scholiasten. 403 -- 417

Notae atque Animadversiones in Luciani Tragopodagram & Ocypodem. 417 -- 440

Epistola

INDEX CAPITUM.

Epiſtola Joſephi de Bimard la Baſtie, Baronis Montis Seleuci, ad Jac. Phil. d'Orville. 441 -- 443

Joannis Baptiſtae de Miro Epiſtola ad Cl. Reinolds. 449 -- 463

MISCELLANEAE OBSERVATIONES CRITICAE IN AUCTORES VETERES ET RECENTIORES.

ISEBR. EIL. HARKENROTHII SICILIMENTORUM EX HESYCHII GLOSSIS

*MANIPULUS PRIMUS.**

ΑΓΑΛΛΑΔΑ. περιχειρίδιον.
Respicit גלילים *Esth.* I: 6. *Cant.* V. 14.

ΑΓΑΘΟΝ. ὄν τλὼ λίνογ.
legerem ὠφέλιμον. *Homero* Iliad. β. vs. 204.

ΑΓΑΝ. πάνυ, σφόδρα, πολὺ, μεγάλως, λίαν.
legerem. Vide infra λίαν.

* *Vid. Vol. X. Tom. II. p.* 311.

ΑΓΕΙΝ τὸ ἀπάγειν, τὸ πείνειν, καὶ τὸ φέρειν, καὶ τὸ ὑφέλκειν. ἔςι δὲ καὶ τιμᾷν καὶ σέβεσθαι.
Pro πείνειν legendum πείθειν conjecit Clar. *Jac. Rhenferdius.*

ΑΓΕΛΗ. δῆμος Ἀττικῆς.
supra. Ἀγέλη.

ΑΓΗ. θάμβος, ἔκπληξις, θαῦμα.
legerem pro μίασμα, *admiratio.* Homer. Iliad. φ. vs. 221. Vide *Scholiasten.* *Suidam* in *h. v.* infra. Θάμβος Hesychio θαῦμα, ἔκπληξις.

ΑΓΗΛΑΤΕΙΝ. διώκειν, ὡς ἄγος ἐξελαύνειν, φυγαδεύειν, τινὲς δὲ ῥαπίζειν.
Herodoto, praeter *Suidam.* vide Lexicon Graecum ex MS. Cod. *Goldasti.* Herodoteum Ἀγηλατέειν· διώκειν, φυγαδεύειν, ἀπελαύνειν, ὑβρίζειν.

ΑΓΚΥΛΟΥΣ. σὺν ἐπικαμπεῖς.
legerem pro ἀκάμπεις. supra Ἄγκυλοι ἐπικαμπεῖς.

ΑΓΝΟΣ. φυτὸν οὕτω καλούμενον.
Plinio N. H. XXIV. 9. dicitur *vitex.* etiam λύγος Graecis. Vide infra Ἐλέαγνος, λύγος. *Dioscorid.* I. 135. Schol. ad *Nicandri* Theriac. vs. 71. praeter *Suidam*, aliosque.

ΑΓΟΝ. ἐν Πέργῃ τὴν ἱέρειαν Ἀρτέμιδος οὕτως καλοῦσιν.
ita locum mutilum reficerem. Vide infra ΑΓΟΣ. nam ΠΕΡΓΑΙΑ ΘΕΟΣ· ἡ Ἄρτεμις Hesychio dicebatur infra. *Pergaea Diana.*

ΑΓΟΡΑΙΟΣ ΖΕΥΣ. Ἀγοραίου Διὸς βωμὸς Ἀθήνησιν.
Quassum in Edit. locum reficerem.

ΑΓΟΡΑΩΝ. δημηγορῶν.
Forte δημηγοριῶν. Quamquam Hesyhio Ἀγοράασθαι

αὐτῷ· διαλέγεσθαι. Ἀγορᾶται· λέγει. Cujus originationem ab Hebr. אגור recte quis arcesseret. *Homer.* Iliad. β. vs. 275. Vide *Scholia Graeca.* Observabilis quandoque linguarum harmonia fortioribus animis despicitur.

ΑΓΟΡΟΣ. ἄθροισμα, στρατὸς, ἢ καὶ δημηγόρος. *caterva, exercitus*, aut etiam *concionator.* hic אגור Hebraeis. *Prov.* XXX. 1. idem qui Ἀγορητὴς aut Ἐκκλησιαστὴς. Christus Dei filius mysticus.

ΑΓΡΑΙ. χωρίον Ἀττικὸν, ἔξω τῆς πόλεως, ἱερὸν Ἀρτέμιδος legerem, non Δημήτρας. Vide *Pausaniam* in *Atticis* & *Stephanum Byzantin.* quo auctore intelliges, in hoc Templo τὰ μικρὰ μυστήρια ad imitationem Dionysiorum esse peracta. adde *Selecta Histor.* ex Lexicis Coislinianis *Cod.* CCCXLV. fol. 65. Biblioth. Coislin. Part. III. p. m. 603.

ΑΓΡΑΚΟΜΑ. πόρνη τις ἀπὸ Παμφύλων. tanquam quae viros *coma venabatur* dicta est. Vide supra ΑΒΡΟΚΟΜΑΣ secundum *Henr. Stephani* emendationem. enim *palmam* φοίνικα θ' ἁβροκόμαν *Euripides* in *Iphigen. in Tauris.* vs. 1099. & in *Ione* vs. 920. dixit.

ΑΓΡΕΥΣ. ὁ Πὰν παρὰ Ἀθηναίοις. ὡς Ἀπολλόδωρος. Parum abest, quin Ἀπόλλων scriberem, etiamsi meminerim, quae aliis observata leguntur & *Huetio* Demonstr. Euangel. Propos. IV. cap. 8. §. 4. p. m. 183. Edit. Lipsiensis.

ΑΓΡΥΑΙ. Παίονες καὶ στρατιῶται δὲ τινὲς, οὕτως ἐκαλοῦντο.

Criticis bene moratis coeptum audax videatur, neque mihi leviculum fuit. nam in Edit. subjuncta postrema tit. ΑΓΡΑΙ loco non suo posita putabam, & tamen hoc facinus posset quidem excusari. nam

Ἀγρίαι gens Paeoniae inter Haemum & Rhodopen, qui & Ἀγριᾶνες dicuntur *Stephano Byzantino* in Ἀγρίαι, ex quibus electi erant Alexandro Magno milites *Agriani*, quorum mentionem *Curtius* III. 9. frequentem fecit. IV. 13. 15. V. 3. VIII. 11. 14. IX. 8. & reliqua. subjungerem tit.

ΑΓΡΙΑΝΕΣ. τέλος τι τῆς κούφης συντάξεως, ἐκ τῆς Ἀγριανικῆς χώρας Παιόνων. καὶ στρατιῶται δέ τινες οὕτως ἐκαλοῦντο.

pensio levis tributi ex Agrianica terra Paeonum, & *milites* quidam ita appellabantur. Vide *Herodotum* V. 16.

ΑΓΡΙΜΕΛΙΣΣΑ. Ἡγησίας οὕτως ἐπεκαλεῖτο.

Cyrenaïcus Philosophus *Hegesias*, scripsit librum nomine ἀποκαρτερῶν, & mortem voluntariam tanta eloquentia commendavit, ut a Rege Ptolemaeo prohibitus esse dicatur pro illa in scholis dicere. Vide *Ciceron.* Tusculan. Quaest. 1. C. 34. *Valer. Maxim.* VIII. 9. ὁ Πεισιθάνατος cognominatus. *Desiderio Erasmo* interprete fuit hic etiam cognomento ἀγρία μέλιττα dictus, eo quod de morte disserens, in magna orationis contentione multos necem sibi consciscere compulerit. Vide Adagium *Agrestis apis* p. m. 767. Edit. *Aureliae*, sumptibus *Caldorianae* Societatis.

ΑΓΧΟΥΡΗΣ. πένης ὀρθὸς ἢ ὄρθρος. Κύπριοι. ex conjectura, qua me liberare non potui, reficerem hunc locum, ita ut Cypriis, *manceps operarum*, vel *qui operam suam alicui locabat*, vel *operando victum sibi parabat* & quaerebat, expeditus, *promtus* ac *matutinus*, diceretur. Nam Ἄγχος Hesychio πρόσφατος, *recens*, servus vel mercenarius expeditior matutinus

tinus habetur. Ουρης *servum*, *custodem* significat. infra ΟΥΡΕΙΣ. φύλακες.

ΑΓΧΑΥΡΟΣ. ὄρθρος ἢ φωσφόρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. *Suidae* ὁ παχνώδης ὄρθρος. Vide *Scholiast*. Gr. ad *Apollon*. Rhod. *Argonaut*. IV. vs. 111. ita rescriberem. Nominis juncti, ex Ἄγχος *prope*, *proxime* & αὖρος, ρα, ρον, *lucidus*, tamquam αὖρ esset ab אור, originatio facilis habetur.

ΑΔΑ. [1] ἡδονή, [2] πηγή, καὶ ὑπὸ Βαβυλωνίων ἡ [3] Ἥρα, παρὰ Τυρίοις δὲ ἡ [4] Ἰτέα.

1. ἡδονή, *voluptas* Αδα affinis nom. חדוה a verbo חדה *laetari*, *laetitia*.

2. πηγὴ *fons* Ἀδα עין חדה *Jos*. XIX. 21. MS. Alex. Ἠναδδά. in Edit. Compl. Αὐναδά. in regione tribus Jissaschar fuit. redderes πηγὴν μίαν *fontem unum*, ac legimus infra in ΙΤΑΒΥΡΙΟΝ. Seniores אד πηγὴν *Gen*. II. 6. reddunt.

3. Ἥρα *Juno* Babyloniis Ἄδα, Chaldaeis חדא, Jovis אחד *Jes*. LXVI. 17. אדד etiam Syris dicti, & soror & conjux *una*.

4. Ιτέα Tyriis, eadem Αδα Babyloniis, *Juno*, cujus vestigium in nomine Regis Sidoniorum את בעל patris Jesabelis quondam Achabi conjugis. 1 *Reg*. XVI. 31, *Josepho* Antiq. VIII. 13. Ἰθόβαλος. qui Rex idem hominum, & *Iteae* Sacerdos fuisse creditur ejusque sacrorum Antistes. *Meursio* legitur in Glossis Graeco-barbaris. Ἥρα ἡ θέα. Ἰτεά. Ἀτιά. indicatur Paulo *Rom*. XI. 4. τῇ Βααλ. an Ἰτηβααλ? *Juno* Sidoniis culta Tyriisque, Phoenicibus omnibus. Quod, si haec quoque Αἰγίλιψ dicta. Hesychio in Αἰγίλιψ restituatur. . . . . καὶ Ἰτέα ὑπὸ Τυρίων, nisi Θουρίων nomine *Thurios* indicari putes.

ΑΔΑ. ἄπειρον.

imperitum, *imprudentem* ΑΔΑΗ scripserim emendatius,

tius enim ΑΔΑΕΙΣ. ἀσύνετοι. Hesychio. ex α privativo & Δαης, junctum, nomen venit a Δαέω, *scio*, *disco*. An γ abundat in ΔΑΕΓΩ? ceteroquin refecerim. ΔΑΕΩ. οἶδα, ἐπίσαμαι. nam ΔΑΕΙΣ· μαθών.

ἈΔΑΙΖΩ. ἀναβοῶ, ἀνασενῶ.
legerem. ΑΔΑΙΑΖΩ. infra. Δαιάζω.

ἈΔΑΛΑΝ. πονηρόν.
attenuatum, *laboriosum*, *vexatum* redderem Hebr. דל quod a דלל enim Πονηρόν· Hesychius ἐπίπονον, κακοπαθῆ. exponit per synonymiam. Qui *malignum*, *malitiosum* indicari putaverit, existimet α intensivum & ΔΑΛΑΝ· λύμλω. vel magis Δαλήσαϑαι· λυμήναϑαι. ἀδικῆσαι. nam ΔΑΕΙΝ κακεργεῖν. an ΔΑΛΕΙΝ? enim ΔΑΛΗ· κακεργῆ. Vide Αδας. infra.

ἈΔΑΜΙΑΝ. τὸ ἀδικάςως φωνδύειν. Κρῆτες.
legerem ΑΔΑΜΑΖΕΙΝ. τὸ ἀδικάςως φονεύειν. Κρῆτες. infra Δάμαοσεν· ἀνεῖλεν· Δαμάοση. ἀποκλείνῃ.

ἈΔΑΣ. πονηρός.
an ΑΔΑΛΑΣ? vide supra. sed malim contractum pro ΑΔΑΙΝΟΣ, quippe Δανειν· κακεργεῖν, & ΔΑΙΝΩΝ· κακοποιῶν, κλείνων. Μακεδόνες. infra ΔΑΝΑΣ . . . , καὶ πονηρός. nisi graviter affecta dixeris omnia, de quibus cogitet, qui potest. ΔΑΙΟΝ· ἰσχυρὸν, ἀγαθὸν Hesychius reddit. ergo ΑΔΑΙΟΣ· πονηρός.

ἈΔΑΓΟΣ. ἀδιαίρετος.
legerem ΑΔΑΙΤΡΟΣ· supra vide Ἀδαιτρον. infra Δαιτρον.

ἈΔΔΗΛΟΣ. κόλπος.
an *lectus portatilis cum tuguriolo*, ארל? vel אריל?

ἈΔΕΑΖΩΝ. ἀναβοῶν, ἀνασενῶν.
Diphthongus αι in ε mutabatur aliquando. Vide supra Ἀδαιάζων, infra Δαιάζω.

ΑΔΕ-

ΑΔΕΚΑΤΕΥΤΟΥΣ. ὧν δεκάτlω ὐδεὶς ἔδωκεν.
Grammaticus indicat locum *Ariſtophan.* Equit. vſ. 301. ubi *Scholiaſten* conſulas.

ΑΔΗ. ὐρανός. Μακεδόνες.
Quid ſi legerem ὐρανοῖς? nam *Paul. Colomeſius* Κειμηλ. Literar. c. 28. ex *Hugone Brugthono* refert, in Codd. MSS. quibusdam inveniri Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν ἄδῃ. atque Macedones nunquam orationem Domini aliter precatos fuiſſe. Vel ΑΔΗΣ· Macedonibus οὐρανός dicebatur, interprete Heſychio.

ΑΔΗΜΑΣ, ΑΔΟΣ. ψήφισμα, δόγμα.
enim αδος genitivi terminatio habeatur. infra Αδισμα. dicitur *plebiſcitum* Latinis.

ΑΔΙΣ. ὡς Ἀππίων. ἄθρόοι ἡ ἐσχάρα.
An hic Ἀππίων, Didymi diſcipulus, cognomento Μόχθος, qui cum Herodoro Homerum commentariis illuſtravit? Vix credo. Nam ΑΔΙΣ· mihi videtur Hebr. גדיש *acervus* frumenti, *tumulus*, ex aggeſta terra, *ara* humilis. legerem ἄθροοι ἡ ἐσχάρα. ſupra ΑΔΙΑ· ἐσχάρα, βωμός.

ΑΔΩΡΟΙ. ἀσκοὶ, κώρυκοι, θύλακοι
Utres, *perae*, ex corio *folles*. & intenſivum habeatur. & Δοροι infra.

ΑΔΟΣΙΟΝ. ἄκαυτον ἢ ὁμολογούμενον, ἢ ἀδιαίρετον.
Si idem quod Ἀδούσιον valet infra, pro ἄκαυτον legeres ἱερασόν.

ΑΔΟΥΣΙΑΣΑΜΕΝΟΙ. διελόμενοι, ὁμολογησάμενοι.
an μὴ διελόμενοι?

ΑΔΥΝΑΤΟΙ. οἱ ἐντὸς κεκτημένοι τριῶν μνῶν, τὸ σῶμα πεπηρωμένοι, παρὰ Ἀττικοῖς. ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμαθέν-

μαθόντες παρὰ τῆς βουλῆς τῶν Πεντακοσίων δύο ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας ἑκάστης, ἢ ὀβολόν.

His fere lineis locum valde affectum designarem, pristino nitori restituendum, juvabunt *Harpocration*, *Suidas*, *Selecta Historica*, Biblioth. Coislin. p. m. 603.

ΑΘΑΙΑΡΕΙΣ. αὐθάδεις, ὑπερόπται ἀκριβεῖς.
האתרים *Num.* XXI. 1. exploratores. *Eusebio* in Onomast. Ἀαθαρὶμ. Sed vide Ἀθαρὴς infra.

ΑΘΑΡΑ. ὁλόπυρος, πλιοσάνη πυρῶ καὶ πολτῶδές τι.
Legerem ΑΘΑΡΑ· ὄλυρα, πυρὸς, cetera. *Plinius* N. H. XXII. 25. *Olyram* arineam „ (diximus) vo„ cant. Hac decocta fit medicamentum, quod Ae„ gyptii *atharam* vocant, infantibus utilissimum, „ sed & adultos illinunt eo. adde infra Ἀθάρη, Ζειά, Ὄλυρα. etiam Ἀθηρα. *Dioscorid.* II. 113. infra in Πυανέψια. Hesychius Αθαραν dicit Πύανα.

ΑΘΩΟΣ. καὶ ἀναίτιος.
Legerem ἀζήμιος καὶ ἀναίτιος.

ΑΙΑΖΕΙ. θρηνεῖ.
Aeschylo in *Persis* vs. 925. Vide *Scholia* Graeca. & ad *Eumenid.* vs. 124. infra in Αἰαιη.

ΑΙΓΙΖΕΙΝ. διασπᾷν ἐκ μεταφορᾶς, παρ' ὃ καὶ τὸ αἰκίζεσθαι ἀπὸ τῶν καταιγίδων. Αἴσχυλος. ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ἠδωνοῖς καὶ τὰς νεβρίδας οὕτω λέγει.
Legerem pro καὶ τὸ αἰκίζεσθαι omnino καταιγίζεσθαι, deinde pro νεβρίδας cum *Guieto* νεβρίδας *cervorum pelles* Καταιγίδας, *Aeschylus* dixit, alii Αἰγίδας. Vide Αἰγὶς.

ΑΙΡΑΣ. ἀγρίας βοτάνας.
Dubito an Grammaticus in animo habuerit lucum

2 Reg.

2 *Reg.* IV. 39. *egressus est unus in agrum ut colligeret* ארת quibusdam ἀγρωλάχανα. אור Hebraeis, Graecis αἶρα *olus*, herba agrestis, absque cultura proveniens. *Theophrasto* Hist. Plant. I. 8. VIII. 5. *Dioscoridi* II. 122.

ΑΙΣΥΜΝΗΤΗΡΙ· τῷ νεανίᾳ ὁ δὲ Ἀππίων τῷ βασιλεῖ τῷ τηρῦντι τὰ αἴσια ὅ ἐστι τὰ δίκαια.

Legerem ΑΙΣΥΗΤΗΡΙ· ex illis *Homeri* Iliad. ω vs. 347.

Βῆ δ' ἰέναι κούρῳ αἰσυητῆρι ἐοικώς.

ΑΙΤΝΑΙΟΝ ΚΑΝΘΑΡΟΝ, τὸν μέγαν.

Aristophanes in *Pace* vs. 72. Αἰτναῖον μέγιστον κάνθαρον dixit, *Scholiastes* Graecus exposuit. Αἰτναῖον in suo genere quod *magnum* laudatur.

ΑΚΥΛΟΣ. ὁ τῆς πρίνου καρπός, βάλανος.

Duae sunt ilicis species, cujus utriusque glans brevior & gracilior, ἄκυλος *Homero* Odyss. κ. vs. 242. etiam *Theocrito* Idyll. ε. vs. 94. interpretibus Scholiastis, nec non *Plinio* N. H. XVI. 6. proinde in titulum recipere sustinui, quamquam Ακυλον ferat Editio *Schreveliana*. hinc Belgis *Eeckel*, *glans*. indicante *Kiliano*.

ΑΛΑΒΩΣ. ποταμός.

de Siciliae fluvio *Alabo*, Hyblae proximo, accepit *Sam. Bochartus* Geogr. Sacr. Part. II. Lib. I. cap. 28. utrum Hesychio Ἀλαβῶς Stephano Byzantino Ἀλαλῶν dicitur, quaesitio anceps erit. Regionis nomen neuter addit. Aliquando suspectus titulus mihi videbatur, Ἀλάβαστρος in Aeolide fluvius *Alabastros* prope tractum montis Idae, *Plinio* N. H. vs. 30. ad praecedens Ἀλάβαστρον in litterarum ordine proxime accederet. Nec dum satis conjecturarum est. Quid si Hesychius respexerit locum

cum in Sacris Annalibus. 2 *Reg.* XVII, 6. ubi decem tribus Israëlis in Assyriam & Mediam abductae habitasse feruntur ἐν Ἀλαὲ καὶ ἐν Ἀβὼρ ποταμοῖς Γωζὰν in Graecae Versionis contextu. Ita Grammaticus ΑΛΑ, ΑΒΩΡ· ποταμοι Γωζαν. per me scripserit. Sed qui rectius noverit, impetiat, amabo.

ΑΛΑ ΔΕΝΥΣΤΑΙ. ἡμέρα τὶς τῶν Ἀθήνησι μυστηρίων. Legerem ΑΛΑ ΔΗΛΙΑΣΤΑΙ· enim Hesychio Δηλιασαὶ· οἱ εἰς Δῆλον πεμπόμενοι θεωροί. etiam *Harpocrationi*, *Suidae*.
mittebantur, in Apollinis Delii fano, Marathone, oppido, (Athenis aberat circiter millia passuum decem,) quotannis in Delum, quin & Sacerdos Apollini Delio, pro Deliastis, omni die, sacra faciebat. auctore *Philochoro* in *Tetrapoli* penes *Scholiasten Graecum* ad *Sophocl.* Oedip. Colon. vs. 1040. Sed cujus mensis & quotus dies, ex voto Thesei, solemnis fuit? an ἕκτη ἱσταμένου μηνὸς Μουνιχιῶνος? quo ipse, votis Apollini Delphinio nuncupatis, ad mare descenderat, e Phalero portu, Cretam petens.

ΑΛΦΗΣΤΑΙ. ἀμείπται, ἔντιμοι.
Quid si, pro ἀμείπται, legerem εὑρεταὶ *repertores*, *inventores*? Ἀλφηστὴς· εὑρετής. *Suidae* etiam supra Ἀλφεῖν εὑρίσκειν, redditur. Librariorum error proclivis cernitur in

lectione { vera ΕΥΡΕΤΑΙ.
corrupta ΑΜΕΙΠΤΑΙ.

etiam paulo ante Hesychio Ἀλφη· τιμὴ, ὢν ἡ εὕρεσις. Sed quid ὢν ἡ? an ὠνὴ *emtio*, *mercatio*? Vide in Ὠνός. cur non λευκή? infra Ἀλφὸς· λευκὴ τις ἐν τῷ σώματι. *vitiligo*. Grammaticus Ἀλφὸς· λευκὸς reddit. *Festo* auctore *Album*, quod nos dicimus, a Graeco,

Graeco, quod est ἀλφὸν, est appellatum. Sabini tamen *alpum* dixerunt.

ΑΜΑΛΕΚ. ὕδαλος, θόρυβος.
Divisim legerem. nomenclaturae ratio, obscurior est, quae redditur. Forte in ea respicitur Hebr. לקק *lingere, lambere* lingua *aquam* cum sonitu, canis instar. conf. *Jud.* V. 6. 7.

ΑΜΑΝΟΡΕΣ. δοθιῆνες. Ἠλεῖοι.
Vide infra Δολέων, Ὀλοφυκτίς. in Glossis Benedicti, ubi de Medicina. *Furunculum*, Δοθιλώ. Edit. *Bonav. Vulcanii* p.m. 263. hinc restituas. Gloss. Cyrilli, Δοθίλω, *Aurunculus*, *Furunculus*. Gloss. Philox. *Furunculus*, Δοθίην. etiam Δοθίων Suidae φῦμα φλυκταίνῃ ἐοικός. plura dabit *Lud. Kusterus*.
Ἀμάνωρ junctum videbatur ex ἀμ praepositione loquelari, quae significat *circum* interprete *Festo*, vel *Paulo Diacono*, in *Am.* deinde ex α intensivo, & νώρ quod a נור *ignis* ardens: lucidus enim ex inflammatione *furunculus* apparet & *carbunculus*. Vestigia Chaldaeae hujus originationis, in Νώροψ, ceterum ἀμάνορες ex inflammatione *circum ardentes pustulae majores*. Unde hanc notationem Elei in Peloponneso acceperint, altioris indaginis opus foret.

ΑΜΑΗ. Ἑβραϊστί. Βαβαὶ Συριστί. Ἑλληνιστὶ σύγχυσις.
An respicitur מהומה *Jes.* XXII. 5? ab הום, nam σύγχυσις reddi posset. Βαβαὶ Hesychio θαυμαστικὴ φωνή. Latinis *Papae* interjectio admirantis.

ΑΜΠΟΙΧΟΙ. οἱ ἐν Συρακούσαις ἀρχή.
restituit *Jos. Scaliger* in Notis MSS. dudum, laudatus Viro Plur. Rever. *Jo. Alberti* Per. Crit. c. 15. (cui DEUS, & vires, & vitam addat, ut nobis

Hesy-

Hesychii Glossas propediem instauret!) Dicebantur autem Αμποιχοι, quasi Αμφοιχοι, tenuis π & aspe-rata φ quandoque permutantur invicem. *Custodes*, qui *circumcursabant* urbem, ne quid in ea civitas vel res publica detrimenti caperet. junctum est hoc vocabulum ex ἀμφὶ *circum* & οἴχοι, ab Οἴχειν *currere*, *obire*, circumire. infra Οἴχεσθαι· οἰχνεῖν, πορεύεσθαι, an (πορεύεσθαι?) τρέχειν. Οἰχομένη· πορευομένη, καὶ τὰ ὅμοια. Enim qui consiliis & auxiliis, praesunt civitati Magistratus, regunt, quasi eam circumcursant, prosunt, consulunt.

ΑΜΥΔΩΝ. πόλις τῆς Θρᾴκης.

Palmerium secutus, Ἄμυτρον in Edit. receptum adhuc, rejicerem, atque pristino loco titulum hunc assererem. Urbis hujus meminit Poëta *Homerus* Iliad. β. vs. 836. 849. π. vs. 288. Vide *Eustathium*, *Didymum* aliosque. in Paeonia vel Thracia, sitam scripserunt.

ΑΜΥΛΟΣ. βρῶμα τὸ ἐκ πυρῶν.

Plinio N. H. XXII. 23. *amylon* XVIII. 7. *amylum*.

ΑΜΦΑΔΑΣ. ψηλαφᾶς.

legerem ex *Homero* Iliad. χ. vs. 373.

ΑΜΦΑΦΑΑΣΘΑΙ· ψηλαφᾶσθαι.

vel *Guieto* cederem & *Salmasio*.

ΑΜΦΗΡΙΣΤΟΝ. ἀμφοτέρωθεν ἐξισούμενον, ἀμφίλογον, ἀμφιβαλλόμενον. παρὰ τὸ ἄμφω, καὶ ἐρῶ, τὸ λέγω, ῥῆμα.

Hunc locum contextum legerem integrum.

ΑΝΑΓΕΤΡΙΣ. μαῖα, Ταραντῖνοι.

Salmasium, *Junium* secutus juxta cum *Sopingio* facerem. Vide infra ΑΝΑΓΕΤΡΙΑ. *Assestrix*, *Obstetrix*.

ſtetrix. Μαῖα, Μαιεύτρια. etiam *Aſſa* quondam Latinis, in illis *Varronis* penes *Nonium Marcell*. (c. 1. §. 280. coll.) c. 2. §. 73. in gente Hebraea *obſtetricis* auxilio juvabantur parturientes, cujus nomen & ſexum indicat מילדת & primum memoratur propior adfuiſſe in puerperio Racheli, enixae *Benoni* vel *Benjaminem* obſtetrix. *Gen*. XXXV. 17. quae num in Jacobi familia reducis e Syria fuerit famula, non legitur. *Alexandrinis* interpretibus Graecis Μαῖα. etiam *Exod*. I. 15. מילדת העברית *obſtetricum Hebraearum* in Aegypto foeminarum fama percrebuit. Utrum apud Graecas, & quando, olim, & apud puerperas Romanas, cognitae fuerint *obſtetrices*. an ſemper mulieres, an etiam parturientibus viri fuerint auxilio. quae ars quondam obſtetricia litterarium ſuae dignitatis amplificatorem poſtulat. Antiquiores Graeci non habuerunt obſtetrices, unde mulieres verecundia ductae interierant. Nam Athenienſes primum caverant, ne quis aut femina medicinam diſceret. Agnodice quaedam puella virgo concupivit medicinam diſcere, quae cum concupiſſet, demptis capillis, habitu virili ſe *Herophilo* cuidam tradidit in diſciplinam. *Hygin*. Fab. CCLXXIV. Quis ille *Herophilus*? an *Herophileae ſcholae* magiſter? *Philini* Coi praeceptor? *Galeno* Introduct. c. 4. ſubtilioris ſectae conditor? *Plinio* N. Hiſt. XXVI. 2. 3. clarus in medicina XXV, 2. adde XXIX. 1. Reſtat quaeſitum quando Athenis Areopagitae legem emendarunt, ut ingenuae artem medicinam diſcerent? Ceterum Λοχία, Μαῖα, Ἰατρομαῖα, *Iatromaea*. antiquariis habetur, etiam Romanis, admiſſa femina. Ἀγέτρια.

ΑΝΑΚΗΣΑΙ. ἡσυχάσαι.

Jac. Rhenferdius, Vir Clariſſimus, in margine Libri, quo utebatur, (hunc enim Vir Plur. Rever. *P. Horreus* ſibi comparaverat, a quo jam ante annos quin-

quindecim mutuatus eram,) monuerat an Ἀνακαῦσαι legendum. Saepius mihi in mentem venit Ἀνακεάσσαι, prout in exemplis *Homeri* vetuftis, *Odyſſ.* ο. vs. 321. legebatur. inde hunc locum obnoxium reficerem.

ἈΝΑΚΕΑΣΣΑΙ. καῦσαι ἢ σχίσαι.
Didymus, vel quisque ille Scholiorum auctor Anonymus, praeluxit.

ἈΝΔΡΑΣ ΓΡΑΦΕΙΝ. τὸ ἐν διδασκαλείῳ τῶν παιδίων ὀνόματα γράφειν,
Hunc locum, ſi quis ita mecum, inſtauraret.

ἈΝΕΝΕΙΚΑΤΟ. ἐςέναξεν ἐκ βάθυς.
Homer. Iliad. τ. vs. 314. in Edit. Ἀνενέγκατο.

ἈΝΕΧΑΙΤΙΣΕΝ. ἀνηπείθησεν, ἀνεκρέετο, ἀνέτρεψεν.
enim *Heſychio* Ἀναχαιτίζει ſupra ἀναπείθει, etiam Ἀναχαιτίσαντι quoque redditur ἀναπείσαντι. Deinde metaphora ab equis ducta, Ἀναχαιτίζει valet ἀνακρέεται. Ἀναχαιτίσαντι redditur, inter alia, ἀνακρούσαντι. proinde in Edit. ſejuncta conjungerem.

ἈΝ ΟΜΙΛΟΝ. κατὰ τὸ πλῆθος ἢ ἔκφυλον.
Homer. Iliad. γ. vs. 449. legebatur in Edit. Ἀνώμαλον. Vide infra Ὅμιλος.

ἈΝΟΗΤΟΣ. μωρός, ἠλίθιος, ἀσύνετος, ἄφρων.
deinde.

ἈΝΟΝΤΟΣ ἢ ἈΝΥΟΝΤΟΣ. ἀναπληροῦντος.)
legerem ſeorſum. infra ἈΝΩΝ· ἀνύων. etiam ἈΝΥΟΝΤΑ· ἀναπληροῦντα.

ἈΝΟΠΑΙΑ. 1. ὀρνέου ὄνομα καὶ εἶδος, ἢ 2. ἀνὰ τὴν ὀπὴν τῆς θύρας, ἢ ἀνὰ τὴν θυρίδα, ἢ 3. ἄφωνος.

1. Avis

1. Avis nomen & ſpecies *Homero* Odyſſ. α. vs. 320.

Ὄρνις δ' ὡς ἀνόπαια διέπτατο . . . . . .

Avis autem ut anopaea *avolat* . . . . .
Vide Scholia Graeca. an Hebraeis אנפה *avis* valde *iracunda*, ſimilis *oſſifragae* aquilae fuerit, diſquiritur ad legem *Levit*. XI. 19. *Deut*. XIV. 18. Vide *Bochartum* Hierozoïc. Part. II. Lib. II. c. 30.

2. diviſim ΑΝ ΟΠΑΙΑ legeres, ſecundum quosdam.. ſed cur non junctim? eſſet Ἀνοπαία idem quod Ὀπαία Heſychio θυρίς ἡ ἐκ τοῦ κεράμου vel κεραμὶς ἡ τὴν κάπνην ἔχουσα.

3. *Salmaſio* ἀφανής. Sed nihil mutarem. Ὄψ *Heſychio* noſtro ὄψις, ὀφθαλμὸς ἢ φωνή. ΟΠΑ ΓΗΡΥΟΝΤΕΣ. φωνὴν φθεγγόμενοι.

JACOBI PALMERII

A GRENTEMESNIL

INQUISITIO

an Medicina tempore Mythico in usu fuerit.

QUaeritur an ars Medicina, quae morborum curationem docet, jam a tempore Trojani belli. & seculo, quod Heroïcum vocant, in usu fuerit. Quae quidem quaestio ob summam antiquitatem non ita facilem disquisitionem habet. nam licet Heroïcum seculum a fabuloso distinguatur, parum tamen differt a fabuloso & ad illud proxime accedit. praeterea ejus nullam ex historiis habemus notitiam; sed poëtas tantum sequuntur auctores historici, qui multis post id tempus seculis de rebus ad seculum heroïcum spectantibus scripserunt. & poëtae quidem qui non ex visis aut recenti traditione de eo seculo scripserunt, sed qui post trecentos annos elapsos sua poëmata composuerunt, fabulatoribus annumerandi, nam eorum scripta figmenta licet appellare, & ποίημα a ποίησις *fictio* interpretari. Homerus certe, qui Trojanum bellum narrat ornate & copiose admodum, post multa demum secula de eo bello suam Iliada publicavit. Nam qui minimum intervallum faciunt, ducentos circiter annos a Troja

Troja capta ad Homerum ſcribentem ponunt, qui maximum, quadringentos annos interceſſiſſe volunt At mediam ſententiam ſequitur auctor chronici Marmoris Arundeliani, qui ter centum & duos annos inter Trojae excidium & Homerum florentem ponit. quod marmor, ut antiquiſſimum eorum quae extant & autographum, maximam habere debet auctoritatem. Quis igitur a Poëta veram narrationem poſt elapſa tria ſecula expectabit? nemo Hercule nemo. pulchra figmenta non veras narrationes Homerus ſcripſit, vel, ut volunt plures, cantavit.

His praemiſſis ad ipſum quaeſitum accingamur, ut quantum conjecturae valere poſſunt, ſi non ipſam veritatem, ſaltem veriſimilitudinem proxime ad veritatem accedentem aſſequamur.

Qui volunt antiquos medicos chirurgicam artem tantum exercuiſſe, & nullam morborum curationis per diaetam & pharmaca notitiam habuiſſe, Cornelii Celſi auctoritate praecipue nituntur, qui ſic in principio operis habet. „ Ut alimenta ſanis corporibus, ſic ſanitatem „ aegris medicina promittit. haec quidem nusquam non „ eſt, ſiquidem etiam imperitiſſimae gentes herbas alia- „ que prompta in auxilium vulnerum *morborumque* no- „ verunt: Verum tamen apud Graecos aliquando ma- „ gis quam in caeteris nationibus culta eſt. At nec „ apud hos quidem a prima origine. Sed *paucis ante* „ *nos ſeculis*, utpote cum vetuſtiſſimus auctor Aeſcu- „ lapius celebretur: qui quoniam adhuc rudem & vul- „ garem hanc ſcientiam paulo ſubtilius excoluit, in „ deorum numerum receptus eſt. Hujus deinde duo „ filii Podalirius & Machaon bello Trojano ducem A- „ gamemnonem ſecuti, non mediocrem opem commi- „ litonibus ſuis attulerunt, quos tamen Homerus non „ in peſtilentia neque in variis generibus morborum aliquid

„ aliquid attuliſſe auxilii: ſed vulneribus tantummodo, „ modo ferro & medicamentis mederi ſolitos eſſe pro- „ poſuit, ex quo apparet has partes ſolas ab his eſſe „ tentatas, easque eſſe vetuſtiſſimas.“ Haec Cornelius Celſus. In quibus mirum videtur eum plus quam mille ducentos annos, qui inter Trojae excidium & ſua tempora interceſſerant, pro *paucis ſeculis* aeſtimaſſe, nam ajunt ſub Tiberio vixiſſe. ante Quintilianum certe ſcripſit, qui ſub Domitiano vivebat. nam de Cornelio Celſo Quintilianus mentionem fecit. fuit Cornelius Celſus profeſſione medicus; Ideo de primordio artis quam profitebatur, quando loquitur fidem meretur, ſi aliquid certius quam ex Homeri narationibus fabuloſis, nobis inſinuaret: ſed quoniam ex Homero tantum argumentatur, imo non ex Homero; ſed ex Homeri ſilentio male argutatur, licere debet omnibus contra eum ex ipſo Homero argumentari. itaque ſolam *χειρουργικὴν* artem notam fuiſſe Trojani belli tempore, & eam tantum Machaonem & Podalirium exercuiſſe, ex Homero concludit, eo quod de eo ſiluit Homerus. ejus concluſionem nequaquam admitti poſſe certiſſimum eſt. Sic enim argutatur Homerus de curatione morborum non loquitur, ergo nulla fuit, belli Trojani tempore, ejus artis notitia, quae morbos curaret. Sane hic non eſt ſyllogiſmus ſed paralogiſmus purus putus. At in *peſtilentia*, de qua Homerus loquitur, *neque in variis morborum generibus aliquid attuliſſe auxilii Homerus propoſuit*. optime forte de eo Homerus ſiluit. non enim medicinam facturi, aut ut peſte corruptis militibus auxiliarentur ad Trojam Agamemnonem ſecuti fuerant cum caeteris heroibus, ſed ut arma tractarent, & in id propoſitum plura notanda ſunt. I. quod Homerus in peſtilentia de qua loquitur, nullum ex heroibus peſte correptum fuiſſe memorat; ſed plebem & jumenta tantum in genere eo morbo afflicta fuiſſe narrat. ὀλέκοντο ᾗ λαοί,

ait

Digitized by Google

ait, & paulo post. Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο καὶ κύνας ἀργούς. Quare igitur fecisset de Machaone & Podalirio mentionem, qui procul dubio non debebant se in periculum manifestum immittere pro gregariis militibus. Nam & hoc etiam tempore, grandi pretio oblato & annua pensione non mediocri, vix inducuntur medici, ut peste correptos invisere & curare velint. 2. Demus curationem pestilentis febris fuisse eo tempore ignoratam, pestis enim acutissimus morbus saepe hoc etiam tempore remedia praevenit. nec semper incumbit, sed per multas annorum revolutiones saepe quiescit. Sed aliorum morborum exempla quotannis videntur, ideo earum curationem praecessisse pestis remedia, consentaneum est credere. 3. Homerus semel tantum de curatione vulneris Menelai loquitur, cui Machaon medelam fecit: non ergo χειρουργικὴν in castris exercebant: sed ob dignitatem viri, & amici, & Agamemnonis fratris ad eum ex vulnere periclitantem accessit Machaon. Itaque ex Homero non potest induci solam chirurgicam artem notam fuisse Heroico seculo, & imperitos fuisse homines curationum morborum per diaetam, per balnea, per pharmaciam, quae ars sive scientia θεραπευτικὴ vocata fuit. Sed & ipse Celsus, dum ait *Sanitatem aegris corporibus medicina* promittit & statim ejus artis auctorem Aesculapium facit, videtur aliter sentire de Aesculapio, quam postea de ejus filiis in castris ad Trojam opinatur.

Adducitur etiam locus Josephi, Latine redditus ubi de Salamone loquitur.

Incantationes enim composuit quibus morbi pelluntur. & conjurationum modos scrip os reliquit, quibus cedentes daemones ita fugantur, ut in posterum nunquam reverti audeant atque hoc sanationis genus nunc usque apud nostrates

tes pollet. Vidi enim ex popularibus meis quendam Eleazarum in praesentia Vespasiani, & filiorum . . multos arrepticios percurantem: modus vero curationis erat hic, admoto naribus daemoniaci annulo sub cujus sigillo inclusa radix a Salamone indicata & ad ejus olfactum extrahebatur daemonium & collapso mox homine adjurabat id ne amplius rediret, Salamonis interim mentionem faciens, & incantationes ab eo inventas recitans. Haec interpres Josephi qui ἐπῳδὰς incantationes vertit, per vocem odiosam & hoc seculo semper in malam partem acceptam. Sed non semper ita accipitur inter antiquos, sed simpliciter saepe pro cantilenis sumitur. & pro quadam parte carminis quod ode vocatur. Sed demus sic Josephum intellexisse, unde sumpsit illam narrationem? Nam sacra pagina, Regum tertio, secundum Graecos Libro cap. quarto. nihil tale, de Salamone dicit, sed sic: *καὶ ἐλάλησε Σολομὼν τρεῖς χιλιάδας παραβολάς, καὶ ἦσαν αἱ ᾠδαὶ αὐτοῦ πεντακισχίλιαι. καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν ξύλων ἀπὸ τῆς κέδρου τῆς ἐν τῷ Λιβάνῳ· καὶ ἕως τῆς ὑσσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοῦ τοίχου. καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν κτηνῶν καὶ περὶ τῶν πετεινῶν καὶ περὶ τῶν ἑρπετῶν. καὶ περὶ τῶν ἰχθύων.* Non debuit Josephus mutare in pejus. ea quae in sacra Scriptura de Salomone dicta sunt, nec ex rege sapiente facere magum incantatorem, non enim *γοητείας* illi tribuit Scriptura, sed *παραβολὰς* & *ᾠδάς*. Sed & quando ille Eleazar utebatur radice a Salomone indicata ad Daemoniacos sanandos, sequitur ex Josepho Salomonem de medicina *θεραπευτικῇ* scripsisse, non enim ea curatio est chirurgicorum opus, sed medici qui melancholicis opitulatur, quos praecipue vexant daemones. Quod autem contra daemonum insultus quaedam sint naturalia remedia, quae vim habent eos fugandi patet ex Libro Tobiae cap. 6. Sic enim angelus ad juvenem qui ab illo petierat remedium ad quem usum jusserat servare cor & hepar & sel. *ἡ καρδία καὶ τὸ ἧπαρ ἐὰν*

τινὰ ὀχλῇ δαιμόνιον. ἢ πνεῦμα πονηρὸν, ταῦτα δεῖ καπνίσαι ἐνώπιον ἀνθρώπου, ἢ γυναικὸς καὶ οὐ μὴ ἔτι ὀχληθῇ. ἡ δὲ χολὴ ἐγχρίσαι ἄνθρωπον. ὃς ἔχει λευκώματα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ ἰαθήσεται. Salomonis ergo quinque millia odarum non erant incantationes, ſed hymni in laudem Domini ad exemplum patris ſui.; in quibus quaedam fuerant orationes ad Deum, quibus rogabatur, ut vim & efficaciam daret remediis morborum quae docuerat: Ita credere nos ſuadet Cedrinus, qui ait Eſechiam, Libros Salomonis de morborum curationibus ſuſtuliſſe, eo quod Judaei ab iis libris morborum curationes accipiebant per herbas, & ex iis compoſita pharmaca & negligebant remedia ſacra quae a Deo invocato ſuppetebant vide Cedrenum impreſſionis regiae pag. 94. & 108. Itaque nec ex Cornelio Celſo nec ex Joſepho adſtruitur medicinam therapeuticam ignotam fuiſſe Heroico ſeculo. Sed nunc afferendum aliquid affirmativi commatis, quod praeferri debebit, argumentationi negativae quae ex Celſo adducitur. Proferatur ergo in medium Ariſtides Rhetor profeſſione. Sed Graecus & qui ideo in rebus Graeciae fide dignior, & qui plurimis morbis conflictatus, plura de Aeſculapio & ejus filiis ſcripſit ſub Hadriano & Antoninis floruit Romae. unde credendum eſt, eum Cornelii Celſi libros vidiſſe, & non ſine cauſa ab eo diverſam opinionem ſecutum fuiſſe. Sic autem de Aeſculapio loquitur in ſermone quem de eo ſcripſit, qui extat Tom. I. ſextus ordine. Μεγίστην δὲ καὶ κοινοτάτην εὐεργεσίαν εἰς ἅπαντας κατέθετο, ἀθάνατον ποιήσας τὸ γένος τῇ διαδοχῇ: γάμους τε καὶ παίδων γενέσεις καὶ τρόφων ἀφορμὰς, καὶ πόρους διὰ τῆς ὑγιείας ἐργασάμενος: τὰ δ' ἐν μέρει πρὸς ἄνδρας ὁρῶν διεδίδου. οἷον δὴ τεχνὰς καὶ ἐπιτηδεύματα καὶ βίους πάντας, κοινῷ τινὶ φαρμάκῳ πρὸς ἅπαντας πόνους καὶ πράξεις πάσας τῇ ὑγιείᾳ χρώμενος. ἰατρεῖα τε ἐς τὸ μέσον κατεστήσατο. Quae ſic a Cantero Latine reddita ſunt:

 Maxi-

Maximum vero & latiſſime patens beneficium collocavit in omnes, cum eos per ſucceſſionem immortales fecit, nuptiasque & liberorum procreationes, vitaeque degendae [*alimentorum* debebat vertere], *rationes per ſanitatem procuravit. Alia vero viritim ſingulis diſtribuit, ut artes vel opificia varia, communi ad omnes labores & actiones ſanitatis uſus pharmaco. Medicinas deinde publice aperuit, noctes ac dies ad eorum qui ipſo indigerent commoditatem laborans.* Sic ille. ubi ſi Chirurgicam artem tantum docebat Aeſculapius, mirum foret de vulneribns nullam factam mentionem. & ſermone qui Aſclepiadae inſcribitur. de Podalirio & Machaone ſic ait : οὕτω δὴ φύντες, καὶ τραφέντες, καὶ παιδευθέντες μέχρι μὲν ἡσύχαζε τὰ τῶν Ἀχαιῶν. οἱ δὲ ἐν Θεσσαλίᾳ ἦσαν κόσμος, πολὺ λιμνῶν τὲ καὶ πεδίων καὶ ποταμῶν ἐπιφανέστερος καὶ τοὺς ταύτῃ Ἕλληνας ὤρθουν. εἰ τί τὸ κοινὸν πολιτευόμενοι τὰ ἐκείνης πρέποντα. καὶ τὰς ἰδίας ἑκάστων συμφορὰς ἐπανορθοῦντες. οὐδ' ἦν νοσεῖν ὅπου Μαχάων ἢ Ποδαλείριος φανείη. Κινηθέντων δὲ Ἑλλήνων διὰ τὴν τῶν Τρώων ἀδικίαν ε. υ. . . . ἀφικόμενοι δὲ εἰς Τροίαν. διπλῆν χρείαν παρείχοντο τοῖς Ἀχαιοῖς, καὶ οὐχ ὅσον ἰατροὶ συνῆσαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅπλοις ὠφέλουν &c. Et paulo poſt : καὶ οὗτοι τῆς Μεροπίδος πολὲ ἐπιβάντες, προκρίναντες ἁπασῶν εἶναι καλλίστην ὅσαι παραπλήσιαι μέγεθος, ἰάσαντο τε καὶ ἀπεφήναντο ἐμβατὸν πᾶσιν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις πρότερον σφαλερὰν καὶ ὕποπτον οὖσαν. & rurſus de iisdem. οἱ δὲ ἕως μὲν ἦσαν ἐν ἀνθρώποις στρατείαις καὶ ὁμιλίαις καὶ γενέσει παίδων πρεπόντων αὐτοῖς καὶ συλλήβδην ἁπάσῃ τῇ πολιτικῇ δυνάμει τὰς πόλεις ὠφέλουν. οὐ μόνον τὰς

τοῖ

τῶν σωμάτων νόσους ἐξαιροῦντες, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν πόλεων νοσήματα ἰώμενοι. μᾶλλον δὲ οὐδ' ἐγγίνεσθαι τὴν ἀρχὴν ἐῶντες ἀπ' ἀμφοῖν σώζοντες τοὺς ὑπηκόους. Ex iis locis bene inducitur Asclepiadas fuisse non solum vulnerum sanatores, sed etiam morborum, & voces ἰάτρος καὶ ἰάσαντες καὶ ἰώμενοι, non de sola chirurgia, sed etiam de medicina, quae morbos curat intelligendas esse, nec admittendam esse doctissimi Viri sententiam, qui contendit vocem ἰατρὸς de chirurgo tantum intelligi debere. Sed si ita olim intelligebatur, quomodo factum est ut θεραπευτική, quae, ut vult, recentior fvit nomen retinuit; quod chirurgi sibi antea soli vindicabant. & quando hae artes distinctae fuerant nomen ἰατρὸς penes medicos solos mansit, & χειρουργὸς nomen recens antiquioribus datum fuit? certe sola haec ratio sufficeret ad convincendam eruditissimi viri opinionem. Sed haec satis sint. nam forte prolixior est de re tam manifesta oratio.

Adde tamen quod quando jam heroi co seculo potiones venenatae notae fuerant, & medicis proculdubio notae, qui primi herbarum vim & utilem & nocivam observarunt, consequens est, ut potiones utiles etiam ad pellenda venena notae fuerint. Nam Circe apud Homerum Odyss. K. vers. 234. ἐν δὲ σφιν τύρον τε καὶ ἄλφιτα καὶ μέλι χλωρὸν. Ὄινῳ πραμνείῳ ἐκύκα ἀνέμισγε δὲ σίτῳ Φάρμακα λυγρά. & remedium docuit Mercurius. Ἀλλ' ἄγε δή σε κακῶν ἐκλύσομαι ἠ δὲ σαώσω τῆ τόδε φάρμακον ἐσθλὸν, Et paulo post: ὡς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης. Ergo eas seculo heroico & φάρμακα & ἀλεξιφάρμακα. Salomon in proverb. Cap. 6. vers. 8. de ape & ejus melle ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς τε καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προσφέρονται. ubi notandum, sapientem non dicere πρὸς τροφὴν ad cibum & cor-

poris alimentum. Sed πρὸς ὑγίειαν ad ſanitatem; nam & hoc etiam tempore in plurimis medicamentis mel additur, ut in opiatis & alexipharmacis. Sed & ante Salomonem mellis utilitas ad oculorum caliginem ſanandam nota erat. Nam Jonathan melle guſtato, caliginem diſcuſſit. Dioſcorides de melle. ἀποκαθαίρει γὰρ τὰ ἐπισκοτοῦντα τὰς κόρας. *

* Ex Muſeo Ampliſſimi & humaniſſimi G. Papenbroukii. B

NOTAE

IN

XENOPHONTIS EPHESII

LIB. II.

Pag. 22. vs. 12.

INα ἐμαυτὸν ὑποθῶ λῃ ἢ ἐρῶντι τὴν αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν Joseph. A. J. Lib. XV. cap. II. §. 6. οὐκ ἀσφαλὲς ἔκρινεν (Ἡρώδης) ὥρᾳ τε κάλλιστον ὄντα τὸν Ἀριστόβουλον —— πέμπειν παρὰ τὸν Ἀντώνιον, ἰσχύοντα μὲν ὡς οὐκ ἄλλος τῶν τότε Ῥωμαίων, ἕτοιμον δὲ τοῖς ἐρωτικοῖς αὐτὸν ὑποθεῖναι.

Pag. 23. vs. 11.

Ἕξομεν ἀλλήλους μετὰ θάνατον οὐδὲν ἐνοχλούμενοι. Simile illud Heliod. Lib. II. p. 67. ἔξεσται πάντως ἀλλήλοις συνεῖναι μετά γ' οὖν θάνατον.

Pag. 24. vs. 24.

Δεῖται μὴ κατειπεῖν αὐτῆς, i.e. *ne se apud patrem prodat deferatve.*

Pag. 25. vs. 9.

Κοινωνήματα ἐξαιρέτως. Vere haud dubie conjecit Vir doctus ἐξ ἔρωτος. Ut noster κοινώνημα, sic κοινωνίαν usurpant alii. Ael. de Anim. Lib. II. c. 9. κορῶναι ἀλλήλαις εἰσὶ πιστόταται, καὶ ὅταν εἰς κοινωνίαν συνέλθωσι, πάνυ σφόδρα ἀγαπῶσι σφᾶς, ἢ οὐκ ἂν ἴδοι τις μιγνύμενα ταῦτα τὰ ζῶα ἀνέδην. Joseph. A. J. Lib. XVI. c. 7. ult. Σαλώμην ὁ Φερώρας διέβαλλεν εἰς ἀκρασίαν, καὶ μᾶλλον αἱ γυναῖκες λέγουσαι κοινωνίαν αὐτῇ γενέσθαι πρὸς τὸν Ἄραβα. Et verbum apud Lucian. in Cataplo p. 437. ἀνελθὼν ἐς τὸ οἴκημα —— Γλυκέριον τὴν παλλακίδα μου, καὶ πάλαι δὲ οἶμαι κεκοινωνήκει —— ἑωρόδει. Achill. Tat. Lib. VI. p. 397. μέχρι μὲν αὐτὸν οἶδε μόνον, ἢ οὐκ ἐκοινώνηκεν ἑτέρῳ, πάσχει τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτόν. & εἰς ἀφροδίτην κοινωνεῖν idem Lib. VIII. p. 509.

Pag. 26. vs. 11.

Ἀπειλείτω νῦν εἰ θέλει Μανὴν ξίφη καὶ βρόχους καὶ πῦρ. Proxime accedunt illa Achill. Tat. Lib. VI. extr. ἀπλίζου τοίνυν ἤδη, λάμβανε κατ' ἐμοῦ τὰς μάστιγας, τὸν τροχὸν, τὸ πῦρ, τὸν σίδηρον. Nec non Joseph. de Maccab. §. 5. πρὸς ταῦτα τροχοὺς εὐτρέπιζε καὶ τὸ πῦρ ἐκφύσα σφοδρότερον. Adde B. J. Lib. I. c. 32. §. 3. Ignis quis fuerit usus in tormentis, docebit idem de Maccab. §. 9. & 11. Tum, nisi fallit memoria, longe frequentiori in usu poëtis & Ionibus vocula νῦν, quam atticis, qui τοίνυν, δὴ & οὖν potius solent subjicere imperativis, nec aliter noster infra p. 45. vs. 11, at ut hoc in loco, sic etiam Lucian. de Saltat. p. 924. φέρε νῦν. Achill. Tat. Lib. IV. in B princ. μὴ νῦν ἔφη κλαῖε. Themist. Orat. I. p. 16. A. ἐπιδεικνύτω νῦν τὴν κακίαν. De accentu particulae ita statuo; videri mihi eam ubique circumflexu notandam, nisi ubi apud poëtas versus ratio

bre-

brevem requirit, qui idem sibi indulsisse videntur in hac voce, quod in ἡμῖν & ὑμῖν.

Vs. 21.

Κἀγὼ ὑμῖν ἄπειμι ἐκποδών, Ut Lucian. in Fugit. p. 803. ἐγὼ δὲ ἄπειμι ὑμῖν ἐκποδὼν, ὡς μηδὲ ἴδοιμι αὐτόν.

Pag. 27. vs. 8.

Πατέρα τὸ ἐμὸν Αψυρτον ἐγὼ πείσω σοι με συνοικῆσαι. Quam maculam hic absterſit Vir Cl. eadem inſedit Achilli Tat. Lib. VIII. p. 533. δεόμενος συνοικῆσαι τῷ Καλλισθένει, τὴν κόρην Joseph. Lib. I, B. J. c. 24. § 5. βασιλικῶν γάμων ἠξίωσε συνοικήσας ἀδελφὴν τῆς ἰδίας γυναικός. Nec non Apollod. Lib. III. c. 12. § 5. τινὲς λέγουσι μὴ βουληθῆναι Θέτιν Διὶ συνελθεῖν —— Δία δὲ ὀργισθέντα θνητῷ ἐθελῆσαι αὐτὴν συνοικῆσαι. leg. συνοικίσαι & συνοικίσας. Idem error paſſim in aliis hujus verbi compoſitis obſervatur Herodot. Lib. II. c. 154. τούτους χρόνῳ ὕστερον βασιλεὺς Αμασις ἐξαναστήσας ἐντεῦθεν κατοίκησε εἰς Μέμφιν. leg. κατοίκισε. Et μετοικίσαιντο pro μετοικήσαιντο in Joſ. A. J. Lib. V. c. III. §. 1. nec non ἐνοικισάμενοι loco ἐνοικησάμενοι ἀλλοεθνεῖς γυναῖκας Lib. XI. c. 5. §. 4.

Vs. 9.

Τὴν νῦν σοι γυναῖκα ἀποσκευασόμεθα. Vox propria navigantium Baſil. Tom. II. p. 168. τὸ πολὺ τοῦ βάρους ἀποσκευάζουσι καὶ τὴν ἐμπορίαν ἀφειδῶς ἀντλοῦσιν εἰς θάλασσαν, ὥστε ὑψηλοτέραν ποιῆσαι τὴν ναῦν τοῦ κύματος. Add. Suid. in V. ἀποσκευαζόμενος. Hinc in genere *abjicere*. Achill. Tat. Lib. VIII. p. 523. τὸ μὲν σῶμα ἔρριψαν κατὰ τῆς θαλάττης, τὴν δὲ κεφαλὴν ὡς ἔπεσεν εἶχον, ita leg. non εἶχεν, ἐπὶ τῆς νεὼς τότε

μικρὸν

μικρὸν γὰρ ὕστερον καὶ ταύτην ἀποσκευάσαντες ἔῤῥιψαν ὁμοίως. & quocunque modo libero me aliquo. Lucian. Tyran. p. 784. πληγῇ μιᾷ δύο πονηροὺς ἀποσκευασάμενος καὶ φονεύσας. Eundem praebet usum ἀποφορτίσασθαι Gregor. Naz. Orat. XXVII. p. 471. D. ἀποφορτίσασθαί τι τῆς νεὼς, ἵνα πλέῃς κουφότερος. Achill. Tat. Lib. IV. p. 235. τοῦτό γε ῥᾴδιον τὸν Κλειτοφῶντα ἀποφορτίσασθαι.

Vs. 11.

Ἐννόει οἷα πείσῃ —— οἷα δ' οἱ μετὰ σοῦ κοινωνοί. Constans in talibus usus voculae μὲν facit ut vix dubitem & hic scriptum fuisse οἷα μὲν πείσῃ σὺ —— Nec σὺ, quod syllaba proxima obliteravit, commode videtur abesse posse. Noster pag. 19. vs. 10. ἑώρα μὲν —— ἑώρα δέ. p. 65. vs. 13. ἐννοῶ οἷα μὲν ἦν ἐν Λακεδαίμονι, οἷα δὲ —— Pag. 80. vs. 10. ἀπορίᾳ μὲν, ἀπορίᾳ δὲ. nec aliter alii auctores omnes, quoties vox eadem, aut similis potestatis alia repetitur. Legimus quidem infra pag. 76. vs. 7. ἀπαλλαγῆναι τοῦ πονηροῦ τούτου βίου, ἀπαλλαγῆναι δὲ —— Verum & ibi idem remedium adhibendum puto, quemadmodum quoque pag. 46. vs 9. contra δὲ repono p. 7. vs. 2. Ceterum minis utitur similibus apud Heliod. Lib. VII. p. 341. Cybele Εὐλαβήθι, ait, καὶ μῆνιν ἐρωτικὴν, φύλαξαι καὶ τὸ ἐκ τῆς ὑπεροψίας νεμεσητὸν. Add. p. 351.

Vs. 18.

Κἀκείνην μὲν τὴν πινακίδα κατεῖχε, ἄλλην δὲ ἐγγράφει. Eadem ferme structurae ratio, quam attigi p. 15 vs. 25. aliudque ἐγγράφειν πινακίδι, ἐν πινακίδι & εἰς πινακίδα; aliud ἐγγράφειν πινακίδα, ut hic, & apud Isocr. in fine Trapezit. πρὸς τὴν πόλιν ἐγγράψας ἐπιστολὴν ἔδωκε φέρειν. itemque Lucian. Cronosol. princ.

ἃ

ἃ μὲν τοῦ πένητας χρῆ ποιεῖν, αὐτοῖς ἐκείνοις ἔπεμψα, ἄλλο βιβλίον ἐγγράψας.

Vs. 19.

Δέσποινα ὅτι βούλει ποίει. Simili conſtantia Leucippe apud Achill. Tat. Lib. VI. p. 405. Κἂν τυραννεῖν ἐθέλεις, κἀγὼ τυραννεῖσθαι, πλὴν οὐ βιάσῃ. & paucis interjectis τὰς βασάνους παράστησον, φερέτω τροχὸν, ἰδοὺ χεῖρες Τεινέτω. φερέτω καὶ μάστιγας, ἰδοὺ νῶτος. —— Sequitur illico ἰδοὺ ἕτοιμος, quae vox crebro nude ſolet poni, intellecto εἰμί. Lucian. in Cataplo p. 444. ἣν ἀντλεῖν ἐθέλῃς ἕτοιμος καὶ προσκωπος εἶναι. Add. Bis accuſ. p. 320. Gall. p. 239. Themiſt. Orat. X. p. 129. c. XI. p. 144. B. Fit idem in aliis. D. Lucas c. 1. vs. 38. ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου. Lucian. Dear. Jud. p. 169. αὕτη σοι ἐγὼ πλησίον. idem Dial. Mar. p. 198. & Fugit. p. 803. nec non Aeſch. in Eumen. vs. 95. ἐγὼ δ' ὑφ' ὑμῶν ὧδ' ἀτιμασμένη.

Pag. 28. vs. 15.

Δόξας ἀληθῆ λέγειν αὐτὴν, ἠφάνησε τὸ πραχθὲν οὐκέτι, &c. Joſeph. A. J. Lib. II. c. 4. ult. de Potiphare Πετεφρῆς δὲ μήτε δακρυούσῃ τῇ γυναικὶ μήθ' οἷς ἔλεγε καὶ εἶδεν ἀπιστεῖν ἔχων, τῷ τε πρὸς αὐτὴν ἔρωτι πλέον νέμων ἐπὶ μὲν τὴν τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν οὐκ ἐτρέπετο, δοὺς δὲ σωφρονεῖν τῇ γυναικὶ, πονηρὸν δὲ εἶναι κατακρίνας τὸν Ἰώσηπον, τὸν μὲν εἰς τὴν τῶν κακούργων εἱρκτὴν ἐνέβαλεν.

Pag. 29. vs. 5.

Τῷ νυμφίῳ τῆς θυγατρὸς ἐνδεικνύμενος ὅτι σώφρονα παρθένον ἕξεται. Ea eſt natura verbi medii ἔχεσθαι, ut diverſiſſimam ab activo habeat ſignificationem pariter atque conſtructio-

ſtructionem, adeoque in eorum numerum haud videtur referri poſſe, quorum activa & media uſus ſunt promiſcui. Accedit quod obvia ſint ἔχειν & ἄξειν γυναῖκα, non ἔχεσθαι & ἄξεσθαι noſter p. 31. vs. 10. παραδίδωσι τὴν Ἀνθίαν καὶ κελεύει γυναῖκα ἔχειν. Apollod Lib. I. c. 9. §. 23. ἐὰν ὀμόσῃ αὐτὴν ἕξειν γυναῖκα. Parthen. in Erot. c. 21. εἴγε μέλλοι αὐτὴν γυναῖκα ἕξειν. cap. 22. τῶν νόμων Περσῶν ἕξει γυναῖκα αὐτήν. Adde ſi lubet cap. 27. Lucian. in Tox. p. 91. & Euſtath. ad Il. A. p. 45. extr. Contra ἄγεσθαι γυναῖκα non ἄγειν uſus ſibi vindicavit vid. Thom. Magiſt. rariſſime ἄγειν, ut in Aeſch. Prom. vs. 561. τὴν ὁμοπάτριον ἕδνοις ἤγαγες Ἡσιόνην πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκτρον. Facile itaque in ſuſpicionem incidas ſubſtituendum ἄξεται. ipſe noſter p. 9. vs. 18. ἐμακαρίζετο ἀπὸ πάντων, οἵαν ἄξεται τὴν γυναῖκα, & p. 32. vs. 6. γυναῖκα ἄξομαι τῶν πολιτῶν τινος θυγατέρα. Verum ſalva res eſt, nec dubium ἔχεσθαι olim fuiſſe uſitatum eodem ſenſu quo ἔχειν. Aeſch. Agam. vs. 1668. εἰ δέ τοι μόχθων γένοιτο, τῶν δ' ἅλις ἐχοίμεθ' ἄν. Et eadem in phraſi, qua Xenophon. Joſeph. A. J. Lib. V. c. 9. §. 3. νόμῳ σε συνοικοῦσαν ἕξομαι.

Vs. 17.

Οἱ ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου. Achill. Tat. Lib. VII. pag. 391. οἱ ἐπὶ τῶν δεσμῶν. verſu modo 16. l. Ἀνθίᾳ.

Pag. 31. vs. 5.

Κελεύει ἐμβιβάσαντάς τινας πλοίῳ πορρωτάτω τῆς Συρίων ἀποδόσθαι γῆς. Nihil quidem in his, quod a graeci ſermonis indole abhorreat; nihilominus quod nusquam noſter in hac locutione addere ſoleat τινὰ, τινὰς, coepi ſuſpicari ſitne potius legendum τινί. Pag. 56. vs. 15. κελεύει Ἀβροκόμην ἀγαγόντας προσαρτῆσαι σταυρῷ. p. 57. vs. 20. κελεύει πυρὰν ποιήσαντας καταφλέξαι. p. 61. vs. 18.

κε-

Digitized by Google

κελεύει τάφρον ὀρύξαντας ἐμβάλλειν. pag. 29. vs. 9. ἐκέλευσε δήσαντας αὐτὸν ἐγκαθεῖρξαί τινι οἰκήματι. Alia res est in illo p. 47. vs. 6. ἐκέλευσεν αὐτῇ τινι τῶν οἰκετῶν ὕδωρ ἐνεγκεῖν.

Vs. 6.

Τὴν δὲ Ἀνθίαν οἰκέτῃ συνουσιάζειν ἐνενόει. Modo non peculiari, & haud ſcio an alibi obvia licentia, verbum adhibuit certiſſima videtur Viri Cl. emendatio. Abſolute aliquoties utitur Apollodorus Lib. III. c. 6. §. 7. θεασάμενος περὶ Κυλλήνην ὄφεις συνουσιάζοντας cap. 9. ult. λέγεται —— συνουσιάζοντας εἰς λέοντας ἀλλαγῆναι. conf. c. 10. §. 1. & συνουσιασμὸς apud Joſeph. de Maccab. §. 3. ὁ Ἰωσὴφ νέος ὢν καὶ ἀκμάζων πρὸς συνουσιασμὸν ἠκύρωσε τῷ λογισμῷ τὸν τῶν παθῶν οἶστρον. Alterum συνευνάζειν, idem frequentat Apollod. Lib. II, c. 4. §. 10. ἐπὶ τὴν θήραν ἐξιόντι νυκτὸς ἑκάστης μίαν συνεύναζε θυγατέρα.. Conf. Lib. I. c. 4. § 4. cap. 9. §. 17. Lib. III. c. 1. §. 1. c. 4. §. 3. & ſaepius deinceps, ut & Pind. Pyth. Od. IV. vs. 419. item συνευνᾶσθαι apud Herodot. Lib. VI. c. 107. ἐδόκει ὁ Ἱππίης τῇ ἑωυτοῦ μητρὶ συνευνηθῆναι.

Pag. 32. vs. 14.

Τί γὰρ ἐλευθερίας ἐμοὶ; τί δὲ πλούτων; ſuppleas ὄφελος, an κέρδος, parum referet. Utrumque additum reperitur. Aeſch. Prom. Vinct. vs. 746. τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος. Lucian. Tyrannic. p. 798. ὡς οὐδὲν ἔτι τοῦ ζῆν ὄφελος. Reticuit item alterutrum Ael. de Anim. Lib. VI. c. 11. extr. τί ἐμοὶ κωφοῖς καὶ ἀνοήτοις συμβουλεύειν τὰ συντελέσαντα. Tum ut hic loci πλοῦτοι in numero multitudinis, ſic & Themiſt. Orat. II. p. 28. B. πρὶν ἐνομίζετο ἐν ἀνθρώποις πλοῦτοι. Joſeph. A. J. Lib. III. cap. 2. § 4. πλούτους μεγάλους ἔχον idem Lib. V. cap.

cap. 1. §. 24. & omnium frequentissime Lucianus vid. Necyom. p. 309. de merced. Cond. p. 486. in Herm. 536. alibi. quin etiam Herod. Lib. IX. cap. 79. Αἰγινήτῃσι οἱ μεγάλοι πλοῦτοι ἀρχὴν ἐντεῦθεν ἐγένοντο. Multis scilicet verbis Graeci utroque numero nullo notionis discrimine uti solent, veluti ὄνειρος ὄνειροι, ὕπνος ὕπνοι, ἄρτος ἄρτοι, σκότος σκότοι, φόβος φόβοι. Sunt quae ut numero, ita significatione distant, ita ἥλιος *sol*, ἥλιοι *Dies*, *solisve ardor*. Ael. de Anim. Lib. XVI. c. 17. τοὺς ἡλίους πυροδεστάτους ἀποστέγει. Achill. Tat. Lib. II. p. 145. διὰ τὴν Ἀλκμήνην ὁ Ζεὺς τρεῖς ὅλους ἡλίους ἔκλεψεν. Similiter χρῆμα valet *res*, *negotium*. Χρήματα *opes*, *facultates*, *pecunia*. Neque tamen hoc ita perpetuum est, ut in contrarium non dentur exempla. Joseph. A. J. Lib. XVI. c. 4. §. 3. ὁ νῦν ἥλιος. Pind. Ol. Od. XIII. vs. 51. Πυθοῖ ἔχει σαδίου τιμὴν διαύλου θ' ἀλίῳ ἀμφ' ἑνί. D. Lucas Actor. c. IV. vs. 37. Ἰωσῆς —— ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα. i. e. *pretium*, *pecuniam inde redactam*. Herodot. Lib. III. c. 38. ὁ Δαρεῖος εἴρητο ἐπὶ κόσῳ ἂν χρήματι βουλοίατο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι. ibid. ἐπὶ τίνι χρήματι δεξαίατ' ἂν τελευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρί. Nec non Joseph. Lib. XVIII. cap. 6. §. 3. conf. Lex. MS. apud Montfauc. Biblioth. Coislin. pag. 484.

Pag. 33. vs. 11.

Ἀλλ' οὐ χαίρουσά τε Ἀνθία φανεῖται καλή. l. χαίρουσά γε, Lucian. Jov. Confut. p. 177. πλὴν οὐ χαιρήσουσί γε τὰ τοιαῦτα διεξιόντες. Idem in Galli princ. κέκραγεν ἀλλ' οὔτι χαίρων γε. Herodot. Lib. III. c. 29. ὑμεῖς γε οὐ χαίροντες γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε. Et sine vocula illa noster p. 28. vs. 19. ἀλλ' οὔτι χαιρήσεις. Herodot. Lib. III. c. 35. & c. 69. ac aliis quamplurimis in locis. Soph. in Philoct.

Philoct. vs. 1331. ἀλλ' οὔτι χαίρων, ἥν τόδ' ὀρθωθῇ βέλος. Eundem praestat usum κλάοις ἂν vel κλαύσεις. Aesch. Suppl. vs. 932 κλάοις ἂν εἰ ψαύσειας: sequitur vs. 13. τότε μὲν οὖν τὴν ἡσυχίαν ἤγαγεν ubi abesse poterat articulus ut p. 78. vs. 7. τότε μὲν ἡσυχίαν ἤγαγε. Sed & alii hic addunt; adjunctum invenies apud Ael. V. H. Lib. XII. c. 64. Lucian. Dial. Deor. p. 152. Ver. Hist. Lib. I. p. 739.*

Pag. 34. vs. 8.

Καὶ θεοὺς δεδιώς. Recte interpres *sed Deos reveritus*: conjunctiva pro adversativa ἀλλά. Vid. Gatak. ad Marc. Anton. Lib. II. § 7. Alias elegans & Attica ejus particulae est ellipsis, ut in Aesch. Prom. Vinct. vs. 210. ἐμοὶ δὲ μήτηρ οὐχ ἅπαξ μόνον Θέμις καὶ γαῖα. Ubi vid. Schol. Themist. Orat. XI. p. 148. B. αἰσθάνεται ὀξὺ ὁ ἀκοίμητος τοῦ θεοῦ ὀφθαλμός, οὐ τῆς διανοίας μόνον ἑκάστου, οὐδὲν δὲ μεῖον, καὶ τῆς ἀνοίας. tum θεοὺς δεδιέναι. rursus noster p. 69. vs. 6. Joseph. A. J. Lib. II. c. 3. §. 1. & φοβεῖσθαι τὸν θεόν, idem de Maccab. §. 8.

Vs. 10.

Μὴ μαθοῦσα ἡ Μανδὼ ἐμὲ μᾶλλον κακῶς διαθήσει. Interpres *ne in majus malum conjiciat* ceu scriptum esset κάκιον, quomodo licet sumi possit, quia haud est insolens ut adjectiva, quorum comparativi sunt obvii: circumscribantur per μᾶλλον. Arrian. Exped. Alex. Lib. I. p. 72. Χελιδὼν λάλος μᾶλλον ἢ ἄλλη ὄρνις Joseph. A. J. Lib. VII. c. 10. §. 5. μᾶλλον ἐχθρός. & ex Phrynichi praecepto dicendum sit ἀγαθὸς μᾶλλον, & ἀγαθὸς μάλιστα, licet, ut hoc obiter moneam comparativus ἀγαθώτερος occurrat apud Gregor. Naz. Orat. XVI. p. 261. & superlativo non Synesius modo usus, sed & Diod. Sic. Lib. XVI. p. 555. tamen hic accipere malim pro *potius*.

* Hanc emendationem deberi T. M. H. M. sero vidit Cl. Abreschius. B.

Vs. 21.

Μόλις ἐν σανίδι σωθέντες ἐπ' αἰγιαλοῦ τινος ἦλθον. Modo vitio haec careant, sensus erit, *vix in tabula ubi salvi evaserant, per litus aliquod procedebant*. Verum quum salvos e mari debuerit utique excipere litus, suspicabar scriptum fortasse ab Xenophonte μέχρι τινὸς ἦλθον atque ἐπ' αἰγιαλῷ pendere a σωθέντες *salvi in litus ubi vix in tabula evaserant, aliquandiu progressi sunt*. Aut si construere malueris cum ἦλθον hoc sensu, *ubi vix salvi in tabula evaserant, per litus aliquamdiu procedebant*, donec nempe in sylvam illam incidebant, in qua errantes capti sunt ab Hippothoo.

Pag. 35. vs. 10.

Ἐλθὼν οὖν ἐν τῷ ἀγρῷ —— Haec utcunque scabra, hiulca & lacunosa ita conglutinat acumen V. D., ut sensum fundant optimum. Plura certe hic deesse, quam quae sine integrioris membranae ope suppleri possint, haud obscure colligas ex illis ἕωθεν δὲ ἀναστὰς, unde adparet apud Caprarium noctem transegisse Abrocomen. Ἐλθὼν ἐν τῷ ἀγρῷ dictum puto ut p. 31. vs. 12. γενομένη ἐν τῷ χωρίῳ, ἔνθα ὁ Λάμπων ἔνεμε τὰς αἶγας. Lucas in Evang. c. XXIII. 15. 42. μνήσθητί μου κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Sacrificii, cujus illico mentio, scopus videtur fuisse, ut lustrarent latrocinium. Vid. Achil. Tat. Lib. III. p. 201.

Pag. 36. vs. 9

Πάντας τε ἀπέκτεινεν, ὀλίγους δὲ καὶ ζῶντας ἔλαβε. Perinde hoc dicitur, tanquam scriptum esset ὀλίγων χωρίς. Apollod. Lib. I. c. 7, §. 2. ὥστε διαφθαρῆναι πάντας ἀνθρώπους ὀλίγων χωρὶς, οἳ συνέφυγον εἰς τὰ πλησίον ὄρη.

Minu-

Minutiſſime exſequitur Lucian. in Tox. p. 86. ἅπαντας μὲν τρέπουσι, πολλοὺς δὲ κτείνουσι· τοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἀπάγουσι, πλὴν εἴ τις ἔφθη διανηξάμενος εἰς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ. Ut noſter hic & p. 67. vs. 24. pro *plerique*, *maxima pars*. Sic quoque Lucas in Act. c. II. vs 7. ἐξίσταντο δὲ πάντες —— & pluribus per parentheſin interpoſitis vs. 12. ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν, ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγοντες, τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; ἕτεροι δὲ χλευάζοντες ἔλεγον —— Apollod. Lib. III. c. 5. §. 6. Λητὼ ἀγανακτήσασα τήν τε Ἄρτεμιν καὶ τὸν Ἀπόλλωνα κατὰ τῶν Νιόβης τέκνων παρώξυνε, καὶ τὰς μὲν θηλείας —— κατετόξευσεν Ἄρτεμις, τοὺς δὲ ἄρρενας κοινῇ πάντας Ἀπόλλων ἀπέκτεινεν. Ἐσώθη δὲ τῶν μὲν ἀρρένων Ἀμφίων. Ael. de Anim Lib. VI. c. 63. ſub fin. πᾶν ὅσον ἦν κακοῦργον διασπείρονται ἄλλοι ἄλλῃ. καὶ μέν τινι καὶ καταλειφθέντας τινὰς οἰκίσκῳ διαφθείρει τῷ θανάτῳ. Joſeph. A. J. Lib. V. c. 6. §. 5. περιστάντες κτείνουσιν ἅπαντας —— οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἡγεμόνων τοὺς περιλειφθέντας τῶν στρατιωτῶν ἐνάγοντες —— στρατοπεδεύονται. Lib. VI. c 12. §. 6. πάντας τε αὐτοὺς ἀπέκτεινεν, διασώζεται δὲ παῖς εἷς Adde Lib. VII. c. 7. §. 1. & in vita ſua §. 11. Heſych. πάντες ἀντὶ τοῦ οἱ πλεῖστοι. Eodem modo λοιποὶ pro *reliqui plerique*. Achill. Tat. Lib. III. p. 187. οἱ μὲν ἔκειντο τεθνηκότες, οἱ δὲ ἡμιθνῆτες ἐμάχοντο, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐζώγρησαν, Neque enim ad unum omnes reliquos fuiſſe captos liquet ex pag. 209. οἱ δὲ τῶν λῃστῶν πρὸς τὸν λῄσταρχον ἐκφυγόντες ἔλεγον. Adſeveraſſem pene ſic prorſus *omnis* Latinis uſurpatum ex illo Cic. pro Deor. c. 13. *Quae omnes docti atque ſapientes ſumma, quidam etiam ſola bona eſſe dixerunt.* Niſi dubitationis non nihil injeciſſet E. R. O. itaque ampliandum cenſeo, donec certiora omnique exceptioni exemta mihi aliisve ſe obtulerint. Eſt ubi πάντες notat *reliqui omnes* Ariſtid. Orat. in Achill. p. 30. ὁ μὲν ἐξ ἀμφοῖν ἐνεδείξατο τὴν δύναμιν τοῖς Ἀχαιοῖς, ἔκ τε ὧν καταρασάμενος πολλοὺς διέφθειρε, καὶ ὧν δεξάμενος ἅπαντας ἔσωσε. Frequens in primis hoc ſenſu Joſepho Lib. IV. A. J. c. 6. §. 12. ἀπόλλυνται μὲν οὖν πολ-

πολλοὶ τῶν παρανομησάντων, ἐφθάρησαν ὑπὸ πάντες καὶ λιμῷ. Lib. VII. c. 6. §. 2. πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινεν, ἅπαντας δὲ ἠνάγκασεν εἰς φυγὴν τραπῆναι. Conf. Lib. XX. c. 4. §. 1. B. J. Lib. I. c. 13. §. 3. Lib. V. c. 2. §. 4. atque aliis in locis pluribus. Thucydides contra obſervante Suida πολλὰ uſurpare ſolet pro πάντα. Quomodo πλείονας apud Joſeph. Lib. I. J. A. c. 3. §. 5. accepit Vir Cl. verum ubi haud ſane perſpicere poſſum, qua ratione aliter intelligi poſſit quam notione vulgari, nec verti debebat *plurimis*, ſed *pluribus*, nempe, quum in arca cum Noëo fuerant. Alibi ſignificat *omnigenus*, *varius*, *omnis generis*. Ariſtid. Tom. I. p. 537. μετὰ ταῦτα ὑετοὶ, πάγοι, κρύσταλλοι, ἄνεμοι πάντες. p. 615. ἐπῆλθον μεθ' ὅπλων ἁπάντων. & p. 414. παράπλοι καὶ περίπλοι καὶ εἴσπλοι ναυτῶν οὔποτε λείπουσιν ἁπάντων, Atque ita ſumſeris in Act. c. II. vs. 5. ἦσαν δὲ ἐν Ἰερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι, ἄνδρες εὐλαβεῖς, ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. non erit, quod comminiſcaris ſenſum loco adfingendum longius petitum, qui eſt ſimpliciſſimus. Quin & in τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν haud ſubaudiam ego χωρῶν ſed ἐθνῶν Ariſtid. Tom. 1. p. 66. ἧς (ἑστίας) ἀτέλεστος οὐδεὶς τῶν ὑφ' ἡλίῳ p. 118. οἱ Κελτοὶ μὲν οἱ μέγιστοι καὶ φονικώτατοι τῶν ὑφ' ἡλίῳ. Aeſchin. de F. Leg. p. 35. med. τὸν Φίλιππον τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἀνθρώπων ἔφη πάντων εἶναι δεινότατον. Et αἱ ὑπὸ τὸν ἥλιον πόλεις. Ariſtid. Tom. II. p. 251. Quibus adeo in locis idem ὑπὸ τὸν ἥλιον & ὑφ' ἡλίῳ quod D. Lucae ὑπὸ τὸν οὐρανόν.

Vs 20.

Ἄγει δὲ αὐτὴν καὶ συλληφθέντας τῶν λῃστῶν εἰς Τάρσον. forte ἄγει δὲ αὐτήν τε καὶ τοὺς συλληφθέντας, τοὺς certe niſi addideris languebit oratio. vs. 22. βιαζομένῳ καὶ ἐγκειμένῳ pendet à συγκατατεθεῖσθαι, non ποιεῖσθαι, quo videtur retuliſſe interpres. p. 37. vs. 15. συγκατατεθεῖσθαι ἀναγκάζοντι.

Vs. 20.

Ὡς πάντα ἂν αὐτὴ γένοιτο Πεῤῥλάῳ. Haud infrequens loquendi modus πάντα εἶναι τινί. — *instar omnium esse, pollere gratia, auctoritate apud aliquem.* Lucian. de Dea Syr. p. 892. καί οἱ πάντα κόμβαβος ἦν. Idem in Abdic. p. 825. καὶ σωτὴρ καὶ εὐεργέτης καὶ πάντα ἦν ἐγώ. Herodot. Lib. III. c. 157. πάντα ἦν ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις Ζώπυρος. Joseph. B. J. Lib. I. c. 24. §. 2. πάντα Ἀντίπατρος ἦν. A. J. Lib. XIX. c. 2. §. 3. τὰ πάντα ἦν ὁ Χαιρέας αὐτοῖς. Non paulo rarius ejusdem Lib. XVI. cap. 2. §. 2. πᾶν ἦν αὐτῷ κατὰ τὴν στρατιὰν Ἡρώδης. Pro tertio casu adjunxerintne etiam genitivum dubitare liceat, quod apud Alciphr. Lib. II. Ep. 3. legimus ἐγὼ αὐτῆς εἰμὶ πάντα. Conf. ibi Bergler.

Pag. 37. vs. 1.

Ἀχραντον τηρῆσαι· καὶ σκήπτεται. Achill. Tat. Lib. VIII. pag. 527. εἰ καὶ καλῶς ἄχραντον τηρῶν ὡς ἐπηγγείλατο. Et Lib. IV. p. 235. ταχὺ τι σκήπτεται πιθανόν.

Vs. 16.

Οὐ περὶ πολλοῦ τοῦ ἄντρου συντυγχάνει τῷ Ἱπποθόῳ. Scriptum compareret περὶ τοῦ ἄντρου vel οὐ πολὺ vel etiam ὀλίγον περὶ τοῦ ἄντρου, de integritate haud dubitarem: sic enim Apollod. Lib. III. c. 10. §. 2. εὑρίσκει περὶ τοῦ ἄντρου νεμομένην χελώνην. Et Lucian. in Tox. p. 78. ὀλίγον περὶ τῆς θύρας τοῦ δεσμωτηρίου σταδιόν τι ποιησάμενος. Nunc insolentia locutionis commotus suspicor scribendum οὐ περὶ πολλοῦ ἀλόντος τοῦ ἄντρου τοῦ λῃστρικοῦ. Pag. 42. vs. 16. περὶ ὀλίγου τοῦ τὸ λῃστρικὸν ἁλῶναι. pag. 41. vs. 23. οὐ περὶ πολλοῦ τοῦ σε ἰδεῖν. Vel quomodo videtur

tur legisse interpres οὐ πόῤῥω που τοῦ ἄντρου. Pag. 31. vs. 14. ἡ μὲν οἴχεται πόῤῥω που τῆς γῆς. Pag. 34. vs. 9. πωλῆσαι πόῤῥω που τῆς γῆς. Addita eadem particula, quae intercidisse videtur, legerem quoque p. 43. vs. 1. οὐκ ἔσαι πόῤῥω που τοῦ λῃστηρίου. Themist. Orat. XXIV. p. 303. A. οὐκ ἀποσκηνοῦσιν αἱ Θεαὶ πόῤῥω που τοῦ. Lucian. in Nigr. p. 27. τῆς σκηνῆς πόῤῥω ποι κάθηται. Adde Merc. Cond. p. 480. & de Gymnas. p. 400. tum ut illa συντυγχάνει τῷ Ἱπποθόῳ ita Apollod. Lib. III. cap. 5. §. 7. συντυγχάνει κατά τινα στενὴν ὁδὸν ἐφ᾽ ἅρματος ὀχουμένῳ Λαΐῳ.

GUL.

GUL. OTT. REIZII ANNOTATIONES SPORADES.

I. *Corrigenda & Addenda in ſpecimine Pſeudoſynonymorum.*

QUum in nupero Pſeudoſyn. ſpecimine (quod harum Obſerv. Miſc. Tomus I. Vol. X. exhibet) non nulla legantur, quae contra mentem meam inrepſerunt, lectoremque adeo fallere potuerunt: non aegre is feret, ſpero, ſi potiſſimas earum aberrationum, quae alicujus momenti ſunt, hic indicem. Ne autem in ſolo correctionum luto haereat, placuit earum ſordium taedium laetiori deinde aliquot extravagantium Annotationum lectione abſtergere.

Pag. 126. *vſ.* 5. *a fine, legitur:* propoſitionum. *Reſcribe:* praepoſ.

127, ... 5   γ   fin.

16   meos   meo.

4 a f. *nunc ſubjicio:*] Certe JCtorum Coryphaeus non ſatis Latine in f. l. 59. Dig. *de Hered. inſt.* legere mihi videtur, *per Attium*, [quod ibi valeret, *ab Attio*] pro, *per Titium*, i. e. per intermediam Titii perſonam ab Attio.

134.	18.	ολιγον	ὀλίγῳ
138.	5. a f.	conceptum	conceptam
139.	13	*nunc addo:*] Quam alioqui differentiam statuemus in his Pomponii verbis l. 23. f. Dig. *de Hered. inst.?* „Qui sine dilatione peregre essent, „vel *aegritudine* vel *valetudine* ita „impedirentur.	
Pag. 141. vs.	4.	*delenda vocula* locum.	
	6. a f.	*pro* CURTIUM *scribe* CURTIUS.	
142. ..	12.	aequalitatem	qualitatem
150.	5. a f.	N.A.L.9.	Noct.Att.Lib.I.c.9.
153.	fini	nunc adjicio memorabilem maxime locum ex Cicer. ad Att. I. 14. *Piso consul*, lator *rogationis, idem erat* dissuasor.	
154.	22.	*hic*	*hoc*
	27.	*delenda vox* momenti	
	32. 4.	*dele omnia haec verba*,] Aut audiendi finem respicit, (qualis est in opposito *exorare*) significatque *verhoren.*	
Pag. 155. vs. 13.		nunc adscribo] Sed mihi quidem Plinius non tam ad verborum differentiam quam ad sermonis variationem aut ad orationis numerum hic adtendisse videtur. siquidem nihil ad sensum interest, utrum priori loco *exaudisti*, & posteriori *audi*, an utrobique idem verbum scriptum fingamus, quoniam ambo per *verhooren* (*erhören*) interpretanda censeo.	
Pag. 156. vs. 10.	a fine	*pro* III *legendum* III aut CXI.	

II. Ουδ'

II. Οὐδ' ὅλως *significat* OMNINO NON.

Quantas turbas dederit, quae necdum satis sedatae sint, Ulpiani sententia in l. 8. §. 7. *de Fidej. & mand.* „ Quod si fuerint in duriorem causam adhibiti, placuit „ eos OMNINO NON obligari; in leviorem plane „ causam accipi possint „: Papinianistarum neminem latere potest. Neque ego is sum, qui eas sedare mihi sumam: id tantum nunc agam, ut, quam suaviter hi se fallant, ostendam, qui in Basilicorum versione οὐδὲ ὅλως suae opinionis arcem ponunt, quasi Ulpianus voluerit non *omnino*: quoniam hae voculae Graecae perpetuo *omnino non* significant, quod hae evincent auctoritates. (1) In Glossis Labbaei legimus: Οὐ δὲ ὅλως. *Nequaquam nequicquam.* (2) Menander in Fragm.

Κακῷ ξὺν ἀνδρὶ μηδ' ὅλως ὁδοιπόρει·
Cum viro improbo omnino non ambula.

(3) Theophilus §. 20. Instit. *de Inutili stipul.* Εἰ δέ τις ποιήσειν τι ἕτερον ὁμολογήσῃ, ὅτι ὁ δεῖνα ποιήσει σοι οἰκίαν, οὐδ' ὅλως κρατεῖται, εἰ μὴ ποινὴ ἐντεθῇ ἐπερωτήσει. q. l. Jac. Curtius sic vertit: *Quod si quis alium quid facturum promiserit, veluti quod ille tibi domum aedificabit, omnino non tenetur, nisi poena stipulationi adjecta fuerit.* (4) Legem 32. *de* V. S. [*minus solutum intelligitur, etiamsi nihil esset solutum*] Basilicorum Epitome sic exprimit: ἧττον καταβληθῆναι λέγεται καὶ τὸ μηδ' ὅλως καταβληθέν. Et apud Gothofredum (5) Ecloga ad l. 12. eod. ἧττον καταβάλλει ὁ βραδύτερον καταβάλλων, καὶ ὁ μηδὲ ὅλως. Imo clarius (6) Theodorus Hermopolites, (ad l. 150. D. de V. S. laudante Wissenbachio) qui τοῦ ἧττον tres constituit articulos: τὸ βραδέως, τὸ μὴ παντελῶς, τὸ μηδὲν ὅλως, *qui sero, qui non omnino, qui nihil omnino solvit.* Denique Harmenopulus l. 242. §. 3. eod. sic interpretatus est: χήρα λέγεται οὐ μόνον διαζευχθεῖσα, ἀλλὰ ἡ μηδ' ὅλως ἄνδρα ἐσχηκυῖα. *Vidua dicitur*

non tantum post dissolutum matrimonium, sed & quae virum omnino non habuit. Unde apparet, eos suo semet jugulare gladio, qui οὐδὲ ὅλως per *non omnino* reddendum putant. Potiori ergo jure (quod nondum a quoquam animadversum memini) citare pro sua caussa potuissent eundem Ulpianum in l. 14. §. 5. de Interrogat: *Quod autem ait Praetor*, omnino non respondisse: *posteriores sic exceperunt, ut omnino non respondisse videatur, qui ad interrogatum non respondit, id est* περὶ ἔπος. Is ergo respondit quidem, at non omnino.

III. *Aequitas* §. 14. *Instit. de R.D. defensa.*

Duriorem de h. l. (ad verbum fere desumta ex Gajo, L. V. §. 2. sqq. de A. R.D.) fert sententiam Juris N. & G. scriptor celeberrimus his verbis: „ Nec „ magis ferendum putem, qui dominum, persequen„ tem examen, area sua excludit, ut illo ipse potia„ tur: licet id justum visum fuerit jureconsultis Ro„ manorum §. 14. *Inst. de rer. divis.* Et qui magis „ justum sit, examen suum persequentem aedibus & „ area excludere, quam domo abigere vicinum, galli„ nas turbatas, & in aream nostram avolantes, repe„ titurum? Itaque aequissima lex Platonis Lib. VIII. de „ Legibus: *si aliena examina quis persequitur, atque aera* „ *pulsans apes delectatione ad se trahit; damnum resar*„ *ciat* " Sed nonne ex eadem aequitate singularem legem XII. Tabulae & Praetor proposuit *de Glande legenda?* Nonne hujus examinis dominus ad exhibendum cum fundi Domino agere poterit? arg. l. 5. §. 2. sqq. l 9. pr. & §. 1. l. 15. *Dig. ad Exhib.* Nonne V. Cl. Heineccius ad Vinnii Comment. hac §. cum aliis inter apes feras & alveariis inclusas, evolantesque & revolantes, discrimen facit? atque ita intelligendum esse Ulpianum in l. 8. §. 1. *famil. ercisc.*? imo mansuefactarum apium furtum fieri docent A. Costa & Vinnius

ex

ex l. 26 D. *de Furtis*. Faciamus ergo in d. §. 14. idem discriminis, dicamusque, Imperatorem de feris apibus, quae nondum cujusquam fuerint, loqui, non de examine cujus quis sit dominus; idque non tantum simplex praecedentium verborum lectio indicat, (ut de Gajo taceam, cujus sermo vix in alium detorqueri potest sensum) sed & versiculus finalis, *Examen quoque* &c. Nam sicuti, quid in *feris* apibus juris esset, modo docuerat Justinianus, ita nunc de *mansuefactis* agit, & quousque tuae esse intelligantur, docet. Atqui earum persecutio non est difficilis, si eas in meo fundo conspexeris: ego autem te fundum ingredi prohibuerim, ut ipse includerem: idque si fecero, furti tibi obligor, l. 5. §. 6. D. de A. R. D. aut, quod jam monui, ad exhibendum agere poteris; Anne etiam, si non ceperim, quoniam dolo feci, quominus possiderem, l. 5. §. 2. l. 14 D. *ad Exhibend.*? Sed substituo potius actionem in factum, ex l. 7. Cod. eod. &c.

IV. *Defenditur lectio l. 16. f. Dig. de Jure Patron.*

Praecedenti §. quaerit Ulpianus, quid juris sit, si quis plures res simul alienando minorem se centenario fecerit? Utrum omnium illarum alienatio, tamquam in fraudem legis facta, nulla sit; an sufficiat parte rerum revocata, libertum efficere centenarium, ut scil. in reliquas agat Fabiano aut Calvisiano judicio? & respondet, magis esse, ut omnium alienatio nullius sit momenti. Hinc §. 2. ait: *Si quis plane non semel alienaverit, sed quasdam res ante, quasdam postea: alienatio earum rerum, quae postea alienatae sint, ipso jure non revocabitur, sed priorum in posterioribus Favianae locus erit.* „Verba haec, ait Vir Consultissimus, aliquid „contorti habere videntur, nec satis conveniunt superiori fundamento. Procul dubio res posteriores erant „alienatae in fraudem legis, quia sic desinebat esse „cen-

„ centenarius: priores in fraudem patroni, quia si ni-
„ hil amplius alienasset, mansurus centenarius fuisset.
„ Qui ergo dici potest, *in posterioribus locum esse Fa-*
„ *vianae?* Et quid est: *ipso jure non revocabitur?*
„ Ipse, si quid video, sensus postulare videtur hanc
„ emendationem: *Alienatio earum rerum, quae postea*
„ *alienatae sunt, ipso jure rovocabitur, sed non priorum,*
„ *in quibus* (vel, *in prioribus*) *Favianae locus erit.*" &c.
At sic Ulpianus vix quidquam novi diceret, quod in pr. h. l. non satis jam dixisset. Quare, ut nova exsistat species, ego retentam lectionem vulgatam sic expono: Priorum rerum alienatione fecerat se libertus centenario minorem; adeoque illa in fraudem legis facta, nulla est & ipso jure revocatur. Ita jam minor factus, alias postea res alienat; quae utpote in fraudem patroni alienatae, non ipso jure, sed per actionem Fabianam & Calv. revocandae sunt.

V. *L.* 38. *D. de Bonis libertor. defenditur.*

Est V. D. qui hic legat: *ne, qui suo nomine a bonorum possessione summovetur*, (non, *summoventur*) *per alios eam consequatur.* (non, *consequantur?*) filius puta exheredatus per suos liberos, sive testatoris nepotes. Terentium Clementem ita scribere potuisse, fateor; debuisse, non concedo. Pluraliter enim atque adeo generaliter loquendo ponit regulam ad similes casus extendendam, quam vel in prima persona sic efferre potuit: *ne bonorum possessionem, a qua nostro submovemur nomine, per alios consequamur.*

VI. *Explicatur l.* 62. *pr. D. de Condit. & Demonstr.*

Mirabitur forte lector, cur haec ejusdem Clementis verba [*Sed si hoc specialiter expressit testator, etiam si ex*

alio

alio post mortem suam liberos procreaverit, nihilominus eam ad legatum admitti.] explicare adgrediar, quum nihil difficultatis prima fronte habere videantur. Sed sciat, nec Vivianum h. l. recte cepisse, & esse Virum Consultiss. qui eam paucos ante annos sic interpretatus sit: „Hinc etiamsi specialiter id expressisset testator, quod „ has decimas legaverit in eam conditionem, si uxor „ ex se post testamentum liberos enixa fuerit: nihilo- „ minus ea, judice Ter. Clemente, admittenda est ad „ legatum, etiamsi ex alio post mortem mariti liberos „ enixa sit.“ At ne hujus Viri auctoritate imprudentes abripiantur, bona cum ipsius venia, quid mihi videatur, aperiam. Superiori lege 61. hanc Ulpianus tractat quaestionem: Si vir uxori *ad tempus liberorum* legaverit, an soli hi liberi intelligantur, qui post mortem testatoris nati fuerint, an & illi quos ipse vivus post factum testamentum ex ea suscepisset? Et concludit, utrosque mulieri proficere. Huic opinioni Ulpianeae subjunxit Tribonianus suprascripta Clementis verba, quibus, ni fallor, significat: „Sed, etiamsi testator non „ generaliter *ad tempus liberorum*, sed specialiter eo ca- „ su legaverit, si ex alio marito post suam testatoris „ mortem liberos procreaverit: atque illa non ex alio „ marito, sed ex ipso testatore post factum test. liberos „ pepererit; (sic enim ex antecedenti lege species huj. „ leg. est supplenda) nihilominus eam ad legatum ad- „ mitti.“ Aequissima sane ratione ita arbitratus est Clemens: siquidem hoc tacite sensisse videtur testator, at non expressisse, ut qui desperarit, se ex uxore liberos esse generaturum. Hoc unum tamen in d. l. 62. forte emendandum ut voculae *si* & *etiamsi* locum inter se permutent h. m. *Sed etiamsi hoc specialiter expressit testator, si ex alio post mort.* &c. quod eo probabilius, quia hic titulus agit de Conditionibus: & praeterea, si testator dicat, *etiamsi ex alio* &c. (quod valet, *vel si, imo etsi, quin si*) vix ullus dubitationi locus superforet, an

&

& de eo casu, si ex se liberos pariat, intellexerit. Illa Viri Cl. expositio inde videtur orta, quod haec verba, *etiamsi ex alio post mortem suam liberos procreaverit*, tamquam ipsius Clementis restrictionem acceperit, quae ego pro testatoris verbis sumo. Si Clementis essent, dixisset *post mortem ejus*; non, *post mortem suam* sed etsi similes καταχρήσεις in probatissimis L. L. auctoribus agnosco, tamen eas, si retenta verborum proprietate & latiniori usu non absurdus sensus exsistit, non temere admittendas censeo: quod pluribus exemplis mox ostendam.

VII. *Pronominum* SUUS & EJUS *rectus usus in Digg. aliquoties defensus.*

Quia modo de pronomine reciproco & relativo locuti fuimus, in mentem venit, aliquot Juris Civilis loca, nuper a Viro Eruditiss. sollicitata, sarta tecta servare. Primo controversiam movet his Modestini verbis in l. 27. pr *de Negot. gest. Cumque eundem saltum cum fratre divideret, sumtus sibi, quasi re meliore ab eo facta, desiderabat*: jubetque reponi *re mel. ab se facta.* quod recte se haberet, si ipsum fratrem loquentem induceret JCtus; verum, quod nunc scriptum est, *ab eo*, significat ἐξήγησιν esse ipsius Modestini. (2) In l. 31. §. 6. eod. contrario errore scriptum dicitur: *Quamquam mater filii negotia secundum patris voluntatem pietatis fiducia gerat, tamen jus actoris periculo suo, litium causa constituendi, non habebit*, pro *periculo ejus*, sc. filii. At enim mater, si liceret, suo ipsius matris periculo actorem constituere deberet. Tutor enim & curator suo, non pupilli aut minoris, nomine ac periculo actorem constituunt. §. *ult. Inst. de Curat. l. 24. D. de Adm. tut. l. un. Cod. de Actore a tut. s. cur. dando.* (3) l. 2. § 5. D. *de Judiciis* legitur: *alioquin compelletur judicium accipere, quam invenire eos, qui satis pro eo dent*: Si hic lege-

legeremus, *satis pro se dent*, ambigua foret oratio. Et si sic scripsisset Ulpianus, alii *forte ab eo* tamquam rectius rescribendum censerent. Sed aliud vitii majoris momenti hic latere creditur, & verba, *quam invenire* mutanda in *vel invenire*. At ego miror Viro Cl. in mentem non venisse frequentem particulae *magis* vel *potius* ellipsin, quam ipse in alio opere fuse tractavit, atque ante me alii ad h. l. notaverant. Conferatur Belga meus Graecissans pag. 424. Et ut alios JCtos mittam, sic idem ille Ulpianus *l. 20. fin. de Adg. v. Om. her. Haec enim actio poenam & vindictam, quam rei persecutionem continet.* (4) Simile judicium fero de scriptura l. 47. pr. Dig. Mandati: *Si fidejussori uxor doti promiserit, quod ei ex causa fidejussoria debeat.* Minus obscurum V. Cl. putat, si scriptum fuisset, *quod sibi debeat.* Ego contra. Quis etenim debet? Maritus, idemque fidejussor. At cui? sibine? non, sed illi, uxori puta. (5) Paulus l. 31. §. 2. de Inoff. test. *Si heres*, inquit, *exstiterim ei, qui eo testamento institutus est, quod de inofficioso arguere volo; non mihi nocebit: maxime, si eam portionem non possideam, vel jure suo possideam. Jure suo* quomodo exponi possit per, *jure ejus*, vix intelligo, quum jure alieno nemo quid possidere possit. Nec enim de naturali, sed de civili possessione hic JCtum loqui, probare nihil adtinet. Quare, ne longi simus (nam permultae variaeque ad h. l. fingi possunt sui juris species) placet Accursiana expositio pro *jure meo.* Et quid prohibet, cum Graeci similiter ἑαυτοῦ & ἑαυτῶν pro ἐμοῦ & ἡμῶν dixerunt, esse idiotismum JCtorum & quasi terminum artis? Sic idem Paulus l. 20. de Novatt. *Novare possumus aut ipsi, si sui juris sumus.* Et Ulpian. l. 2. de Hered. pet. *Sive suo nomine* [*sive per se:* quae tria verba vetus glossema esse puto) *sive per alios effecti sumus.* (6) In l. 41. §. 3. D. *de Excus.* verba haec *a collegarum filiorumque eorum tutela non excusantur:* sic emendare jubemur, *filiorum collegarum suorum*, ut in l. seq.

Sed

Sed ego nihil innovandum cenſeo. Nullam enim ſcio legem, quae impuberem nullius corporis aut collegii, ut Curialium in Municipiis, aut artificum & opificum collegam eſſe ſinat. Et clarum exemplum eſt in l. ult. Cod. *de Teſt. mil.* ad quam multi multa. Imo, ſi feminarum hic ratio habenda eſſet, nonne Veſtales & Minervae ſacerdotes puellae impuberes creabantur? quamquam has, uti a patria poteſtate, ita & a tutela liberas fuiſſe patet, quia jus teſtamenti faciundi adipiſcebantur, teſte Gellio N. A. Lib. I. c. 12. & quidem ἀνεῦ προςάτε, ut ait Plutarchus in Numa, p. 66. f. (7) In l. 11. Cod. *de Evict.* legimus: *Si ejus nomine controverſiam refert, quaſi per uxorem ſuam, antequam tu emeres, comparaverit.* Ubi *ejus nomine* Alexandrum ſcripſiſſe pro *ſuo nomine* non putem, ſed pro, *eo nomine* vel *ejus rei nomine.* (8) In l. 23. §. 3. D. de Adq. R. Dom. vulgata exhibet: *aut ſi liber ſit, ei [cui bona fide ſervit]: an vero ei debeat adquirere totum, ex cujus re eſt, videamus?* Cujacianam emendationem, *aut ſi liber ſit, ſibi; an vero* &c. Anton. Faber IV. Conj. 16 auctoritate veteris Codicis, quo Taurini per aliquot annos uſus fuit, confirmat, in quo ſic legebatur: *aut ſi liber ſit, ſibi, vel ei cui b. f. ſervit; an vero* &c. Et omnino delenda eſſe verba, *vel ei cui b. f. ſervit*, cenſet, ideo quod in Pandectis Flor. intercluſa lineis ſint. Sed hunc Fabri errorem ſimilem eſſe puto iis, quos *Jauchius de Negatt.* notavit pag. 132. ſeqq. Immo vetus ille Codex veram mihi lectionem exhibere, & potiori jure in §. praecedenti eorundem verborum gloſſema eſſe videtur. Sed hoc nunc non agimus. Deinde tamen idem Faber vulgatum *ei* pro *ſibi*, ſublatis verbis mediis, contra receptas Grammaticorum regulas dixiſſe Ulpianum, non aegre concedit, quod ejusmodi errores L. Valla ſaepius obſervaverit. Ego tamen hos apud Vallam non reperio obſervatos. Alii autem Viro Docto idem ſaxum volventi ſatisfecit. Cl.

Du-

Dukerus cum sociis in *Opusc. de Latin. JCtorum pag.* 323 — 4.

VIII. *JCtorum vett. mens in aliquot legibus aperta.*

Jam lubet aliquot exemplis docere; quantas vel una vox non satis percepta tenebras Virorum Doctissimorum menti offundat, mirasque legis alicujus explicationes pariat, quas parvula glossa discutere tentabo. (1) In l. 65. pr. *D. de R. V.* *Non dominus* est creditor, qui praedium sibi oppigneratum vendidit. *Dominus* est ipse debitor. Unde reliqua omnia luce meridiana fiunt clariora. (2) Sensus l. 6. *de Admin tut.* [*Hoc autem, quod cognovit tutor, pupillus probare debebit.*] pendet ex superiori lege, & sic supplendus, *se tutorem fuisse datum.* *Probare* autem non *approbare* notat, sed certis argumentis docere & liquido demonstrare. (3) In l. 13. §. 1. D. Commodati, *qui experiendum dedit*, idem est qui prius a domino experiendum acceperat, sed alii locaverat. Unde patet, nihil hic mutandum. (4) In l. 72. §. 1. D. de Contrah. em. verba haec: *Venditio ejus valebit*, non eum habent sensum, quem prae se ferunt, ita scil. valere venditionem, ut ea res praestari debeat: sed hunc, venditorem illum, hominem privatum, ad id teneri ex ea venditione, ut emtori, quia rem habere non liceat, evictionem praestet. Et ne verba perdam, unius Pomponii l. 4. h. t. citabo: *Et liberi hominis, & loci sacri, & religiosi, qui haberi non potest*, emtio intelligitur, *si ab ignorante emitur.* Adde l. 28. l. 34. §. 3. l. 70. eod. Quod autem Gothofredus notat: *imo non valebit, arg. l. 39. f. de Leg. 1.* facile eo diluitur, quod a legatis raro valeat argumentum ad contractus &c. (5) In l. 6. §. 2. D. *si servitus vindicetur*, dictionem *asserere sibi servitutem* Gallus secundum verum Latini sermonis genium

nium pro *vindicare sibi serv.* accepit. Sed induxit Vitum Cl. in errorem prava lectio *cui res servit*; loco verae, *cujus res servit.* (6) Neque in l. 21. §. 2. D. de Evict. nec alibi usquam legere memini, *litis aestimationem tollere*, sed *sufferre* Sic Paulus l. 19. pr. *de Nox. act* Gajus l. 20. Africanus l. 28. f. eod. & Ulpianus l. 38. pr. eod. *suaque culpa litis aestimationem sublaturum.* Gajus l. 70. §. 3. de Legat. 1. *quasi litis aestimatio a legatario sufferatur heredi.* Scio equidem Grammaticos huic verbo *suffero* praeteritum ac supinum abjudicare, atque *sustuli* & *sublatum* soli verbo *tollo* tribuere, sed eos falli, ipsius Ciceronis auctoritate ostendam: qui L. III. de Nat. Deor. c. 33. *At Phalaris*, inquit, *at Apollodorus paenas sustulit.* Quis autem *poenas tollere* unquam dixit? De ipsa locutione, *litis aest. sufferre*, consulendus Cl. Dukerus pag, 359 (7) In l. 74. §. 1. de Evict. *Pignus* non notat ὑποθήκην conventionalem, sed pignus praetorium, & ut ita dicam, multatitium, captum ab homine, qui rei judicatae satisfacere non vult; de quo inter alia singularis tit. Cod. VIII. 22. Periphrasis autem, *qui pretio liberatus est*, eundem designat hominem, jus dicenti non obtemperantem, &c. (8) Ait l 53. de Jure dotium : *Cum vir uxori donare vellet, debitor mulieris, qui solvendo non erat, dotem ei promisit.* Vocabulum uxoris hic proprie sumendum pro *jam nupta* ; alioqui dixisset JCtus: *Cum vir mulieri don. vel.* Quum vero donationes virum inter & uxorem sint prohibitae, & contra dotes etiam constante matrimonio constitui possint, (vid. Noodtius in Comment. h. t. pag. 503. b.) hinc quaeritur, quatenus vir ex illa simulata dote teneatur? Sed est modus in rebus!

XI. *Multa*

IX. *Multa verba abſolutae actionis per Cupio, deſidero, volo, coepi, poſſum aut debeo exponenda.*

Verba abſolutae actionis pro ſolo conatu aut nuda voluntate ſaepiſſime accipi, ex Hebraeis, Graecis Latinisque ſcriptoribus Viri Docti, Glaſſius in Philol ſacra, Wolfius in Curis Phil ad N. T. Burmannus ad Petronium, J. F. Reitzius in Ambig. p. 201. aliique toties jam monuerunt, ut non extraneorum exemplis, ſed domeſticis oſtenſurus ſim, quantum haec ſive obſervatio ſive regula uſus adferat in exponendis nonnullis veterum Juris auctorum locis.

Ulpianus l. 3. §. 6. de Minorib. *Debere eum audiri, in integrum ſe reſtituentem:* i. e. reſtituere ſe cupientem, aut reſtitui deſiderantem.

Idem l. 15. f. Ex quib. cauſ. maj. *Nam eum, qui differt reſtitutionem, non eſſe audiendum:* i. e. reſtitutionis deſiderium.

Adeoque l. 39. §. 3. Dig. de Adm. tut. *Nam hereditatis in provincia fideicommiſſo reſtituto*, Accurſius recte interpretatur: *reſtitui petito.*

Ulpian. l. 22 §. 1. de Minorib. *Nemine* cum *his contrahente*, quod valet, contrahere volente aut contracturo.

Paulus ſimiliter l. 12. §. 1. de Adm. tut. *Nemine ſcilicet emente*, i. e. emere cupiente, volente.

Sic Gloſſae in l. 6. pr. Cod. ad SC. Vellej. verbum *gereret* exponunt per *gerere vellet.*

Huc fere pertinet elegans metalepſis apud Ulpianum l. 63. de Judiciis. *Nec ille videtur defendi, qui quod judicatum eſt, non ſolvit:* quod exp. Gothofredus: *judicatum ſolvi non ſatisdat.* Atque ita *non ſolvit*, dicitur, pro non ſoluturus eſt, non ſolvere ſtatuit.

Interdum per *coepisse* vel *coeptum esse* ejusmodi verba explicanda sunt. Sic enim capio Ulpiani dictum in l. 21. pr. de Evict. *Antequam evincatur*, i. e. evinci coeptus sit, aut anteq. vindicetur.

Et Julianum l. 25. §. ult. de Usuris: *quamdiu a me evictus non fuerit*: i. e. quamdiu lis de evictione contestata aut coepta non fuerit.

Ita Westenbergius cum Vinnio Justiniani verba in pr. Inst. de Emt. vend. *sive in scriptis sive sine scriptis venditio celebrata est*, ob l. 17. Cod. de Fide instr. intelligunt pro *celebrari coepta est*.

Eodem refer, quae Huberus III. Praelect. pag. 99. a. disputat de dictione, *Usurae currunt*, ut quae modo significet *currere pergunt*, modo *currere incipiunt*.

In aliis rursus verbis ac locis supplendum quasi est aut *Possum* aut *debeo*. Ulpian. l. 19. §. 2. de Judiciis: *videtur, nisi alio loci, ut defenderet, convenit, ibidem se defendere*. i. e. ibid. se def. debere.

Idem l. 8. §. 11. de Inoffic. test. *Merito dicendum est, nullum judicium movere*. i. e. movere non posse aut non debere.

Id. l. 2. f. ad Sc. Vell. *Cum ex hac re subeat comdemnationem*, i. e. subire possit, aut subeat condemnationis periculum.

Id. l. 8. f. Mandati: *Sed & si restituas, tradere debes*. quod Azo exposuit: *& si restituendi facultatem habeas*, i. e. restituere possis.

Idem l. 15. de Praescr. verb. *Non timet condictionem*, ubi alius forte malit, *non timeat cond*. sed, ut Ulpiano vidimus familiare esse, notat: non timere debet cond.

Id. l. 24. §. 2. de Pignor. ait. *Quod si accepit jam pecuniam, superfluum reddit*. Ubi nihil opus est, ut legamus *reddat*, *aut reddet*.

Id. l. 14. §. 13. de Religiosis: *Et generaliter puto, judicem non meram negotiorum gestorum actionem imitari*,

tari, sed solutius aequitatem sequi, subaudi *debere*. Quod qui non intellexerunt, addita voce legerunt *judicem justum*.

Id. l. 20. pr. in f. eod. *Sed cum dos morte mulieris ad eum pervenerit, potest dici, conferre eum* i. e. deb. conf.

Id. l. 5. §. 4. de Cond. c. d. c. n. f. *Consequens est, ut dicamus refundere eum, quod accepit.*

Id. l. 5. § 6. Commod. *Certe si hoc actum est, ut custodiam is, qui rogavit, praestet, dicendum erit, praestare.*

Id. l. 2. §. 13. de Hered. vel act. vend. *Marcellus libro VI. digestorum non petere eum scripsit* i. e. non petere debere, aut cum effectu non posse.

Nec tamen solum Ulpianum sic loqui, sequentia ostendent: Scaevola l. 27. de Probatt. *exigi* dicit pro *exigi posse*, aut cum effectu f. recte exigi. & similiter in l. 10. Cod. de Usuris.

Idem l. 47. §. 4. de Adm. tut. *Id praestatur, quod testator voluisset* i. e. debet praestari, praestandum est.

Paulus l. 20. de Pact. dot. *Mortuo patre* (dos) *statim exigitur*, i. e. recte exigi potest.

Id. l. 32. de Minorib. *ideoque non conveniuntur.* Ubi convenientur malint alii.

Hermogen. l. ult. si quis omissa e. t. *A legatariis & fideicommissariis non convenitur.*

XII. *Emendatiuncularum in Digestorum Libris Specimen.*

In levioribus hisce, quas nunc proponimus, conjecturis, non admodum nos fuisse sollicitos aut curiosos fatemur, ab aliis ne jam occupatae fuerint nec ne. Quod forte erunt, qui mihi vitio vertent, si forte unam alteramve apud alios aut invenerint aut inventuri sint:

 sed

ſed hi ſciant, primo tanto certiorem eſſe emendationem, quanto pluribus eadem ſua ſponte atque ultro in mentem venerit; deinde nos, etſi evictionem non praeſtemus bona tamen fide agere.

L. 9. §. 7. Quod metus cauſa: ejecto gloſſemate ſic lego: *Ex hoc edicto reſtitutio talis facienda eſt officio judicis.* Sed plura hujuſmodi gloſſemata in aliud tempus ſervamus.

L. 13. §. 4. de Uſufr. *Et ſi forte voluptate fuit praedium.* Forte, *voluptatis praedium*, ut in Pauli IV. R. S. 12. §. 6. *ſervus pignoris.* In Gloſſ. Corpore exſtat, *voluptarium.* Doctiſſ. Abreſchius, *voluptati* conjicit. Et fatendum, ſexcenties in jure Civili E & I a Librariis eſſe confuſa. Eligat ergo lector, utrum malit.

L. 52. §. 1. Famil. erciſc. legendum cenſeo: *ſervus liber & heres eſſe juſſuSId* [i. e. *juſſus, ſi id*] *quod ex rationibus, quas patrif. geſſiſſet, penes ſe retinet, vel retineret* &c. deleta vocula *&*.

L. 14. §. 9. pr. de ſervo corrupto: *Interdum tamen & inutilis ſit.* Senſus poſtulat, *fit.* Eadem aberratio in Flor. Cod. l. 6. in f. de Jure Codicillor.

L. 8. de Condict. indeb. addito *ſi*, locus ſanatus videtur: *ſi adeo debitum eſſet mulieri.*

L. 16. §. 3. de Pecun. conſt. interrogandi modo lego: *etiam ſi per rerum naturam ſtetit?*

L. 5. §. 10. de Inſtit. act. legendum videtur: *ut diſcipulus ſuus*, non quod huc usque: *diſcipulis ſuis.*

L. 31. §. 1. Depoſiti. *Quo facto ſceleſtiſſimo ademta ſunt.* Vulgata habet *quae.* Forte *quoi* pro *cui.*

Sic Heineccius Juriſconſultorum doctiſſimus ad L. Jul. & Pap. 441. l. 90. D. de Legat. 3. deleta particula *à*, legit *quo* pro *quorſum* vel pro *cui*; adfertque ex l. 16. §. 12. D. ad SC. Trebell. *aliove quo officio praeerat.*

L. 55.

L. 55. pro Socio: *Aut ſolum aut cum poena auferret.* [*ſolum auferret.*] Reſcribo: *aut ſol. aut c. p. auferet. Solum auferet* &c.

L. 60. § 8. Locati: pro, *ſecum iter faceret*, ſenſus exigit, *tecum.*

L. 12. de Uſuris: bis pro: *conditione data*, repono *conditione dicta.*

L. 44. pr. de R. N. *Lege Julia ita cavetur: QUI SENATOR EST, QUIVE FILIUS, NEPOSVE EX FILIO, PRONEPOSVE EX FILIO NATO CUIUS EORUM EST, ERIT:* Miror equidem, nemini hunc locum de mendo ſuſpectum fuiſſe, utpote cujus ſenſus quodammodo claudicet, ſi verba rite conſiderentur & ad ordinem Grammaticum exigantur. Excidiſſe mihi videtur vocabulum, *nepote*, quod ſic reſtituo: *Proneposve ex nepote, filio nato:* uti paulo poſt: *proneptisve ex nepote, filio nato, nata.* i. e. proneptisve nata ex nepote, nato ex filio. Ne autem ſupra quoque legamus: *proneposve ex nepote, filio nato, natus*, obſtat diverſa ſermonis & ſyntaxeos ratio, quam quivis per ſe ſatis percipiet. Nam *cujus* notare hic *alicujus* quis non intelligit?

L. 7. pr. in f. Soluto matrim. *Neceſſe eſt primi anni computari temporis, quod &c.* Lego: *computari id temporis.* Tò *id* inter pronuntiantis ac dictantis labra abſorptum fuit a praecedenti *I* & ſequenti *T.*

L. ult. de Agnoſc. lib. *niſi ſi tam eſſe infirmos.* Quidni? *niſi ſe tam eſ. inf.*

l. 10. pr. de Teſt. tut. pro *nec ſperetur*, nonne legendum? *ſed ſperetur.*

l. 13. §. 2. de Tut. & cur. dat. *Minoribus annorum.* Anne ſupplendus numerus. *minoribus XXV. annorum*, uti ap. Cajum I. Inſtit. T. 3?

L. 9. §. 7. de Adm. tut. *ſibi mutuam proſcribendo.* Non dubito, quin *perſcribendo* ſit reſcribendum. Alioqui

 ſimplex

ſimplex *ſcribendo* rectum quoque eſt. Nam & Bentlejus ad Horat. II. Ep. 1. vs. 105. promiſcuum horum verborum hac in re uſum docuit, & in his praepoſitionibus *per*, *pro*, *prae* ſaepius a librariis & ſiglariis in noſtro jure aberratum fuiſſe, fidem facient loca ſequentia l. 36. pr. D. de Excuſatt. *honore legati eos perſequi*, ubi legend. *proſequi*. In l. 6. de ſervit. U. P. *feneſtras perfixas* aliquae Editt. habent, aliae rectius *praefixas*, ut in l. 1. §. 10. de Inſpic. ventre l. 4. de Agnoſc. lib. *perfocat* pro *praefocat*, quamquam prius aliis rectius videtur. l. 40. pr. de Teſt mil. *antequam literis praeſcriberetur*, ubi legend. *perſcriberetur*. Probabili ergo conjectura Budaeus in l. 57. Locati, *praeſtituto* mutat in *perſtillato*, idemque in l. 17. §. 4 de Aedil. Ed. *proripuiſſet* pro vulgato *praeripuiſſet* ſubſtituit. Conferatur Matthiae Röver, adoleſcentis ad omnia ſumma ſurgentis, nota ad Fragm. JCti pag. 21.

L. 5. § 9. f. de Reb. eor. q. ſub tut. *Aut uſurarum modus parendum aeri alieno ſuadeat*. Haloander dedit: *carendum aere al.* Sed mihi certo certius videtur: *parcendum*.

L. 31. f. de Hered. inſt. *Hereditatem dominam eſſe, defuncti vicem obtinere*. Lego: *eſſe & def.* Etiam hic τὸ & abſorptum fuit inter *E* & *D*.

L. 7. de Condit. inſt. *Si cautum eſſet in ipſa actione*. Reſcribo: *in ipſa aditione*.

Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

AUGU-

AUGUSTINI VAN STAVEREN

EMENDATIONVM CONTINUATIO.

CAP. I.

JOannes Schefferus & Thomas Munckerus, Viri praeclare de Hygino meriti, nos docent, in hoc auctore, multa esse mutilata, truncata, ac spuria, adeo, ut saepius Hyginum in Hygino frustra quaeras. Multas esse fabulas a posterioris aevi sciolis adsutas, & sine ullo judicio in alieno loco collocatas monstrant. frivolas etiam nonnumquam fabularum expositiones a monachis adscriptas pro certo habent. In primis vero mihi quoque suspecti sunt Regum Thebanorum, & Atheniensium catalogi. De Regibus Atheniensibus satis accurate egit J. Meursius Thebanorum reges brevi tabella depingam, ut Lector de hac mea sententia melius judicare queat.

OGYGUS. Vide Pausan. Lib. IX cap. 5. Lact. ad Statii I. Theb. 173. qui ad VII. Thebaid. vs. 348. *Ogygum* post *Cadmum* Thebis regnasse ait. Salmasius

sius de Ling. Hellen. pag. 335. *Ogygum* & *Cadmum* eumdem fuisse censet.

CADMUS. de quo adi Conon. Narrat. 37. apud Photium pag. 446.

ECHION. PENTHEUS.	De quibus egit Vir Eruditissimus in Obs. Misc. Sept. O. N. D. 1738. pag. 458, 459, 460, 462.

POLYDORUS. De quo Eurip. Phoeniss. vs. 8. & Celeb. P. Burm. ad Ovidii III. Met. 134.

NYCTEUS. potius interrex.

LABDACUS.

NYCTEUS. iterum interrex.

LYCUS. De hoc etiam Euripides Herc. Fur. vs. 26.

> Γέρων δὲ δή τις ἐστὶ Καδμείων λόγος,
> Ὡς ἦν πάρος Δίρκης εὐνήτωρ ΛΥΚΟΣ
> Τὴν ἑπτάπυργον τήνδε δεσπόζων πόλιν
> Τὼ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονὸς
> Ἀμφίον', ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός.

AMPHION & ZETHUS.

LAJUS.

CREON. juxta Apollodor. Lib. III.

OEDIPUS.

POLYNICES, ETEOCLES.

CREON. iterum de eo & Pausan. Lib. I. cap. 39.

LYCUS. superius memorati Lyci filius, Creontis occisor. vid. Eurip. Herc. Fur. vs. 31. ad vs. 40. Sed de hoc nihil Pausanias, Lib. IX. apud quem Creonti, sive Eteocli succedit.

LAODAMAS Eteoclis filius, cujus tutor fuerat Creon.

THERSANDER Polynicis filius.

PENELEUS.

TISAMENUS Thersandri.

Au-

AUTESION.
DAMASICHTHON.
PTOLEMAEUS.
XANTHUS.

Post hos Thebanum imperium in Reip. formam mutatum. Non tamen ubique me in horum esse sententia, sequentia docebunt capita.

CAPUT II.

Hyginus in Argonautarum descriptione Fab. XIV. de Caeneo Elati Filio Magnesio, qui Neptuni beneficio in juvenem conversus nullo ictu interfici potuit, multa praefatus addit, *quod est numquam factum, nec fieri potest, ut quisquam mortalis non posset ferro necari, aut ex muliere in virum converti*. Munckerus haec esse glossemata credit, mihi vero non persuadet; saepe enim Mythographi, licet Palaephati more ubivis fabulas non explicent, quae tamen nimis fabulosa videntur, ex animi sententia falsa esse agnoscunt, & nullo modo fieri posse palam profitentur. Sic Pausanias, cui, licet historico, plerasque Graecorum debemus fabulas, in Atticis, sive Lib I. cap 30. pag. 76. de Cycno Ligurum rege in avem sui nominis mutato haec scribit, Ἐγὼ δὲ βασιλεῦσαι μὲν πείθομαι Λίγυσιν ἄνδρα μουσικὸν, γενέσθαι δέ μοι ἄπιστον ὄρνιθα ἀπ᾽ ἀνδρός. Cap. 41. in fine de Procne & Philomela: Αἱ δὲ γυναῖκες, ἐς μὲν Ἀθήνας ἀφίκοντο, θρηνοῦσαι δὲ οἷα ἔπαθον, καὶ οἷα ἀντέδρασαν, ὑπὸ δακρύων διαφθείρονται. καὶ σφίσι τὴν ἐς ἀηδόνα, καὶ χελιδόνα μεταβολὴν ἐπεφήμισαν, ὅτι οἶμαι καὶ αὗται αἱ ὄρνιθες ἐλεεινὸν καὶ θρήνῳ ὅμοιον ᾄδουσιν. Apollodorus licet fabulosas describat historias, quid de Deorum filiis sentiat, declarat Lib. II. pag. 139. de Euryto & Cteato dicens: παῖδες δὲ ἦσαν Μολιόνης καὶ Ἄκτορος, ἐλέγοντο δὲ

Πο-

Ποσειδῶνος, i. e. *ferebantur, seu fingebantur, quidem esse filii Neptuni, sed revera erant Moliones & Actoris filii.* Plura addere, nunc supersedeo. Interea, quum de Caeneo Hyginum hic audivimus loquentem, de eodem, pauca addamus. Arrogans hic dicitur fuisse homo, qui nulla deorum ratione habita, hastam suam pro deo colebat, eamque in medio foro, positam ab aliis quoque adorari volebat. De eo haec sunt Amplissimi G. Cuperi verba in Apotheosi Homerica pag. 22. (Ne dicam) *Caeneumque, teste Eustathio, eo vesaniae venisse, ut* ἀκόντιον *vel telum in medio foro positum jusserit* θεὸν τοῦτο ἀριθμεῖν, sive DEUM, EXISTIMARE, INTER DEOS NUMERARE, *non ut Erasmus vertit*, PRAECEPISSE DIIS UT NUMERARENT. Non vero, Erasmus, Graecarum literarum peritissimus, tam stupidus fuit, ut θεὸν τοῦτο ἀριθμεῖν hoc modo verteret; sed cum haec de Caenei hasta scripsit Erasmus in Adagiis pag. 63, respexit verba Brevium Scholiorum Auctoris, quem falso Didymum esse crediderunt, (ut recte docuere Munckerus ad Antoninum Liberalem cap. XXVI. Metam. pag. 214. & Cuperus Lib. II. Observat. cap 8.) Hunc Scholiasten memoriae vitio, ut saepius in aliorum Eruditorum scriptis observavi, vocavit Erasmus Eustathium, quem vel Didymi nomine, vel Anonymi, utpote incerti Auctoris, titulo insignire debuisset. Hic itaque brevium Scholiorum Auctor scripsit, καὶ δήποτε πήξας ἀκόντιον ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς ἀγορᾶς, ΘΕΟΙΣ ΤΟΥΤΟ ΠΡΟΣΕΤΑΞΕΝ ΑΡΙΘΜΕΙΝ ad Iliad. A. 264. Haec verba recte vertit Erasmus, nisi quis pro *numerarent*, malit *adnumerarent*. ut sit, *jaculum in medio foro fixum jussit, diis ut adnumerarent*, scilicet jaculum hoc transeuntes, ut clarius explicat Schol. Apollonii Rhodii 1. Arg. 57. Οὗτος ἐκέλευσε τοὺς παριόντας ὀμνύναι τὸ δόρυ αὐτοῦ; ἔνθα ἡ παροιμία τὸ Καινέως δόρυ. Qui de Caeneo haec addit ὁ δὲ Ἀπολλώνιος παρὰ Πινδάρου εἴληφε, λέγοντος, Ο ΔΕ

ΧΛΩ-

ΧΛΩΡΗΙΣ ΕΛΑΤΗΙΣΙ ΤΥΠΕΙΣ ΩΙΧΕΤΟ ΚΑΙΝΕΥΣ ΣΧΙΣΑΣ ΟΡΘΩΙ ΠΟΔΙ ΓΑΝ. Τοῦτο δὲ αὐτῷ συνέβη διὰ τὸ μήτε θύειν τοῖς θεοῖς, μήτε εὔχεσθαι ἀλλὰ τῷ ἑαυτοῦ δόρατι. quibuſcum confer Homerici Scholiaſtae verba.

CAPUT III.

Hyginus Fab. LXXIX. de Helena & Theſeo, & Pirithoo rapta agens, poſtquam Theſeum ac Perithoum ob audax facinus a Jove ad inferos deſcendere, ut Proſerpinam a Plutone uxorem Pirithoo peterent, fuiſſe juſſos memoraſſet, addit, *Ob Helenam Caſtor & Pollux fratres belligerarunt, & Aethram Theſei matrem, & Piſadien Pirithoi ſororem ceperunt, & in ſervitutem ſorori dederunt.* Schefferus hanc novam putat eſſe fabulam nil cum ſuperiori habentem commune. In ſequenti nota adjicit, *Neſcio, annon appoſuerit Noſter, bellum illud fuiſſe contra Athenienſes ob raptum Helenae, idque hodie deſideretur.* Verum errat Schefferus. Inferiora cum ſuperioribus bene cohaerent; Caſtor enim & Pollux, audito, ſororem Helenam a Theſeo & Perithoo eſſe raptam, abierunt obpugnatum Aphidnas, quo abducta erat Helena, &, dum in Theſprotiam Theſeus ad conciliandas Perithoo Proſerpinae nuptias profectus Aphidnis aberat, urbe capta Helenam, Aphidnis Lacedaemonem reportarunt. Haec narrat Pauſanias Lib. I. cap. 41, qui a Megarenſibus tradi ſcribit, Τὸν δὲ πρεσβύτερον (Μεγαρέως) τῶν παίδων αὐτῷ Τίμαλκον ἔτι πρότερον ἀποθανεῖν ὑπὸ Θησέως στρατεύοντα εἰς Ἄφιδναν σὺν τοῖς Διοσκούροις. Deinde addit: Μεγαρέως δὲ Τίμαλκον παῖδα τίς μὲν ἐς Ἄφιδναν ἐλθεῖν μετὰ τῶν Διοσκούρων ἔγραψε, πῶς δ' ἂν ἀφικόμενος, ἀναιρεθῆναι νομίζοιτο ὑπὸ Θησέως, ὅπου καὶ

Ἀλκμὰν

Ἀλκμὰν ποιήσας ᾆσμα ἐς τοὺς Διοσκούρους, ὡς Ἀθήνας (recte legit Ἀφίδνας Kuhnius) ἕλοιεν, καὶ τὴν Θησέως ἀγάγοιεν μητέρα αἰχμάλωτον, ὅμως Θησέα φησὶν αὐτὸν ἀπεῖναι. (idem quod Hyginus memorat) Πίνδαρος δὲ τούτοις τε κατὰ ταυτὰ ἐποίησε καὶ γαμβρὸν τοῖς Διοσκούροις Θησέα εἶναι βουλόμενον, ἐς ὃ ἀπελθεῖν αὐτὸν Πειρίθῳ τὸν λεγόμενον γάμον συμπράξαντα. In Corinthiacis sive Lib. II. cap. 22. Idem Σὺν Πειρίθῳ Θησέως ἀπελθόντος ἐς Θεσπρωτοὺς Ἄφιδνά τε ὑπὸ Διοσκούρων ἑάλω, καὶ ἤγετο ἐς Λακεδαίμονα Ἑλένη. ubi plura. Haec itaque docent, posteriora Hygini verba a prioribus nequaquam esse sejungenda. Ex iisdem omnino corrigendus Apollodorus Lib. III. pag. 217. de Helena γενομένην δὲ αὐτὴν κάλλει διαπρεπῆ Θησεὺς ἁρπάσας εἰς ΑΘΗΝΑΣ (lege Ἀφίδνας) ἐκόμισε. Πολυδεύκης δὲ καὶ Κάστωρ εἰς ΑΘΗΝΑΣ (lege Ἀφίδνας) ἐπιστρατεύσαντες, ἐν Ἅδου Θησέως ὄντος, αἱροῦσι τὴν πόλιν, καὶ τὴν Ἑλένην λαμβάνουσι, καὶ τὴν Θησέως μητέρα Αἴθραν ἄγουσιν αἰχμάλωτον. De hac historia consulendus etiam Plutarchus in Theseo pag. m. 14, 15.

CAPUT IV.

Patres apud Graecos antiquissimos, plerumque infantibus dabant nomina, unde Iphigenia Orestem rogat apud Euripidem Iphig. Taur. 499. Σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ προγεννήσας πατήρ & inde in Supplic. vs. 1218. Minerva dicit, παῖς τ' ἀπ' Αἰτωλῶν μολὼν Τυδέως, ὃν ὠνόμαζε Διομήδην πατήρ. Quem morem secutus Hercules, idem nomen saepe pluribus, sed ex diversa matre, natis liberis indidit. Id quod patet ex variis *Hyllis*, qui perperam saepius confunduntur. Unum tantum Hercu-

Herculis & Deianirae filium inter Heraclidas recenſet Hyginus fab. 162, quia iſte *Hyllus* fuit famoſiſſimus, ac natu maximus. (vid. Apollodor. Lib. II. pag. 149.) ex Deianirae liberis, patrique dilectiſſimus, ut patet ex Herculis & Thiodamantis hiſtoria, quam memorant Schol. Apollonii Rhodii Lib. I. vs. 1212, 1218. Apollodorus Lib. II. pag. 145. Suidas in Βυθοίνης & Ὕλλος. H. Junius Lib. IV. Animadv. cap. 2. Spanh. ad Callim. H. Dian. vs. 161. Salvagn. & Burm. ad Ovidii Ibin. 489. ubi notandus Salvagnii error, qui dicit Herculem eſurientem, modicum a Thiodamante cibum petiiſſe, cum Scholiaſtes Apollonii, & Suidas dicant, Herculem, inedia filium Hyllum premente, aliquantum cibi popoſciſſe, itemque H. Junii incuria monſtranda, qui Hyllum hunc interpretatur *Hylan*, qui non Herculis ſed Thiodamantis erat filius. Scio equidem, *Hylan*, & *Hyllum* ab Anticlide in Deliacis confundi, ut docet Schol. Apoll. Rhod. I, 1207. Attamen ibi Scholiaſtes clare *Hyllum* ab *Hyla* diſtinguit. Hic *Hyllus*, poſt Herculis in coelos adſcenſum ab Aeneanum rege Aepalio, quem alii Aegimium vocant, adoptatus eſſe fertur juxta Strabonem Lib. IX, pag. 654, ob beneficium, quod Hercules vivus Aepalio praeſtiterat, & ab eodem regni haeres inſtitutus. Idem Hyllus Euryſtheum, qui patri Herculi duodecim iſtos labores imperaverat, poſtea occidiſſe dicitur ab Apollodoro Lib. II. pag. m. 251. Αὐτὸν δὲ Εὐρυσθέα φεύγοντα ἐφ᾽ ἅρματος, καὶ πέτρας ἤδη παρελπεύοντα Σκειρονίδας. (lege Σκιρονίδας) κτείνει διώξας Ὕλλος. καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν ἀποτεμὼν Ἀλκμήνῃ δίδωσιν. ἡ δὲ ΚΕΡΚΙΣΙ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν αὐτοῦ: proprio matronis antiquis ad telam ſedere ſolitis inſtrumento. ſed pro κερκίσι malo κερκίδι. Sic de Orionis filiabus Metioche & Menippe Antoninus Liberalis cap. XXV. Metamorph. quae ſibi radio textorio vitam eripuerunt, Τρεὶς δὲ βοησάμεναι χθονίους δαίμονας, ὅτι αὐτοῖς ἑκοῦσαι θύματα γίνονται ἐπάταξεν

ταξεν ἑαυτὰς τῇ ΚΕΡΚΙΔΙ παρὰ τὴν κλεῖδα, καὶ ἀνέῤῥηξαν τὴν σφαγήν. Caeterum proprie hac voce utitur Apollodorus pro radio textorio. Eurip. in Bacchis vs. 118.

> Θηλυγενὴς ὄχλος
> Ἀφ' ἱστῶν παρὰ κερκίδων
> Τ' οἰστρηθεὶς Διονύσῳ.

Consule Spanh. ad Aristophanis Ranas vs. 1351. Pro pectine, quo comam pectere ac digerere solebant mulieres, usus est Apollonius Rhodius III. Arg. 46. de Venere.

> Λευκοῖσι δ' ἑκάτερθε κόμας ἐπιειμένη ὤμοις
> Κόσμει χρυσείῃ διὰ κερκίδι.

Sed ad rem. Alii vero ab Apollodoro dissentientes Eurystheum ab Jolao occisum, ejusque caput amputatum adfirmant. Consule Pausan. Lib. I. cap. ult. Meursii Reliqua Attica, cap. 3. & 8. Sed Apollodorum sequor. scio equidem istos sequi Pindarum, cujus Scholiastes ad Od. Pyth. IX. vs. 137. haec notat, ὁ γὰρ Ἰόλαος τεθνηκὼς ἐπεὶ ἔμαθεν Εὐρυσθέα ἐξαιτούμενον παρὰ Ἀθηναίων τοὺς Ἡρακλείδας (Ad Athenienses ab Eurystheo pulsi post patris obitum confugerant Heraclidae, ut docet Lact. ad Statii XII. Theb. 495. *Hillus* (lege *Hyllus*) *Deianirae & Herculis & reliqui ex eodem nati, postquam Hercules terris abiit, pulsi ab Eurystheo Athenas confugerunt, a quibus postquam tam facile auxilium meruerunt, hanc aram consecrasse memorantur, asserentes apud Athenas tantummodo sedes Misericordiam posuisse.* Quocum confer Pausan. Lib. I. cap. 32. Apollodorum l. l. & Argumentum Heraclidarum Euripidis) καὶ ἐπαπειλοῦντος πόλεμον, εἰμὴ δώσουσιν, ηὔξατο ἀναβιῶναι· καὶ ἀναβιοὺς ἀπέκτεινε τὸν Εὐρυσθέα, καὶ πάλιν τέθνηκεν: οἱ δὲ περὶ τὸ πιθα-

πιθανώτερον ἕλκουσι τὴν ἱστορίαν, ὅτι γέρων ὢν ηὔξατο ἀνηβῆσαι, καὶ τελέσας τὸν ἆθλον εὐθέως ἐτελεύτα. Deinde ἔκρυψεν ἡ Θήβη αὐτὸν, ἐπεὶ τὸν Εὐρυσθέα ἀπεκεφάλισεν, ἐν τῷ τοῦ Ἀμφιτρύωνος σήματι. Quibuſcum confer Schol. ad Olymp. Od. IX, 149. Hanc fabulam eſſe, de qua inter Antiquos non convenit, ex ipſo Scholiaſte ſatis liquet. Ab Apollodoro ſtat, ipſe Thucydides Auctor graviſſimus Lib. I. cap. 9. Εὐρυσθέως μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ ὑπὸ Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος. Hic *Hyllus* ſingulari certamine cum Echemo Arcade congreſſus periit. Pauſan. Lib. I. cap 41. Ὕλλου πλησίον τοῦ Ἡρακλέους μνῆμα ἐστιν, ἀνδρὶ Ἀρκάδι Ἐχέμῳ τῷ Αἰρόπου μονομαχήσαντος. cap. 44 ἔνθα Ὕλλον τὸν Ἡρακλέους μονομαχῆσαι πρὸς τὸν Ἀρκάδα Ἔχεμον λέγουσιν. ubi antea, male Ἐχέμονα legi, recte vidit Xylander. non tantum a Pauſania, ſed omnibus, qui de eo mentionem faciunt *Echemus*, non vero *Echemon* vocatur. Schol. Pindari Olymp. Od. X. vs. 80. ὑπὸ γὰρ τούτου τοῦ Ἐχέμου τὸν Ὕλλον φασὶ τελευτῆσαι καλιόντα εἰς ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΟΝ (de quo itinere agit Strabo Lib. IX. pag 654.) Hic Echemus dicitur fuiſſe Euandri pater, quem ſuſcepit ex uxore Timandra, Ledae & Tyndarei filia, ſorore itaque Caſtoris ac Pollucis. vide Serv. ad VIII. Aen. 130. quod ex Pauſaniae Arcadicis & Apollodoro etiam notavit. Edw. Simſonius Chronic. Cathol. A. M. 2804. Quod matrimonium certe inierit, quum juxta Dicaearchum Echemus Tyndaridis ob Helenam, a Theſeo raptam, Aphidnas bello obſidentibus auxilio fuit profectus. Vide Plutarch. in Theſeo pag. m. 15. Sed ut ad Hyllum revertar, Pt. Hephaeſtion Lib. III. apud Photium p. 476. a Pauſania diſſentiens, hoc modo Hyllum periiſſe teſtatur, Κέρας εἶχε περὶ τὸ ἀρίστερον μέρος τῆς κεφαλῆς ἐκπεφυκὸς μικρὸν, καὶ τοῦτο λάβοι ὁ Σικυώνιος Ἐπωπεὺς, ἐκ μονομαχίας ἀνελὼν αὐτὸν, καὶ κομίσαι ἐν τῷ κέρατι τὸ Στυγὸς ὕδωρ καὶ βασιλεύσει τῆς χώρας.

Alter

Alter *Hyllus* fuit Herculis & Nymphae Melites filius, ut Schol. Sophoclis Trachin. vs. 53. Ἦν δὲ Ἡρακλεῖ καὶ ἕτερος Ὕλλος ἐκ Μελίτης. de quo haec Schol. Apollonii Rhodii IV. Arg. 542. Μάκρις τὸ παλαιὸν ἐλέγετο ἡ Σχερία, ὠνομασμένη ἀπὸ τῆς Διονύσου τροφοῦ. ἔνθα φησὶ τὸν Ἡρακλέα παραγενόμενον τὸν τῶν παίδων αὐτοῦ φόνον καθαρθησόμενον Μελίτην τὴν Αἰγαίου τοῦ ποταμοῦ θυγατέρα γεγαμηκέναι, ἐξ ἧς ἔσχε τὸν Ὕλλον, ὃς ἀκμάσας οὐκ ἠθέλησε τῷ Ναυσιθόῳ ὑποταγῆναι. ἀλλὰ τινὰς τῶν Φαιάκων συναγαγὼν εἰς τὴν Κρονίαν θάλασσαν κατῴκησε. Ab hoc *Hyllo*, *Hyllenses* dicti. Idem ad vs. 525. de Hyllensibus, ἔθνος περὶ τὴν Ἰλλυρίαν ἀπὸ Ὕλλου τοῦ Ἡρακλέους καὶ Μελίτης ὠνομασμένον. Adde Stephanum Byzantinum. Eustathius, qui a Stephani interpretibus hunc scriptorem ad verbum descripsisse dicitur, non tamen definit, quis ille Hyllus fuerit, ad Dionys. Perieg. vs. 385.

Tertius *Hyllus* Herculis & Omphales fuit filius. Lact. ad Statii VIII. Theb. 507. *Hylus & Amphitryon Herculis & Omphales filii.* qui ad X. Theb. vs. 640. per amorem Omphalae Herculem serviisse credit, de qua re alibi agimus. De duobus *Hyllis* agens Panyasis apud Scholiast. Apollonii Rhodii IV, 1149. intelligit, non Deianirae, sed Melites Nymphae, & Omphales filios, quod patet ex historia, quam ex eodem profert Scholiastes: Πανύασις δέ φησιν ἐν Λυδίᾳ νοσήσαντα Ἡρακλέα τυχεῖν ἰάσεως ὑπὸ Ὕλλου τοῦ ποταμοῦ, ὅς ἐστι τῆς Λυδίας, διὸ καὶ τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ Ὕλλους ὀνομασθῆναι. Sententiam meam firmat Pausanias Lib. I. cap. 35. qui parum a Panyasi dissentiens, de quarto *Hyllo* Terrae filio etiam facit mentionem. Ἐνταῦθα οἱ τῶν Λυδῶν ἐξηγηταὶ τὸν ὄντα ἐδείκνυον λόγον, ὡς εἴη μὲν ὁ νεκρὸς Ὕλλου, παῖς δὲ Ὕλλος εἴη Γῆς, ἀπὸ τούτου δὲ ὁ ποταμὸς ὠνομάσθη. Ἡρακλέα δὲ διὰ τὴν παρ' Ὀμφάλῃ ποτὲ ἔφασαν δίαιταν Ὕλλον ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ καλέσαι τὸν παῖδα. Scio equidem, Apollodorum, diligentissimum Mythographum Lib. II. pag. 151. Ed. Fabri unius tantum Herculis ex Omphale filii

Agelai facere mentionem, sed qui res Mythicas primis labris delibarunt, parum inter Mythographos convenire probe norunt.

CAPUT V.

Non tantum varii Hylli, sed plures ejusdem nominis, aut ex eadem aut diversa stirpe orti, reperiuntur in historia Mythica heroes, unde fit, ut in scriptoribus alterum pro altero saepius accipias. Quaedam ex innumeris in Hygino exempla alibi, exhibui, quibus pauca addere nunc libet. Sic multi fuere *Lini*, multi *Aristaei*. Linus inter Lycaonis filios numeratur ab Apollodoro Lib. III. pag. 201. Plures alios recensent Eustathius ad Homerum, & Jac. Nic. Loensis in Epiphyll. quos citat J. Perizonius ad Aeliani III. V H. 32. Imprimis vero Apollo, plures filios Linos, sed e diversis matribus progenitos, habuisse dicitur, unde tanta de eorum matribus inter scriptores est discordia. Ampliss. G. Cuperus in Apotheosi Homerica pag. 32. damnare Hyginum videtur, quod fab. 161. tradiderit *Uraniam* Lini ex Apolline nati fuisse matrem. Scio equidem, *Uraniam* solam e Musis non habuisse liberos juxta Schol. Homeri Iliad. K. 435. Μία Οὐρανία ἄτεκνος ἐνθάδε διαμένει. Qui Scholiastes *Terpsichoren*, aut ut alios velle ait, *Euterpen* Lini fuisse matrem tradit. Non tamen erravit Hyginus; habuit enim suos, quos secutus est, Auctores, inprimis Hesiodum, quem in Fragmentis ex Eustathio conlectis audimus canentem:

Οὐρανίη δ' ἄρ' ἔτικτε Λίνον πολυήρατον υἱόν.

Erravit vero Homeri Scholiastes. *Uraniam* enim Lini

fuisse matrem docet etiam epitaphium, quod exstat apud Diogenem Laërtium prooem. §. 4.

Ὧδε Λίνον Θηβαῖον ἐδέξατο γαῖα θανόντα
Μούσης Οὐρανίης υἱὸν εὐστέφανον.

Sed hic Linus juxta Diogenem Laërtium ab aliis Mercurii & Uraniae filius dictus est. Vide ibi Menagium. Linus, qui matrem habuit Psamathen Crotopi filiam, diversus est a Lino Uraniae filio. Consule Celeb. P. Burm. ad Ovidium VII. M. 685. & Interpr. ad Ibin. vs. 482. Eodem modo Aristaei plures fuerunt confusi. quatuor enumerat Bacchylides apud Scholiasten Apollonii Rhodii Lib. II. vs. 500. primum Carysti, alterum Cheronis, tertium Terrae & Aetheris, quartum Cyrenes filium. De ultimo hoc ita Hyginus Fab. 161. in Apollinis filiorum Catalogo, *Aristaeus ex Cyrene Pynei filia.* Ad h. l. docet Munckerus ab Etymologici magni Auctore vocari *Agreum ex Cyrene & Apolline natum.* Sed is Auctor aut corruptus, aut deceptus est. Aristaeus enim ipse, postea *Agreus* fuit cognominatus. Audiamus Schol. Apollonii Rhodii l. I. Ἐτησίαι ἔπνευσαν Ἀρισταίου αἰτησαμένου, ὃς ἦν Κυρήνης τῆς Ὑψέως καὶ Ἀπόλλωνος, ἀδελφὸς δὲ ΑΥΤΟΥΧΟΥ. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Λιβύῃ, Ἀρισταῖος δὲ ἐν τῇ Κέῳ εὑρὼν τὰ μελιττουργικὰ πρῶτος, καὶ τὴν τοῦ ἐλαίου ἀπεργασίαν, καὶ καταχαλεσάμενος τοὺς ἐτησίας ΖΕΥΣ ΑΡΙΣΤΑΙΟΣ ἐκλήθη, καὶ ΑΠΟΛΛΩΝ ΑΓΡΕΥΣ, καὶ ΝΟΜΙΟΣ, Hic Scholiastes inlustrat verba Servii ad 1 Georgic. 14. *Aristaeum invocat, id est, Apollinis & Cyrenes filium, quem Hesiodus dicit* APOLLINEM PASTORALEM. Idem Scholiastes Justinum corruptum, & deceptum esse monstrat, qui Lib. XIII. cap. 7. dicit, Cyrenen ex Apolline quatuor pueros peperisse, *Nomium*, *Aristaeum*, *Authocum*, *Argeum*, quum Scholiastes nos doceat Cyrenen duos tantum

tantum ex Apolline habuisse filios *Autuchum*, sive *Autochum*, quomodo in Justino legendum est, & *Aristaeum Nomium*, deinde & *Argeum*, pro quo in Justino lege *Agreum*, & haec esse epitheta, quibus Aristaeus ob memoratam caussam condecoratus fuit. Non intellexit Trogus Pompejus Graecum scriptorem, ex quo ista hausit epitheta, propria esse nomina putans. Miror vero hunc Justini, sive Trogi errorem haud esse detectum a P. Leopardo Lib. III. Emendat. cap. 11. qui de Batto Cyrenes conditore agens quidem observavit Justinum male Batti patrem *Grinum* (sed editio, vel Codex, quo vir iste eruditissimus usus est, legisse videtur *Cyrenum*) adpellasse pro *Polymnesto*. eoque magis id miror, quia ipsa haec, de quibus hic agimus, Justini verba ad partes vocavit, nec de ullo mendo suspecta habuit. *Autocum* & *Agrium* jam codex, vel editio, qua usus est, legisse videtur. Sed ad rem. Addit Scholiastes Aristophanis Equit. vs. 890. Aristaeum invenisse τὴν ἐργασίαν τοῦ σιλφίου. τὸ σίλφιον nascebatur inprimis in urbe Cyrene a Cyrene Hypsei filia, Aristaei matre nomen adepta, quae inde σιλφιοφέρος dicebatur,. vid. Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 791. & quod σίλφιον inde Βάτlου σίλφιον vocatur a Batto Cyrenes conditore. v. Schol. Aristophanis in Pluto. 926, de quo Batto Plutarchus agens de Pythiae Oracul. pag. 405. Tom. II. est emendandus Ἀλλὰ καὶ τὸν Βάτον (lege Βάτlον) οἶμαι διὰ τοῦτο ἐπὶ τὴν Ῥώμην (lege ἐπὶ τὴν Κυρήνην) προσαγγελλόμενον εἰς Λιβύην ἔπεμψαν οἰκιστήν. De *Batto*, & *Cyrene* vid. Schol. Pindari O. Pyth. V. vs. 117. Tzetz ad Lycophron. vs. 886. Spanh. ad Callim. H. Apoll. 65, 66, 92, 94. Deinde *Cyrene* Aristaei mater ab Hygino *Hypsei*, ab aliis *Penei* filia vocatur. Sed inter Hygino antiquiores jam non convenisse de Cyrenes patre docet Schol. Apoll. Rhodii Lib. II vs. 502. Λέγουσι δὲ Κυρήνην οἱ μὲν Πηνειοῦ, οἱ δὲ Ὑψέως τοῦ Πηνειοῦ. Vide etiam Celeb. P. Burm. ad Ovidii I. Fastor. 365. quae confusio sine dubio inde etiam

orta erit, quod duae fuerint *Cyrenae*, altera *Hypsei*, altera *Penei* filia. quod nomen deinde ad alias mulieres transiit; meretrix enim famosissima hoc etiam nomine fuit insignis, de qua Schol. Aristophanis in Ranis vs. 1363. Male interea Lactantius Statianus interpres *Euridicen* vocavit Aristaei matrem, ut ostendit Celeb. P. Burm. ad Ovidii X. M. 9. Ut autem plures Cyrenae, sic plures fuere *Agave*. Inter quinquaginta Nereidas, ex Nereo & Doride natas *Agave* numeratur ab Hygino in praefat. Inter Amazonas fab. 163. Nemo non novit *Agaven* Cadmi filiam Penthei matrem. Inter Danai & Europae filias numeratur *Agave* ab Apollodoro Lib. II. pag m. 81.

Plures etiam *Clymenae*. Inter Amazonas ab Hygino. Inter Atrei filias ab Apollodoro pag. 83. quae ab aliis Catrei filia vocatur. Vid. P. Burmanni Catalog. Argonaut in *Nauplius*. Duas fuisse *Atalantas* saepius ab ipsis antiquis scriptoribus confusas dudum docuere Eruditi, quos a me citatos invenies ad Hygini fab. 99. Sed ut a sequiori sexu ad genus masculum redeamus. Plures fuisse *Sarpedonas*, & plures *Acamantas* docebo ad fab. 106, & 108. plures fuere *Plexippi*. inter Aegypti filios recensetur ab Hygino fab. 170 alius Plexippus Chorici cujusdam Arcadiae regis fuit filius, ut docet Servius ad VIII. Aen. 138. Denique plures fuere Leucippi. De *Leucippo* Poemandri filio Plutarch. Quaest Graec. Tom. II. pag. 299 Perieres ex Gorgophone Persei filia habuit *Aphareum*, LEUCIPPUM, *Tyndareum*, & *Icasium* teste Apollodoro Lib. I. pag. m 43. Inter Heraclidas numeratur *Leucippus* ab Hygino fab. 162. ubi tamen cum Munckero *Ctesippum* repono. Apollodor. Lib. II. pag. 151. de Heraclidis agens ait, Ἐκ δὲ τῶν ἄλλων Δηιανείρας τε τῆς Οἰνέως Ὕλλος, ΚΤΗΣΙΠΠΟΣ Γλυκυσογείτης. pro ultima voce in Apollodoro sine dubio legendum Γληνὸς, Ὀνίτης. Hoc clare docet Schol. Sophoclis in Trachin. vs. 55. Ἦσαν γὰρ αὐτῇ (Deianirae)

rae) *παῖδες ἐξ Ἡρακλέους, Ὕλλος*, ΚΤΗΣΙΠΠΟΣ, ΓΛΗΝΟΣ, ΟΛΙΤΗΣ. ubi τῷ Ὀλίτῃ corruptus Apollodori locus docet Ὀνίτην esse substituendum. *Onites* etiam inter Herculis & Megarae filios recensetur a Tzetze ad Lycophron. ut docet Munckerus ad Hygini l. l. quocum in Lactantio ad Statii IV. Theb. 571. pro *Oxeo* nunc *Oniten* lego, quamquam antea ad Hygini fab. 32. *Ophiten* substituendum putarim.

CAPUT VI.

Cur vero plures ejusdem nominis ex diversa stirpe orti reperiantur & hinc confundantur priscae aetatis homines, ratio etiam est, quia saepe inlustrium hominum nomina aliis simili indole ac dote praeditis imponi solebant, unde plures feminas *Sibyllae* & *Sapphus* nomine fuisse insignitas censet J. Perizonius ad Aelian. Lib. XII. V. H. cap. 19. & Lib. XIII. cap. 33. Haud dissimili fere ratione apud Graecos multi vocantur *Pyrrhi*, de cujus nominis origine plura Lector videbit notata ad Hygini fab. 97. Praeter Neoptolemum, Achillis filium, *Pyrrhum* vocatum, e Trojani belli historia satis celebrem, & *Pyrrhum* Epirotarum regem, qui ad priorem Pyrrhum genus referre dicitur, vid. Justinum Lib. XVII. cap. 3 ibique Interpretes, itemque Pausan. Lib. I. c. 11. & Plutarch. in ejus vita Tom. I. pag. m. 383. Pyrrhumque tertium Tigridis amatorem, aliquando cum altero Pyrrho confusum. Duo alii exstiterunt *Pyrrhi*, alter Cretensis, alter piscator Delius. Schol. Apoll. Rhodii 1. Arg 645. *Φασὶ δὲ τοῦτον τὸν Αἰθαλίδην οἱ Πυθαγορικοὶ τῆς ψυχῆς οὔσης ἀφθάρτου, κατὰ μὲν τοὺς Τρωϊκοὺς χρόνους ἀναβιώσαντα, Εὔφορβον εἶναι τοῦ Πάνθου, ἔπειτα ἐκ τούτου* ΠΥΡΡΟΝ ΤΟΝ ΚΡΗΤΑ, *εἶτα* ΗΛΕΙΟΝ *ἱκανὸν, οὗ τὸ ὄνομα ἀγνοεῖται, μετὰ ταῦτα αὐτὸν τὸν Πυθαγόραν. Πυθαγόρας δὲ ἐν τῷ μεταβάλλεσθαι τὰς ψυχὰς καὶ παρεισδύ-*

νειν εἰς ἕτερα σώματα φησὶν, ὅτι γένοιτο μὲν πρῶτον Αἰθαλίδης, εἶτα Εὔφορϐος Τρώς, εἶτα Ἑρμοῦ υἱὸς καὶ Σαμίας ἑταίρας. καὶ Πυθαγόρας, pro ἠλεῖον legendum] Δήλιον, vel ἁλιέα Δήλιον, unde illud ἠλεῖον videtur conflatum. Hic piscator Delius etiam *Pyrrhus* vocatur a Diogene Laërtio Lib. VIII. cap. 5. de Pythagora dicente, ἐπειδὴ δὲ Ἑρμότιμος ἀπέθανε γενέσθαι Πύῤῥον τὸν Δήλιον ἁλιέα. Ex hisce suspicor, corruptum A.Gellii locum, ipsius Auctoris errore emendari non posse, nisi isti superessent scriptores, e quibus Gellius sua hausit. Locus est Lib. IV. N. A. cap. XI. *Remotiora sunt his, quae Clearchus & Dicaearchus memoriae tradiderunt fuisse eum postea* PYRANDRUM, *deinde* CALLICLEAM. Duo haec vocabula mihi admodum suspecta sunt, nec umquam a Dicaearcho aut Clearcho profecta opinor. MS. Regius, teste Jac. Gronovio exhibet, *Pyrrandrum deinde & halidena* Unde suspicor, Dicaearchum, aut Clearchum scripsisse, Πύῤῥον, ἄνδρα Δήλιον, ἁλιέα, & inde Gellium duo propria nomina cudisse, quae a Librariis magis magisque corrupta sunt. Emendatio Menagii pro *Callicleam* legentis *Aethaliden* mihi non adridet. Adcuratius sine dubio Dicaearchus & Clearchus de Pythagorae metempsychosi scripserint, quam ut *Aethaliden Pyrandro* praeponerent. quod conjici facile potest ex libris, quorum titulos refert G. J. Vossius Lib. I. de Hist. Graec. cap. 9. *Aethaliden* se primum fuisse jam ante Trojani belli tempora Pythagoram jactasse docet praeter Apollonianum Interpretem Graecum Scholiastes Sophoclis in Electra vs. 60. Itaque prius in *Pyrandrum*, cujus aetas hisce temporibus multo fuit inferior, deinde in *Aethaliden* Pythagorae anima demigrare non potuit. Praeterea *Pyrander* hic locum habere nequit; vanus enim iste Pythagoras, qui non nisi divina somniabat, sese in subterraneum antrum numquam tot annos abdidisset, matremque falsum de ejus morte rumorem in vulgus spargere jussisset, ut postea, quasi ex Acheron-

te

te reversus, Metempsychosios doctrinam firmaret, & eo facilius hominibus persuaderet, se antea fuisse *Pyrandrum*, hominem sua nequitia Athenis infamem, de quo haec testatur Scholiastes Aristopharis in Equitibus vs. 897. οὗ δὲ ἦτος ὁ Πύῤῥανδρος πονηρὸς καὶ συκοφάντης, quem *Pyrandum bellicosum* quidem vocat H. Junius Lib. III. Animadv. cap. XI. pag. 186. sed Auctoris, cui istam Pyrandri bellicosi descriptionem debet, nomine haud indicato. Fateor, eo dementiae venisse Pythagoram, ut animam in meretricem formosissimam migrasse mentitus fuerit, sed hoc finxerit, ut eamdem, quam Caeneus & Tiresias in fabulis decantati, sexus mutationem quoque expertus esse videretur. Quidquid sit, nullus dubio, quin A. Gellius haud recte perceperit duos hos scriptores, oleumque & operam perdituri sint isti, qui quidquam aliud quam corrupta inde, & male versa vocabula Graeca elicere voluerint. Ne vero quis A. Gellio injuriam facere me putet, iisdem erroribus C. Nepotem, Hyginum, & alios scriptores fuisse adfines satis inter eruditos constat.

CAPUT VII.

Ut autem propria heroum nomina, sic eorum fata confuderunt saepe Veteres. Quis fatalem Nisi Megarensium regis crinem ignorat, quo amisso sese ipse interfecisse dicitur Nisus ab Hygino fab. 242? Pausanias vero Lib. I. cap. 19. pag. 45. a Minoe interfectum tradit. Sed ne ulterius progrediar eandem fere fabulam finxit fabulosa antiquitas de Pterelao Taphii filio, qui a Neptuno aureos capillos accepisse traditur, quos si servasset, invictum fore Pterelaum promiserat Neptunus, sed quos Pterelao praecidisse dicitur filia Comaetho. Vide Tzetzen ad Lycophron. vs. 934, & Apollodorum Lib. II. pag. 97. & p. 101. in quo e Tzetze pro ἀθάνατον, legi posset ἀήττητον. Sed e deverticulo in viam. Adrastus

Talai filius ſeſe in ignem injeciſſe dicitur ab Hygino fab. 242. a Pauſania vero Lib. I. cap. 43. pag. 103. ſenio ac mœrore, quo mortem Aegiabei luxit, confectus diem ſupremum obiiſſe traditur. ſic eodem capite Hyginus Oedipum propter Jocaſten matrem violentas ſibi manus intuliſſe, Androtion vero ſenio confectum in terra Attica, nempe in Equeſtri Colono vitali aura veſci deſiiſſe tradit. v. Schol. Homeri Odyſſ. Λ. 270. confer Sophocl. Oed. Colon. 1689. Pauſan. Lib. I. cap. 30. pag. 76. Homerus, Oedipum Thebis in bello cecidiſſe, ibique ſepultum eſſe memorat Iliad. Ψ. vs. 680. de quo Homeri loco videndus Pauſanias Lib. I. cap. 28. pap. 69. Lyſimachus Alexandrinus ex Arizelo narrat, Oedipum Thebis quidem e vita exceſſiſſe, ſed in Ceo, quodam Boeotiae loco, fuiſſe ſepultum, quia Thebani nolebant, ut Oedipus ab amicis in ipſa urbe Thebis ſepulturae traderetur, verum Cei incolis, qui, quid Oedipo vivo eveniſſet, paullo poſt audiverant, amicos juſta Oedipo ſolventes cadaver ejus ex ſua quoque terra ejicere jubentibus, in Eteonum eſſe delatum, ibique noctu, tenebris certum de loco judicium tollentibus, in templo Cereris terrae mandatum eſſe.

Eteoni vero cives, ubi id reſciverunt, miſiſſe, qui, quid de hoc cadavere facerent, Apollinem conſulerent, deliberantibusque Apollinem reſpondiſſe, ne loco moverent Deae Cereris ſupplicem, ideoque ibi inviolatum manſiſſe, & deinde illud Cereris templum eſſe dictum *Oedipodeium*. Haec refert Schol. Sophoclis Oedip. Colon. vs. 90.

Haud melius ſaepe de veris hiſtoriis inter Auctores convenit, quod docet deflendus Epirotarum regis Pyrrhi interitus, qui a medico, qui ejus valetudinem regebat, inſtantem ſibi necem vitare a generoſis Romanis, victoriam non niſi armis partam referre cupientibus, honeſte monitus, tandem mulieris, & quidem aniculae manu periit. In quo utroque caſu quantopere diſſen-

dissentiunt Veteres! Hunc medicum alii *Timocharem*, alii *Cineam*, alii *Niciam* adpellant. consule J Perizonium ad Aelian. Lib. XII. V. H. cap. 33. Ego vero hujus medici nomen verum posteris innotuisse vix opinor, quia, qui accuratissime Pyrrhi vitam descripsit, Plutarchus Tom. I. pag. m. 396. illud celat, Μετὰ ταῦτα τοῦ Φαβρικίου τὴν ἀρχὴν παραλαβόντος, ἧκεν ἀνὴρ εἰς τὸ στρατόπεδον πρὸς αὐτὸν, ἐπιστολὴν κομίζων, ἣν ἔγραψεν Ὁ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΙΑΤΡΟΣ, ἐπαγγελλόμενος φαρμάκοις ἀναιρήσειν τὸν Πύῤῥον, εἰ χάρις αὐτῷ παρ' ἐκείνων ὁμολογηθείη, λύσαντι τὸν πόλεμον ἀκινδύνως, neque in epistolae, qua C. Fabricium & Q. Aemylium, Coss. Romanos, regi Pyrrho, licet hosti, has insidias detexisse refert, exemplo ullam de medici nomine facit mentionem, neque ubi agit de supplicio, quo Pyrrhus hunc medicum adfecit. ἐντυχὼν τούτοις τοῖς γράμμασιν ὁ Πύῤῥος, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξελέγξας, τὸν μὲν ἰατρὸν ἐκόλασεν. Aliam de eodem Pyrrho historiam profert Suidas ex Dionysio Halicarnassensi in voce ΠΥΡΡΟΣ, ubi inter alia haec leguntur ἀμηχανοῦντα δὲ αὐτὸν οἱ κάκιστοι καὶ ἀνοσιώτατοι τῶν φίλων Εὐήγορος Θεοδώρου, καὶ Βάλακρος Νικάνδρου, καὶ ΔΕΙΝΑΡΧΟΣ ΝΙΚΙΟΥ τῶν ἀθέων καὶ ἐξαγίστων δογμάτων ζηλωταί. An *Nicias* pater Dinarchi fuit iste medicus? vix credo. Nam si *Nicias* medicus iste dictus fuerit, aut plures in Epiro *Niciae* fuerunt, quoniam non est, quod dubites, quin Pyrrhus, Niciae ob scelus detectum morte mulctati filios ex aula ejecerit, saltem nunquam arcana iis consilia commiserit, aut pro ΝΙΚΙΟΥ legendum est ΚΙΝΕΟΥ. Cineas fuit comes, & intimus Pyrrhi amicus, quem ideo Pyrrhus legaverat ad populum Romanum, ut de pacis conditionibus cum iis ageret, qui re infecta, reverti coactus, regi Pyrrho inter alia haec de Romanis dixit, ὡς ἡ σύγκλητος αὐτῷ βασιλέων πολλῶν συνέδρειον φανείη. περὶ δὲ τοῦ πλήθους δεδιέναι. μὴ πρὸς τινα φανῶσι Λερναίαν ὕδραν μαχόμενοι. & C. Fabricii Consulis integritatem multis Romanos prae-

praedicantes laudibus sese audisse, sed eumdem esse pauperem addidit; quem Fabricium ideo postea, sed frustra, auro corrumpere tentavit Pyrrhus. De hoc Cinea plura legere potes in Plutarcho Pyrrhi vitam describente pag. m. 395, 396. Filius itaque hujus Cineae quin fuerit iste Dinarchus, nullus dubito. Ut autem de transpositione literarum in Codd. MSS. taceam, facile ΚΙΝΕΟΥ in ΝΙΚΙΟΥ abire potuit, quia *Niciae* nomen Graecis Romanisque scriptoribus magis fuit celebratum, quam nomen *Cineae*. Nam alius *Nicias* cum Lamacho Alcibiadi duci ob bellum cum Syracusanis gerendum ab Atheniensibus datus est conlega, teste C. Nepote in Alcibiade cap. 3. de quo Nicia agit Pausanias Lib. I. cap. 29. pag. 74. Alius etiam *Nicias* pictor fuit celebris, de quo Perizon. ad Aeliani Lib. III. V. H. cap. 31. Ceterum in eodem Suidae loco pro Σωσιστράτου & Θώνωνος, legendum esse Σωστράτου & Θοίνωνος docet Plutarchus l. l. p. 398. Denique de fato, quo Pyrrhus cecidit, ita scribit Plutarchus p. 405. δόρατι πληγεὶς διὰ τοῦ θώρακος οὐ καιρίαν πληγὴν οὐδὲ μεγάλην, ἐπέστρεψε κατὰ τοῦ πατάξαντος, ὃς ἦν Ἀργεῖος, οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ἀλλὰ πενιχρᾶς καὶ πρεσβυτέρας υἱὸς γυναικός, αὕτη τότε θεωμένη τὴν μάχην, ὥσπερ αἱ λοιπαὶ γυναῖκες ἀπὸ τοῦ τέγους, ὡς ἐπέγνω συνεστῶτα τῷ Πύρρῳ τὸν υἱὸν, ἐκπαθὴς γενομένη πρὸς τὸν κίνδυνον, ἄρασα ΚΕΡΑΜΙΔΑ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἀφῆκεν ἐπὶ τὸν Πύρρον. Cum Plutarcho faciunt Pausanias Lib. I. cap. 13. ΚΕΡΑΜΩι δὲ βληθέντα ὑπὸ γυναικὸς τεθνάναι φασὶ Πύρρον. & Ovidius in Ibin. vs. 304.

Aut ut Achillidae cognato nomine clarum
Obprimat hostili TEGULA *jacta manu.*

ubi videndae Salvagnii notae. Alii *lapide*, alii *saxo* ictum Pyrrhum docent, quos recenset Gebhardus ad Nepotem in Regibus cap. 2. Polyaenus Lib. VIII. cap. 68. poëtice rem describens ait Πύρρου τοῦ πολεμικωτάτου

μηδὲ

μηδὲ ὑπ' ἀνδρῶν, ἀλλὰ ὑπὸ γυναικῶν Ἀργολίδων πεσόντος. Justinus etiam Lib. XXV. cap. 5. licet ab aliis dissentiat, nihil definit, *saxo de muris ictus occiditur.* hinc enim conjicere licet, Pyrrhum saxo esse petitum tam de urbis moenibus, quam de privatarum aedium parietibus dejecto. Corruptum Justini locum puto. in Cod. Bodlejano & inpressis, teste Celeb. P. Burmanno, exhibent *saxo de muris jactato occiditur.* Aliquando legendum suspicabar *saxo mulieris manu jacto ictus occiditur.* Sed absque codicum auctoritate hujusmodi lectiones, velle obtrudere insanum foret. nunc lego *saxo de muris jacto ictus occiditur.* De Pyrrhi Epirotarum regis fato diversa ab aliis scriptoribus refert Pausanias Lib. I. cap. 13. in fine. Ἀργεῖοι δὲ οὐ γυναῖκα τὴν ἀποκτείνασαν, Δήμητρα δέ φασιν εἶναι γυναικὶ εἰκασμένην. ταῦτα ἐς τὴν Πύῤῥου τελευτὴν αὐτοὶ λέγουσιν Ἀργεῖοι, καὶ ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἐξηγητὴς Λυκέας ἐν ἔπεσιν εἴρηκεν. καὶ σφίσιν ἐστὶ τοῦ θεοῦ χρήσαντος, ἔνθα ὁ Πύῤῥος ἐτελεύτησεν, ἱερὸν Δήμητρος, ἐν ᾧ αὐτῷ καὶ ὁ Πύῤῥος τέθαπται. Plutarchus pag. 405, 406. (*Antigonus*) τὴν μὲν οὖν κεφαλὴν καὶ τὸ σῶμα τοῦ Πύῤῥου κοσμήσας ἔκαυσεν. quae verba vertuntur *caput & truncum Pyrrhi magnifice cremavit.* qui interpretes mihi videntur non recte percepisse Auctoris mentem, sed respexisse verba, Aurelii Victoris Cap. XXV. §. XI. de Vir. illustr. *Corpus ad Antigonum regem Macedoniae relatum magnifice sepultum.* quod ultimum verbum eruditissime explicat Vir Cl. J. Arntzenius per *crematum*, *rogo inustum.* Ego vero Plutarchi verba hoc modo vertenda puto : *caput* (gladio Illyrico quod Zopyrus absciderat, corpori redditum) *& truncum honoratissime composita cremanda curavit.* quam versionem me docuit Valerius Maximus Lib. V. Cap. 1. Ext. Ex. 4. de eodem Antigono & Pyrrho, *humo caput sublatum, causea, qua velatum caput suum more Macedonum habebat, texit: corporique Pyrrhi redditum, honoratissime cremandum curavit.*

curavit. deinde *ossaque Pyrrhi ei* (Heleno Pyrrhi filio) *aurea urna inclusa Epirum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit.*

Verbum κοσμεῖν, funeris curationi proprium, indicat, Antigonum justa, quae propinqui defunctis solvere solebant, mortuo Pyrrho fecisse: nempe cadaver ejus abluendum, pollinctoribus ungendum, vulnera curanda, & deinde integrum corpus veste involvendum tradidisse, & hujusmodi ultimis honoribus defuncto exhiberi solitis adficiendum curasse. Hoc patet ex Euripide Heraclid. vs. 568. ubi virgo Macaria pro Heraclidis sponte moritura, dicit Jolao:

Ἕπου δ', πρέσβυ, σῇ γὰρ ἐνθανεῖν χερὶ
Θέλω πέπλοις δὲ σῶμ' ἐμὸν κρύψον παρών,
Ἐπεὶ σφαγῆς γε πρὸς τὸ δεινὸν εἶμ' ἐγὼ,
Εἴπερ πέφυκα πατρὸς, οὗπερ εὔχομαι.

Cui inter alia haec reponit Jolaus:

Ἔσται τάδ', ὦ τάλαινα παρθένων. ἐπεὶ
Κἀμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ΜΗ ΣΕ ΚΟΣΜΗΣΑΙ ΚΑΛΩΣ

Antigone apud Sophoclem ait vs. 912.

Μῆτερ, φίλη δέ σοι κασίγνητον κάρα,
Ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ
ἜΛΟΥΣΑ, ΚΑΚΚΟΣΜΗΣΑ, κἀπιτυμβίους
Χοὰς ἔδωκα.

Hinc κοσμεῖν, τάφον, & κόσμος adhibentur de honoribus, qui etiam post sepulturam defuncto fiunt. Confer Sophocl. in Antigone vs. 402. cum Euripide in Helena vs. 1068, 1430, 1295. & in Iphig. in Tau-

Tauris vs. 632. Ejusdem ſignificationis eſt verbum περιστέλλειν. Herodotus Lib. II. Cap. 90 ait, τοῦτον πάντα ἀνάγκη ἐστὶ ταριχεύσαντας αὐτὸν, καὶ περιστείλαντας ὡς κάλλιστα, θάψαι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι. Homer. Odyſſ. Ω. vs. 292.

—— οὐδέ ἑ μήτηρ
Κλαῦσε περιστείλασα.

Schol. explicat per περικαλύψασα. non male; attamen notandus eſt error Scholiaſtae Euripidis in Hecuba vs. 116. dicentis στέλλω, καὶ τὸ κρύπτω, ἀφ' οὗ καὶ τὸ περιστείλαντες, ἀντὶ τοῦ κατὰ γῆν κρύψαντες, ἤγουν θάψαντες. Verum περιστολὴ, proprie non eſt ipſa ſepultura, praecedit enim, & ſequitur ſepulturam, & hinc, ut κοσμεῖν, ita περιστέλλειν τάφον dicitur a Sophocle. conſule Eruditiſſ. J. Alberti Gloſſar. Gr. in Sacros N. F. Libros p. 65. Pluribus de hoc verbo egit Ampliſſ. G Cuperus Lib. II. Obſ. cap. 9. Plutarchi itaque iſte locus, item Valerii Maximi fere perſuadent, ut de eodem Pyrrho Juſtinum l. l. agentem ita emendem, *eique* INULTI *patris oſſa in patriam referenda tradidit*. antea legebatur *inſepulti*. *Inulti* notat inlaeſi, nullo ludibrio, aut contumelia, qua in caeſos imperatores ſaeviunt ſaepe victores, adfecti, ſed omni honore poſt mortem ab Antigono condecorati. Si haec lectio non placet, lege *inſepulta patris oſſa*.

CAPUT VIII.

Apud Oropios in Amphiarai templo ara eſt in quinque partes diviſa: Τετάρτη δ' ἐστι τοῦ βωμοῦ μοῖρα Ἀφροδίτης, καὶ Πανακείας, ἔτι δὲ Ἰασοῦς, καὶ Ὑγιείας, καὶ Ἀθηνᾶς Παιωνίας, referente Pauſania Lib. I. Cap. 34. Venus jungitur hic cum deabus, quae hominum morbis curandis praeeſſe finguntur, quia creditur inſanis mortalium

talium amoribus, qui etiam νόσοι vocantur a Graecis; vide Eurip. Hippol. vs. 40, & 1306. & alios, mederi, unde & ΑΠΟΣΤΡΟΦΙΑ dicitur. vide Caelium Rhodiginum Lib. XIV. Lect. Ant. Cap. 6. praeterea haec dea etiam Σωτὴρ in inscript. Gruteri nuncupatur, qui titulus medicis proprius est. quamquam Σώτειραν Venerem, quia Cyprum servat ac protegit, dictam doceat Spanhemius ad Callim. H. Del. vs. 22. pag. 341. Ne miremur, si Minerva hisce deabus adjungatur, ea enim Medicinae inventrix dicitur, & eadem *Hygia* inde vocatur. Pausan. Lib. I. Cap. 23. pag. 54. θεῶν ἀγάλματά ἐστιν Ὑγίαν τε, ἣν Ἀσκληπιοῦ παῖδα εἶναι λέγουσι, καὶ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν, καὶ ταύτης ὙΓΙΕΙΑΣ. confer caput 31. ejusdem libri, *in Abarnae Atticae curia* Ἀθηνᾶς βωμός ἐστιν Ὑγείας. Adde Spanh. ad Callim. H. Pall. vs. 98. Cur vero *Panacea*, & inprimis *Jaso* Hygiae & Minervae Paeoniae adsint, & quidem ara in Amphiarai templo posita cultae, caussam docebit Schol. Aristophanis in Pluto vs. 701. Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν τριμέτρων, Ἀσκληπιοῦ καὶ Λαμπετίας τῆς Ἡλίου λέγει Μαχάονα καὶ Ποδαλείριον, καὶ ΠΑΝΑΚΕΙΑΝ, καὶ ΑΙΓΛΗΝ νεωτάτην. ἄλλοι δὲ προστιθέασιν Ἰανίσκον, ἔστι δὲ καὶ Ἀμφιαράου θυγάτηρ ἸΑΣΩ. Errare ex hoc loco videtur Hyginus fab. CLVI. *Aeglen* Solis vocans filiam, cum Solis fuerit neptis. Ast plures *Aeglae* fuerunt, quod vel ex Hygino patet. Praeter eas, de quibus Hyginus egit, fuit *Aegle* Panopei filia, a Theseo adamata, teste Plutarcho in Theseo pag. m. 8. & 13. Praeterea genus heroum confundere Hygino ceterisque Mythographis admodum familiare est.

CA-

CAPUT IX.

Pro coronide Miſcellanea quaedam adjiciam. Athenae olim ſcatebant puteis, nullus enim ibi fons erat ante Piſiſtrati tempora, qui fontem invenit ἐννεάκρουνον. confer Pauſaniam Lib. I. cap. 14. pag. 34. cum Thucydide Lib. II. c. 48. Hi vero putei ab Atticis diſtinguebantur peculiaribus epithetis, ut apud Eleuſinios eſt φρέαρ καλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ᾖσαν ἐς τὴν θεόν. Vid. Pauſan. Lib. I. cap. 38. pag. 93, & Spanhem. cum aliis Interpr. ad Callim. H. Cerer. vs. 16. In via, quae ex Eleuſine fert Megara, puteus eſt, qui dicitur φρέαρ ἄνθινον. de quo Pauſan. Lib. I. cap. 39. pag. 94. Ergo Hygini *Anigrum* Lib. II. Aſtronom. Poetic. cap. 4. in *Anygrum*, vel *Anydrum* nomen adpellativum mutandum eſſe adhuc ſtatuo, ſicuti ſtatui cap. VII. *Emendationum mearum in Pauſaniam & alios.*

Bacchus,* quia cultus ejus, ex oppido Boeotiae *Eleutheris* Athenas translatus eſt, ut vidimus cap. VIII. meorum Otiorum, colitur Athenis, Ἐλευθερεὺς cognominatus. Vide Pauſan. Lib. I. cap. 20. pag. 46. & cap. 29. pag. 71. ubi male ab Amaſaeo τοῦ Διονύσου Ἐλευθερέως per *Bacchi Liberatoris.* recte vero a Sylburgio *Bacchi Eleutherenſis* vertitur: civis urbis Eleutherarum vel Ἐλευθερεὺς, vel Ἐλευθεραῖος, dicitur. vide Stephanum Byzantinum de Urbibus in voce Ἐλευθέραι. Audi Plutarch. Quaeſt. Rom. Tom. II. pag. 289. Ἀλέξανδρός φησιν, ἀπὸ τοῦ περὶ Ἐλευθέρας τῆς Βοιωτίας ΕΛΕΥΘΕΡΕΩΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ προσαγορευομένου. Confundit Amaſaeus τὸ Ἐλευθερεὺς cum τῷ Ἐλευθέριος, quo titulo inſignitus & cultus fuit Jupiter, de quo Jove videndi Herodotus Lib. III. cap. 142. Pauſan. Lib. I. cap. 3. pag. 8. Perizon. ad Aeliani Lib. II.

II. V. H. cap. 9. Bacchi nomen & sacra Graecos docuisse dicitur Melampus Amytheonis, sive Amythaonis filius, de quo Melampode consule Serv. ad Virg. Ecl. VI. 48. & Schol. Apoll. Rhod. I, 118. Rem vero, de qua hic ago, narrat Herodotus Lib. II. cap. 49. quocum confer Plutarch. de Herodoti Malignit. pag. 857. Tom. II.

Pausanias Lib. I. cap. 35. de Salamine Φιλαῖον δὲ τὸν Εὐρυσάκυς τοῦ Αἴαντος παραδοῦναι λέγουσιν Ἀθηναίοις τὴν νῆσον, ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ ΥΠ' ΑΥΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΝ. Amasaeus in versione scribit *Phylaeum*. sed Φιλαῖος vocatur quoque a Plutarcho in Solone pag. 83. Tom. I. in eadem historia, sed in qua parum dissentit a Pausania, Αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι ταῦτα μὲν οἴονται φλυαρίαν εἶναι; τὸν δὲ Σόλωνα φασὶν ἀποδεῖξαι τοῖς δικασταῖς, ὅτι ΦΙΛΑΙΟΣ ΚΑΙ ΕΥΡΥΣΑΚΗΣ, ΑΙΑΝΤΟΣ ΥΙΟΙ ΑΘΗΝΗΣΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ ΜΕΤΑΛΑΒΟΝΤΕΣ παρέδοσαν τὴν νῆσον αὐτοῖς, καὶ κατῴκησαν, ὁ μὲν ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς, ὁ δὲ ἐν Μελίτῃ, καὶ δῆμον ἐπώνυμον Φιλαίου τῶν Φιλαϊδῶν ἔχουσιν. Philostratus unius tantum filii Eurysacis Attica civitate donati meminit cap. XI. Heroic. §. 2. Ἠλίκιζέτε (Ajax) ἅτε οἶμαι Σαλαμῖνα οἰκῶν, ἣν Ἀθηναῖοι δῆμον πεποίηνται, παῖδά τε αὐτῷ γενόμενον, ὃν Εὐρυσάκη οἱ Ἀχαῖοι ἐκάλουν.

ANIM-

ANIMADVERSIONES

IN

JUVENALEM

Ejusdemque

SCHOLIASTEN.

SAT. III.*

MS. titulum hujus Satyrae ita concipit: *De urbis incommodis, & de egressu Umbricii.* Pro *egressu* rectius in Codice Hamburgensi legitur *digressu*, ut vs. 1.

Quamvis digressu veteris confusus amici.

2. *vacuis quod sedem figere Cumis Destinet.*

Schol. MS. Cumae *civitas est Campaniae, dicta* ἀπὸ τῶν κυμάτων, i. e. ab undis, *quia juxta mare sita est, vel* ἀπὸ τοῦ κύειν, *quia exeuntes Trojani a mari* (leg. *Cumani e navi*) *augurium est praegnantis mulieris* (leg. *ceperunt ex praegnanti muliere*) *quam ibi reposuerunt, & istic civitatem aedificaverunt.*

* Vid. Vol. V. Tom. II. p 263.

11. *Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam.*

Scholiastes Vetus ad hunc versum scribit: Madidam *ideo, quia supra eam aquae ductus est, quem nunc appellant arcum stillantem. Primum enim usque ibidem fuerunt portae: quae porta Capena vocabatur.* Posteriora verba aperte mendosa sunt, eademque hoc modo corrigenda esse arbitror: *Camenarum enim luci ibidem fuerunt, priusquam porta Capena vocabatur.*

Vs. 27. *Dum superest Lachesi, quod torqueat.*

Schol. MS. *Dum aliquid vitae meae tempus superest. Nam tria fata Clotho, Lachesis, & Atropos: una earum net filum, altera trahit, tertia rumpit; unde dictum est:*

Clotho colum bajulat, (leg. *glomerat*) *Lachesis trahit, Atropos occat. Partes sunt exceptrices, & librariae Jovis Clotho, evacuatio*; (leg. *evocatio*) *Lachesis, sors; Atropos sine ordine. quo figmento significatur primum evacuatio* (leg. *evocatio*) *humanae vitae; Evacuantur* (leg. *Evocantur*) *autem homines ex non esse: deinde sors, qualiter cuicunque vivendum sit, succedit: postea mors: quae est sine ordine. Nullam enim observat dignitatem, nulli parcit aetati, sed indifferenter trahit omnia.*

Vs. 35. *notaeque per oppida buccae.*

Glossa MS. Buccae, *praecones.*

Vs. 42. *librum,*
Si malus est, nequeo laudare, & poscere.

Schol. MS. *Poscere*, scilicet pretium laudis. Alter Schol. MS. mercedem laudis nequeo poscere.

Vs. 48. *& exstinctae corpus non utile dextrae.*

Schol.

Schol. MS. *Quia postquam dextra alicujus arida facta est, corpus non est utile:*

Vs. 67. *Rusticus ille tuus sumet trechedipna, Quirini,*
Et ceromatico fert niceteria collo.

Trechedipna. MS *rechedunna.* quam vocem Glossa MS. interpretatur, *vestes. quibus utebantur in gymnasio.* Vetus Scholiastes ad hunc locum notat: *En tibi, o Romule, rustici tui in omnem diffundi luxum jam didicerunt, & palaestris frui & syllattriis. Nam &* niceteria *& syllateria sunt, quae ob victoriam fiebant, & de collo pendentia gestabantur. Syllateria* εἰσελατήρια esse suspicatur Doctissimus Petavius ad Synesium pag. 38.

Scholiastes MS. *Ecce, inquit, o tu Romane, rustici tui didicerunt luxuriari, & palaestris uti, & phylacteriis,* (leg. *niceteriis*) *ut Graeca dissolutione raptentur ad vitia.* Phylacteria (leg. *Niceteria*) *quae ob victoriam fiunt, & de collo pendent, dicuntur, quia ferebantur ab athletis insignia victoriae.* Νίκη *Graece,* victoria ἄνικος, invictus, *unde* ἐπινίκια *dicuntur* dies victoriarum.

Vs. 81. *Horum ego non fugiam conchylia?*

Scholiastes MS. Conchylia, i. e. *fictos habitus, & murice tinctos.* Conchylia *genus maritimi piscis: per haec autem vult intelligi commaculatos mores & tinctos immunditia.*

Vs. 84. *Usque adeo nihil est, quod nostra infantia caelum*
Hausit Aventini.

Schol. MS. *Usque adeo nihil est nostra infantia, inquit, i. e. nihil nobis prodest, quod Romani sumus, & Romae nati, ut etiam peregrini nobis praeponantur. Nam Aventinus mons est Romae ab adventu avium dictus: juxta Tiberim enim est. unde ad flumen solitae sunt volare aves.*

 Vs.

Vs. 85. *bacca nutrita Sabina*

Schol. MS. *Quum dixit* bacca *adlucit ad nomen, vel quod pueri magis delectentur fructibus, vel per baccam, quae* oribaia *vulgo dicitur, omnia intelliguntur, quae teneriori cortice teguntur.*

Vs. 95. *cum Thaida sustinet.*

Glossa MS. *sustinet, repraesentat.*

Vs. 103. *igniculum brumae si tempore poscas,*
Accipit endromidem.

Gl. MS. Endromidem, *pellicionem.* leg. *pellicium.* Onomasticum Gr. Lat. *Pellicium*, βαίτη.

Schol. MS. Endromis, *vestis villosa, hiemalis, gravis & fortis naturae, quam contra frigus induebant.*

Vs. 115. *atque audi facinus majoris abollae.*

Vet. Schol. *Proverbium, quasi majoris togae, id est, sceleris potioris. Vel per ironiam dixit, quasi sanctioris philosophi.* Leg. ex MS. *philosophiae.*

Vs. 130. *Ne prior Albinam & Modiam collega salutet.*

MSS. *Albinam aut Modiam.*

Vs. 135. *Cum tibi vestiti facies scorti placet.*

Gl. MS. vestiti, *prostituti.*

Vs. 140. *Protinus ad censum.*

Schol. MS. *scilicet venitur.*

Vs. 142. *quam multa magnaque paropside coenat.*

MSS. *parapside.*

Vs. 157.

Vs. 157. *Heu plaudar nitidi praeconis filius inter*
Pinnirapi cultos juvenes.

Schol. MS. Pinnirapi cultos juvenes, *retiarios dicit, qui pinnam rapiunt ab humeris gladiatoris occisi.*

Vs. 168. *Translatus subito ad Marsos, mensamque Sabinam.*

Schol. MS. Marsi, *sunt populus Italiae habitantes juxta Fucinum lacum.*

Vs. 171. *Pars magna Italiae est.*

Schol. MS. *Etruscos laudat.*

Vs. 177. *Aequales habitus illic, similesque videbis*
Orchestram, & populum.

Schol. MS. Orchestra *vocatur supremus gradus in theatro, in quo soli senatores spectantes residebant; erant enim distincti gradus, ubi secundum ordinem dignitatis singuli sedebant. Ponit autem hic* orchestram *pro his, qui in illa sedere solebant.*

Vs. 187. *& istud*
Fermentum tibi habe.

Schol. MS. Fermentum, i. e. *materiam dictandi, & bene per* fermentum *materiam accipimus, quia ut massam farinae multiplicat fermentum, sic ea, quae Umbricius dicebat Juvenali, augmentabant illi materiam scribendi.*

Vs. 193. *Nos urbem colimus tenui tibicine fultam*
Magna parte sui.

Schol. MS. Tenui tibicine, *fragili furca.*

Vs. 194. *Nam sic labentibus obstat*
Villicus, & veteris rimae contexit hiatum,
Securos pendente jubet dormire ruina.

MS. *&, veteri rimae cum texit hiatum.*

Vs. 202. *Molles ubi reddunt ova columbae.*

Schol. MS. mollis, *petulcae: unde & Veneri sunt consecratae propter crebros foetus.*

Vs. 205, *& recubans sub eodem marmore Chiron.*

Schol. MS. sub eodem marmore, *i. e. sub eadem mensa Chiron sculptus erat, i. e. pincerna.*

Vs. 206. *Jamque vetus Graecos servabat cista libellos.*

Schol. MS. Vetus, *carie consumpta.*

Vs. 216. *Hic nuda & candida signa;*

Schol. MS. Nuda. *ornata per se, quae non exigunt extrinsecus ornari, sed ipsa sua nuditate ornantur.*

Vs. 226. *Hortulus heic, puteusque brevis, nec reste movendus*
In tenues plantas facili defunditur haustu.

MSS. *diffunditur.*

Vs. 230. *Est aliquid quocunque loco, quocunque recessu*
Unius sese dominum fecisse lacertae.

Schol. MS. Quocunque recessu. *Recessus est remotior & secretior locus.*

Pro

Pro *lacertae* Nob. Heinsius ad Ovid. lib. II. Fast. 578. legit *lacerti*.

Vs. 234. *Nam quae meritoria somnum*
Admittunt?

Schol. MS. Meritoria *dicuntur tabernae, vel quaelibet loca, in quibus mercimonia adquiruntur, quae mercentur i. e. mercede dentur: vel*, meritoria, *loca tenebrarum, ubi adulteria patrantur*.

Vs. 237. *rhedarum transitus arcto*
Vicorum inflexu, & stantis convitia mandrae
Eripiunt somnum Druso, vitulisque marinis.

Schol. MS. Vicorum, *platearum*.

Druso, *pro quolibet somniculoso* . . .

Vitulisque marinis, *phocis dormientibus naturaliter; quia, inquit, usque ad mare clamor urbis pervenit*.

Vs. 245. *ferit hic cubito, ferit assere duro*
Alter.

Vet. Schol. Assere duro: *Amite lecticae lecticarios significat*. Pro *amite* Vir Doctus correxit *a more*.

Vs. 251. *Corbulo vix ferret tot vasa ingentia*.

Vet. Schol. Corbulo. *Alii dicunt athletam illius temporis fortem Corbulonem fuisse:* alii, *genus navis*. MS. *alii dicunt portitorem illius temporis*.

Vs. 256. *nutant alte populoque minantur!*

Schol. MS. *Scilicet mortem vel interitum, si cadant*.

Vs. 259. *quis membra, quis ossa*
Invenit?

Schol. MS. *Nempe ad sepeliendum.*

Vs. 265. *at ille*

Jam sedet in ripa.

Schol. MS. *In ripa Cocyti.*

Vs. 274. *adeo tot fata, quot illa*
Nocte patent vigiles, te praetereunte, fenestrae.

Schol. MS. *Nempe in Vulcanalibus.*

Vs. 280. *noctem patitur lugentis amicum*
Peleidae, cubat in faciem, mox deinde supinus.

MSS. & Vetustae Editiones habent, *Pelidae.* Pro *deinde* etiam in MS. legitur *inde.*

Vs. 282. *Quibusdam*
Somnum rixa facit,

Vet. Schol. *Juvenes libidinosi & luxuriosi libentius dormiunt, sic ceciderint aliquem.* leg. *si ceciderint aliquem.*

Vs. 281. *cavet hunc, quem coccina laena*
Vitari jubet.

Vet. Schol. *Coccina laena. Purpura, qua divites olim utebantur. Virgilius*

variaque ardebat murice laena.

aut antiqui amphimallum laenam *appellabant. Quod Graeci* coccum, *Latini* teres birrum *vocarunt.* Lege, *aut amphimallum quod antiqui* laenam *appellabant, Graeci* coccum.

Vs. 293.

Vs. 293. *quis tecum sectile porrum*
Sutor & elixi vervecis labra comedit?

Vet. Schol. Sectile porrum. *Folia porri, sive condimentaria.* Vir Doctus malebat, *Fila porri.*

Schol. MS. Vervecis labra. Labra *pro toto capite.* Vervex *ideo dicitur, quia vermem in capite vel in cornu habeat.*

Vs. 303. *clausis domibus postquam omnis ubique*
Fixa catenatae siluit compago tabernae.

Vet. Schol. Fixa catenatae. *Quia catenas grandes ferreas per singulos axes inducunt.* Pro *axes* Viro Docto legendum videbatur *asseres.*

Schol. MS. Catenatae, *circulis alligatae.*

Schol. alter MS. *Tabulae tabernarum olim catenis jungebantur, ideoque dixit* catenatae tabernae.

Vs. 305. *Interdum & ferro subitus grassator agit rem.*
Schol. MS. Agit rem, *te spoliat.*

S A T. IV.

Vs. 8. *& idem*
Incestus, cum quo nuper vittata jacebat
Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.

Scholiastes Vetus. Cum quo nuper.] *Ultimum Flaviae gentis* Domitianum *dicit. Hoc enim ordine regnaverunt, Nero, Vespasianus, Titus, Domitianus.*

Hoc σχόλιον praeeunte MS. referendum est ad versum 38.

Cum jam semianimum laceraret Flavius orbem
Ultimus.

Idem.

Idem. Sanguine adhuc vivo] *Haec virginibus Vestae poena fuit decreta, si vitiatae fuissent, vivae in parietibus struebantur.*

Similiter Capitolinus in Macrino cap. 12. dixit: *Vivos etiam homines parietibus inclusit, & struxit.* ubi vide Salmasium. Confer etiam Valesium ad Harpocrationem pag. 106.

13. *Nam quod turpe bonis Titio Sejoque, decebat Crispinum.*

Scholiastes: *Nam quod,* &c.] *Irrisione laudat comparatione Crispini bonos dicens*, non ea objiciens, quae in eum turpissima sunt.*

* Posteriori Scholii membro videntur explicari verba, quae paullo ante praecesserunt vs. 11.

Sed nunc de factis levioribus.

14. *Quid agas.*

Schol. MS. *O Satyra quid dicas contra eum?*

15. *mullum sex millibus emit.*

Schol. MS. Mullum, *genus piscis, qui &* strigla (leg. trigla) *dicitur.*

20. *magnae si misit amicae.*

Schol. MS. *Siquidem misit amicae testamentum a sene acceptum.*

21. *Quae vehitur clauso latis specularibus antro.*

Scholiastes MS. a Doctissimo Scheffero Lib. II. de re vehic. cap. 6. pag. 121. laudatus notat: *Est* basterna *vehiculum, unde speculabantur matronae.*

Schol. MS. Clauso antro. *quia clausis fenestris quasi antrum*

antrum fiebat. Basternae *sunt genera vehiculi, de quibus speculari possumus per fenestras.*

34. *Incipe Calliope licet & considere.*

Tres MSS. *licet hic considere.*

38. *Cum jam semianimam laceraret Flavius orbem*
Schol. MS. Laceraret, *vitiis suis discerperet.*

Scholiastes Vetus. Ultimus. Ultimum *autem dicit, quia in illo Caesarum origo defecit.* Pro *Caesarum* Vir Doctus malebat *Flaviorum.*

46. *quis enim proponere talem,*
Aut emere auderet?

Schol. MS. Proponere, *ad veniendum, vel ad venundandum.*

47. *cum plena & litora multo*
Delatore forent.

Schol. MS. Et litora, *id est, etiam litora, non tantum fora.*

Delatore. singularem pro plurali dixit.

48. *dispersi protinus algae*
Inquisitores agerent cum remige nudo.

Schol. MS. Algae inquisitores *vocat judices, & praefectos maris.*

55. *donabitur ergo,*
Ne pereat.

Vetus Schol. Ne pereat.] *Fisco, quod jam distrabi non potest.* Lege e MS. *Donabitur fisco, quod jam distrabi non potest.*

Ne pereat. *Ne venditus damnet illum, qui ceperat.*

67. pro-

67. *propera stomachum laxare saginis.*

Schol. MS. *Saginis. piscis pinguedine.*

74. *rapta properabat ab olla*
Pegasus, attonitae positus modo villicus urbi.

Schol. Vetus. Pegasus...... *Hinc est Pegasianum scilicet jus, quod Jurisperitus fuerat.* Vir Doctus hoc σχόλιον ita constituendum censebat.

Pegasus...... *Hinc est Pegasianum SCtum.*

Interpres legum. (vs. 79.) *Quod juris peritus fuerat.* de Pegaso JCto vide Menagium in Amoenit. Juris Civilis cap. 17. qui *Villicum urbi* satyrice. non vere & proprie a Poëta dictum esse existimat, secus quam Salmasius, qui ad Lampridium in Alexandro Severo cap. 25. notaverat. ,, Juvenalis villicum *urbis* pro praefecto, ,, non satyrice, sed vere & proprie dixit.,, Cicero in Orat. pro Manlio cap. 25. *Sin autem emimus, quem villicum imponeremus, quem pecori praeficeremus, nihil in eo, nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam esse curamus: sic populus Romanus deligit magistratus, quasi reipublicae villicos.*

78. *Anne aliud tunc Praefecti?*

Schol. MS. Anne aliud? *Anne aliud erat, propter quod vocabat nos Imperator?* Tum Praefecti. *Proceres, scilicet veniunt.*

84. *si clade & peste sub illa*
Saevitiam damnare, & honestum afferre liceret
Consilium?

Quatuor MSS. *ferre*, quod Glossa MS. interpretatur *dare.*

85. *Sed*

85. *Sed quid violentius aure tyranni?*

Scholiastes MS. Aure tyranni, *delatores audientis.*

94. *Proximus ejusdem properabat Acilius aevi*
Cum juvene indigno, quem mors tam saeva maneret,
Et domini gladiis tam festinata: sed olim
Prodigio par est cum nobilitate senectus.

Scholiastes MS. Cum juvene *Filio Domitio.*

Idem: Prodigio par est. *Monstro aequalis est, si aliquis nobilis possit inveniri senex,*

Pro *cum nobilitate.* MS. habent *in nobilitate.* & *jam* pro *tam.*

108. *Et matutino sudans Crispinus amomo,*
Quantum vix redolent duo funera. saevior illo
Pompejus tenui jugulos aperire susurro.

Schol. MS. Amomo. Amomum *dicit pro unguento de amomo facto.* Amomum *species aromatis nascentis in Assyria.*

Idem: Saevior aperire. *saevior ad aperiendum.*

Idem. Susurro. *delatione.*

111. *Et, qui vulturibus servabat viscera Dacis,*
Fuscus, marmorea meditatus praelia villa.

Schol. MS. Daci, *populus Scythiae, contra quos bellum gessit Fuscus, & ab iis interfectus est; antequam illuc iret, de ipso praelio cogitavit in villa marmorea, i.e. apud villam, in qua habebat domum marmore ornatam. Hos* (Dacos) *postea superavit Trajanus & Dacicus dictus est.*

116. *dirusque a ponte satelles.*

Vetus Scholiastes. Dirusque &c. *De numero mendicorum.* MS. addit, *qui solent in ponte residere.*

119. *Nemo*

119. *Nemo magis rhombum stupuit.*
Schol. MS. *licet caecus esset.*

123. *sed, ut fanaticus, oestro*
Percussus, Bellona, tuo divinat
MS. Schol. Vet.

Oestro. *Idem* musca, *quam rustici* asilum *vel* tabanum *vocant.*

126. *Regem aliquem capies, aut de temone Britanno*
Excidet Arviragus.

Idem MS. De temone. *Curribus enim utitur rex Britannorum.*

134. *Argillam, atque rotam citius properate.*
Schol. MS. Vox Imperatoris.

134. *sed ex hoc*
Tempore jam, Caesar, figuli tua castra sequantur.
Idem: Montanus ait.

136. *noverat ille*
Luxuriam imperii veterem, noctesque Neronis
Jam medias, aliamque famem cum pulmo Falerno
Arderet.
Idem: Aliamque famem. *Post ebrietatem enim rursus esuriebat.*

153. *Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus*
Coeperat: hoc nocuit Lamiarum caede madenti.

Idem: Lamiarum. *nobilium.*
Caede madenti: *Imbuto, consperso. Hoc nocuit scilicet, quod post nobiles ignobiles insecutus est.*

A. I. F.

NOTAE

NOTAE
ATQUE
ANIMADVERSIONES
IN LUCIANI
Tragodopodagram & Ocypodem.

Vs. 4. Μέγαιρ' Ἐριννὺς γαςρὸς ἐξεγείνατο] Simpliciter pro τίκτειν *parere*, frequenti satis usu notum est. At Hesychius, Ἐξεγγύετο exponit, ἐξεπονήσατο. Si legas ἐξεγείνατο, significabit τὸ, ἐξεπονήσατο, *aegre ac multo cum labore seu dolore peperit*, uno verbo, *enixa est*. Quae expositio quam apte huic loco conveniat, nemo non videt. Fuerit igitur hoc ominis instar futurorum cruciatuum, quibus adulta Podagra homines torqueret. Si cui autem videatur ἐξεγγύετο non a capite scribendum apud Hesychium, sed cum praecedentibus connectendum hoc pacto: Ἐξέβλω (l. ἐξέβλωσεν) ἐξέτρωσεν, ἐξεγείνατο, ἐξεπονήσατο. significatio erit, *partum abegit*, vel medicamentis; vel alio quocumque modo, cujus detestandae consuetudinis mentio apud veteres passim. Vid. Ovid. Amor. Lib. II. Eleg.

Eleg. XIV. Cicer. pro Cluent. c. XXXII. Clemens Alexandr. Paedag. Lib II. p. 1 3 E. edit. Heinsii, cujus verba, quod levi mendo laborant, apponam: κατὰ φύσιν, inquit δ' ἂν ἡμῖν χωροίη ὁ βίος ἅπας, κρατοῦσι τῶν ἐπιθυμιῶν ἄνωθεν, μὴ κτείνουσί τε τὸ ἐκ προνοίας θεϊκῆς φυόμενον τῶν ἀνθρώπων γένος κακοτέχνοις μηχαναῖς· αὗται γὰρ πορνείας ἐπικαλύμματι, τοῖς ἐς παντελῆ καταφθορὰν φθορίοις συγχρώμεναι φαρμάκοις, ἐξαναλίσκουσιν ἄρδην, φθορίοις συγχρώμενοι φαρμάκοις, ἐξαναλίσκουσιν ἅμα τῷ ἐμβρύῳ τὴν φιλανθρωπίαν. Equidem existimo pro ἐξαναλίσκουσιν verbo heic loci nullius pretii, restituendum esse ἐξαμβλίσκουσι. Mallem quoque fere ἅμα τῷ ἐμβρύῳ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν. Poëta vetus de viribus herbarum vs. 102. sqq. ubi de Elelisphaco herba agit.

Αἱ μυσαραὶ δὲ γυναῖκες ὅσαι κακὰ μηχανόωνται
Πεασοποιησάμεναί τε κακῶς ἐγκύμονι ῥύσει
Καρπὸν καλλιγένεθλον ὑπ' ἔμβρυα ἐκβάλλουσιν·

In quibus notari meretur verbum πεασοποιήσασθαι.

Vs. 5. —— ——— καὶ πικρῷ βρέφει
Εἰς χεῖλος ἐστάλαξεν Ἀληκτὼ γάλα] Ad marginem editionis Isingrimanae libri conjecturam adnotatam video legendum forte πικρὸν βρέφει. Ut, puto, a lacte, quod est πικρὸν, ipsum βρέφος πικρὸν intelligatur. Lac enim nonnihil ab indole atque ingenio trahere existimatur, quod transfundat in eum, qui sugit. Jam optime Ἀληκτὼ πικρὰ dici potest. Attamen nulla est causa cur a vulgata lectione discedamus.

Vs. 9. Εἰ γὰρ τεθνεῶσιν ἀμπλακημάτων τίσις] Notatur ibidem *forte legendum:* Εἰ τεθνεῶσι δ' ἀμπλ. Quae quidem lectio non spernenda, sed mallem per synizesin legere, εἰ γὰρ τεθνῶσιν,

Vs. 12.

Vs. 12. —— στροβητὸν] Sic στροβητὴ λαίλαπος βία, vox ignoratur Lexicis, uti vs. 15. ἀρθροκηδής. 24. ἀλίπορος. 28. ἀμφιθάλπω. 49. δύσγαμος. 64. σύγκλεισος. 98. ἐγρεκύδοιμος quod & Hesiodus habet in Theog. vs. 925. 110. αἰγλάγετος. 111. ἔνολβος. 116. λακιστὸς. 131. κλινοχαρής. 133. πολυπραγάτατος. 197. ἐπιδεσμοχαρής & sequentia ficta epitheta. 215. συνοχμάζω. 222. κορδυβαλλώδης. 226. δυσπάτητος. 245. ἐχθίστατος. 322. βραχυβλαβής. 323. εὔληκτος & εὐπερίπατος.

Vs. 19. Πνεῦμά τι βιαίῳ τῷδε διασφίγγον πόρους.

Ἔστηκε, καὶ μεμυκὸς ἐπιτείνει πόνους] An ita verba ordinanda? ὡς μου τὸ λυπρὸν καὶ ταλαίπωρον δέμας ἕστηκεν ἀπ' ἄκρων χειρῶν εἰς ἄκρας ποδῶν βάσεις ἰχῶρι φαύλῳ καὶ πικρῷ χυμῷ χολῆς διασφίγγον πόρους πνεῦμά τι βιαίῳ τῷδε, *comprimens*, *constringens meatus huic spiritui*, id est, *ita ut aegre spiritum traham*, καὶ μεμυκὸς ἐπιτείνει πόνους, *& obstructum ita intendit dolores*, *acerbius auget*. Ἆσθμα etenim, id est, ἀναπνοὴ βιαία, interprete Hesychio, Podagrae nonnunquam comitem se addere solet. Quod si haec minus placent, vide num ita transpositis versibus legere praestet.

Ἔστηκε, καὶ μεμυκὸς ἐπιτείνει πόνους
Πνεῦμά τι βιαῖον τῷδε (vel τοῦδε) διασφίγγον πόρους.

Structura talis erit: καὶ πνεῦμά τι βιαῖον διασφίγγον τῷδε σου πόρους, μεμυκὸς ἐπιτείνει σου πόνους. Sensus. Et flatus quidam vehemens intus occlusus, poros, meatus hujus (id est mei corporis) stringendo dolores intendit. Διασφίγγειν πόρους videtur in Ocyp. vs. 67. ita expressisse: ὁ πόνος δι' ἐλελίξας ἐμμελῶς διαστρέφει. Namque vocabulum πόνος eo in loco inter reliqua τὰ τῆς Ποδάγρας

 βακ-

βακχεύματα, τὸ πνεῦμα quoque τὸ βίαιον significare poterit, si modo quid veri habet nostra conjectura.

Vs: 26. Σήραξι πετρῶν] Recte edit. Basil. princeps & Isingr. σήραγξι habent.

Vs. 27. Ὦ δυσέκμαρτον πᾶσιν ἀνθρώποις τέλος] Τέλος hic non capiendum esse pro πράγματι, uti Gujeto visum, sed proprie pro *fine*, *exitu*, suadent non solum adjectivum δυσέκμαρτον, sed & sequentia, praecipue vero ista: ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουληλόμενοι.

Vs. 30. Ἀνὰ Δίνδυμον Κυβέλης] Editiones laudatae Κυβήσης exhibent. Utrumque vitiosum, neque enim Κυβέλης ferre potest metri ratio, neque Κυβήση unquam adpellata fuit Mater Deum, sed vel Κυβέλη, vel Κυβήβη, quod posterius hic reponendum. Videri de his nominibus potest Marq. Gudii nota ad Phaedr. Lib. III. Fab. XX. ubi eandem nominis formam pro Κυβήκη Hesychio restituit, apud quem legitur & Κύβεβις, quod sane ab omni analogia recedit; exponitur enim Γάλλος, ut adeo a Κυβήβη deductum oporteat. Repono igitur Κύβηβις, aut certe Κύβελις, quomodo apud Stephan. quoque Byzantinum, sed accentu perperam in ultima syllaba locata, reperitur. Etenim & ibi pro Gallo accipio V. Κυβέλεια. Κυβέλη ἡ Ῥέα, καὶ Κυβεληγενὴς (quod vide num pertineat ad Suidae Κυβέλης υἱὸς) καὶ Κυβελίς. Venuste autem Κύβελις dicatur ὁ Γάλλος terminatione nominum femininorum, διὰ τὸ γυναικῶδες καὶ μαλακόν. Ita mox & Ἄττις, quem ἁπαλὸν vocat Lucianus, ἡμίθηλυν Anacreon, Od. XIII.

Οἱ μὲν καλὴν Κυβήβην
Τὸν ἡμίθηλυν Ἄττιν
Ἐν οὔρεσιν βοῶντα
Λέγουσιν ἐκμανῆναι·

Vs. 37. Κρητὶ ῥυθμῷ] Pro Κρητικῷ, ut vs. 53. δακρύοις γόοις pro γοεροῖς. vs. 75. κωμαστὴν χορὸν vs. 270. μύστης ὅρκος, perinde ac Clem. Alex. Strom. Lib. V. p. 427. E. μύστης λόγος, & μύστην λύχνον apud Suid. V. Κνίσματα. Quam loquendi rationem Atticorum ac Doriensium esse propriam Eustathius tradit ad Il. Ω. vs. 58. Ἀττικοὶ γὰρ, inquit, καὶ Δωριεῖς, τοῖς κυριωτέροις χρῶνται ἀντὶ κτητικῶν. Idem ad Iliad. I. vs. 628. ad verba, κασιγνήτοιο φόνοιο, quod tamen exemplum plane alienum est ab hac forma. Numquid enim magis a communi loquendi consuetudine abit quam illud Homeri, quam istud Hesiodi in Scut. vs. 17. πρὶν γε φόνον τίσαιτο κασιγνήτων μεγαθύμων? Idem dicendum de altero, quod ibidem proponit exemplo, δοῦλον γένος. Adde eund. ad Dionys. Perieg. 74. 29. 113. Stolb. ad Sophocl. Ajac. vs. 312. Obs. Misc. Vol. I. T. I. p. 118. Ad hanc autem formam in Antholog. L. I. c. V. Ep. 29. legitur, πέρσαν στρατὸν. Apoll. Rhod. Lib. I. vs. 678. Θρήϊξ στρατός. Theogn. in Gnom. vs. 773. στρατὸς ὑβριστής. Lycophr. vs. 1384. Κὰρ στρατός. vs. 589. Λάκων ὄχλος. vs 915. Μαιώτην πλέκον. vs. 429. Λοκρὸν ῥόδον. Σκύθην καὶ Ταυροσκύθην στρατὸν Cinnam. Lib. IV. p. 263. B. Vid. Steph. V. V. Σκύθαι, Ἄμφεια. Sic animalia, vina, caeteraeque res eodem insigniuntur nomine, quo ipsae gentes, apud quas gignuntur, nascuntur ac fiunt. Schemati huic opponi quodammodo posse videtur, quando ἀντὶ τοῦ πρωτοτύπου ponitur τὸ παράγωγον, uti Κερνεᾶτις νῆσος, pro ἡ Κέρνη apud Lycophron. vs. 1084. notante ad eum locum Tzetze, & Eustathio ad Dionys. Perieg. vs. 218. quem adde ad vs. 653. 231. 80. ubi legendum Ἀσίδα pro Ἀσιάδα, quod nusquam apud Dionys. extat.

Vs. 38. Νόμον εὐὰν Κορύβαντες] Ut versus constet legendum omnino: Νόμον Κορύβαντες εὐάν. Neque τὸ εὐὰν mutandum existimo, vid. Clem. Alex. Admonit.

ad Gent. p. 7. conf. p. 9. Basil. orat. ad juven. p. 25. ed. Pott. ἕτεροι ἢ πρὸς αὐλὸν κορυβαντιῶσι καὶ ἐκβακχεύονται Κορυβαντιῶν habet & Noster in Tim. Long. περὶ ὕψους Sect. IV. p. 19. vid. Eust. ad Dionys. vs. 524.

Vs. 47. Ζεφύρου ἢ δένδρεα πνοαῖς] Quid si πνοιαῖς legamus, ut δένδρεα trochaeum per Synecphonesin constituat, quemadmodum, ὕρεα, vs. 34. *

Vs. 54 Ὤιμοι πόνων ἀρωγὸν, ὦ τρίτου ποδός.
Μοῖραν λελογχὼς βάκτρον] An ὦ μοι? Porro sic animal tripes Senex dicitur in notissimo Sphingis aenigmate, ὁ τῷ βάκτρῳ τὴν βάσιν τρέμουσαν ἐξερειδόμενος.

Vs. 71. —— —— τοῦτον ἐν νεκροῖς τίθει] Fuit cum haec verba, quod minus concinne cum praecedentibus, γιγνώσκων ὅτι &c. cohaerere videbantur, hoc pacto corrigere tentarem: καὶ μὴ δύνηται, οὗτος ἐς νεκροὺς τελεῖ. Verum, mutata jam sententia, ἀνακόλουθίαν potius in his statuendam existimo.

Vs. 74 Κάρηνα φύλλοις Ἀκτέας καταστεφεῖς] Ἀκτέα, ἀκτῆ Sambucus. Glossae habent ἀκταία male.

Vs. 75. Τίνα δαιμόνων ἄγουσι κωμαστὴν χορὸν;] An potius Τίνι δαιμόνων? id est, *in cujus Deorum honorem*, seu, *cui ex Diis agunt festum*. Sic recte interrogat, μῶν Φοῖβε Παιὰν σὸν γεραίρουσιν σέβας. Pari significatione πιεῖν τινι scripsisse mihi videtur Anacreon. Od. XXXI. 1.

Ἄφες με τοῖς θεοῖσι
Πιεῖν, πιεῖν ἀμυστὶ
Θέλω. θέλω μανῆναι.

Ita

---

* Verum ita prolatae duae syllabae saltem unam longam efficerent, atque adeo hic spondeum non trochaeum haberemus.

Ita enim legendum existimo, pro eo quod nullum praefert sensum idoneum, ἄφες με τοῦ θεὺς σοι &c. quodque viros etiam eruditissimos tantopere exercitos habuit.

Vs. 79. 'Αλλ' ὐχ ἔπεσι] Editt. Vett. ἀλλ' οὐκ ἔπεσι.

Vs. 82. Τίς ἐστιν, ἰῶ ὑμνεῖτε, λέξατ' ὦ φίλοι] Equidem nullus capio cur femininum genus hic legatur. Nondum enim resciverat essetne Deus an Dea, cujus festum agebant, uti ex ejus dubitatione plenissime constat. Praeterea, si ἣν legas, quia id genus quasi detortum sit & ex composito deflexum ad sequentem responsionem, neutiquam, ut ars poscebat, fortuito casu in eos incidisse videbitur. At vero si masculinum genus ponatur, utcunque responsum fuerit, recte quoque femininum genus inferri inde poterit, minime vero ex adverso & masculinum ex feminino. Unde non immerito suspicari licet scriptum hic fuisse ὃν, sed ita ut debita fulciretur quantitas. Interrogandi notam post ὑμνεῖτε ponendam existimo, vid. vs. 218. 248. Ocyp. 75. 136.

Vs. 92. Ζηνὸς παρθένοιον] Quidni Ζανὸς legendum, & vs. 99. ἁμετέραν, 110. τὰν δ' ὄγκ?

Vs. 108. 'Εγέλασεν ἅπαν σέλας ὐρανοῦ,] L. 'Εγέλασσεν ἅπαν. Lepide sane dictum, ut non immerito pro Dea habeatur Podagra. Solent enim fingere Poëtae, nascente Deo aliquo, omnia ridere quasi, & laetitia perfundi. Dionys. Perieg. vs. 939. seqq. de Baccho nascente.

—— — ἐτεὸν γὰρ ἀνὰ χθόνα λύσατο κείνlw
(Arabiam felicem)
Ζεὺς αὐτὸν Διόνυσον ἐϋῤῥαφέος παρὰ μηρῦ.

 Τῷ

Τῷ ϗ γεινομθμ́ῳ (non enim γειναμθμ́ῳ) κηώδεα φύετο
πάντα &c.

Theognis de Apolline in Gnom. vs. 5. sqq.

Φοῖβε ἄναξ, ὅτε μθὺ σε θεὰ τέκε πότνια Λητὼ
Φοινικῆς ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη,
Ἀθανάτων κάλλιστον ἐπὶ τροχοειδέϊ λίμνῃ,
Πᾶσα μθὺ ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίη
Ὀδμῆς ἀμβροσίης, ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη,
Γήθησεν δὲ βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς·

Vs. 113. Οὐχ αἷμα λάβρον προχέομθυ ἀπὸ στόματος σιδάρου] Guieti emendatio, προχέομθυ λάβρον, sensum quidem aptiorem efficit, verum metri rationem aperte inpugnat, adeoque non admittenda. Mallem scripsisset, vulgato verborum ordine servato, προχέομθυ. Sic καταχεόμθύη legendum pro καταχεομθύη, apud Poët. de viribus herbarum, in hoc versu, qui est 178.

Ἡ βοτάνη καταχεομένη πόδας ἀκροκορύμβους·

Fortasse tamen nihil mutandum est, ut subaudiatur βωμῷ vel βωμοῖς; sensus tunc erit, *aris non adfundimus sanguinem*. Mox vs. 140. ipsa Dea Podagra οὔτε χυθὲν αἷμα βωμίοις παρ' ἐμπύροις placare se posse affirmat.

Vs. 115. Οὐδὲ πολυκρότοις ἀστραγ..] Guietus male πολυκρότοισι, quod versus respuit, ac metri ratio, de qua consule Hephaestion. p. 37. unde etiam videbis, nihil omnino in sequentibus hujus generis versibus esse mutandum, praeterquam versu 123. ubi legendum ἔσθει pro ἐσθίει. De voce κορωνά, pro qua ex Hesychio κόχωνα maluit Guietus, videndus est Pollux Lib. II. p. 141.

Vs. 126.

Digitized by Google

Vs. 126. —— —— τοι γὰρ ἥκέτω πρόμνης] Quid vetat quo minus legamus, τοὶ γὰρ ἱκέτω πρόμνης?

Vs. 141. Οὐ ναὸς ὅλβȣ περικρεμὴς ἀγάλμασιν] Hypallage pro, ὅλβος ναοὶ περικρεμȣ̃ς ἀγάλμασιν, id est, ἀναθήμασι Notanda vox περικρεμὴς, qua carent Lexica. Josephi locus in Archaeol. L. XV. cap. 11. huic non absimilis, ȣ̃ γὰρ ἱερȣ̃ παντὸς, inquit, ἦν ἐν κύκλῳ πεπηγμένα σκῦλα βαρβαρικά.

Vs. 145. Ἐξ ȣ̃ γὰρ ἐφύη πρῶτον ἀνθρώποις γένος] An potius ἔφυ, producta prima syllaba? *

Vs 155. Ψύλλιον, λίβανον &c.] Ψύλλιον in versu stare non potest, cum primam habeat productam. An igitur altera liquida elisa legendum Ψύλιον? †

Vs, 165. —— —— ὀςᾶ, νεῦρα, δέρματα] Leg. ὀςέα, νεῦρα, δ.

Vs. 171. Ἄλλος ἐπ' ἀοιδαῖς ἐπιθετῶν ἐμπαίζεται] Guieto facile accedo legenti una voce ἐπαοιδαῖς. Ἐπιθετῶν idem exponit ἀπατεών, cui expositioni refragatur accentus hujus casus tanquam a recto singulari ἐπιθέτης quod ita exponunt Glossae, Ἐπιθέτης, *impostor*, *stelliona-*

---

* An non tribrachys sede pari se tuetur optime? an ἐφύη inproba vox? & quis in facili poëmate talem licentiam ferat, qualem in σκύφος, ὄφις apud antiquissimos observant Grammatici? mox vs. 147. κυκῶντες αἰεὶ sincerius erit.

† Licet hoc admittatur, versui pedes non constabunt. nullum remedium video, nisi si legatur ψύλλια, & media producta sit, quemadmodum modo in πράσιον.

Dd 5

Digitized by Google

lionator. & Ἐπιθέται, *inpostores.* Unde ἐπαοιδαὶ ἐπιθετῶν non male significare possunt *inpostorum ac praestigiatorum incantationes.* Sed videtur Guietus legisse ἐπιθέτων, quomodo ego quoque principio refingebam exponebamque ξένων τινῶν ϰ̀ βαρβάρων ὀνομάτων, quorum praecipuum usum in incantationibus fuisse, nemo ignorat, vid. Nicephor ad Synes. de insomn. pag. 362. unde & πολυώνυμος ἐπωδὴ, apud Nostrum in Philospeud. Non tamen nego & amuleta fuisse adhibita, quae saepius cum incantationibus conjunguntur ut in pulcherrimo illo loco Clem. Alex Adm. ad Gent. p. 53. C. εἶτ' οἱ μὲν γόησι πεπιστευκότες, τὰ περίαπτα ϰ̀ τὰς ἐπαοιδὰς, ὡς σωτηρίους δῆθεν, ἀποδέχονται· ὑμεῖς δὲ, ὀ βούλεσθε τ̃ οὐράνιον αὐτὸν περιάψασθαι, τ̃ σωτῆρα λόγον καὶ τῇ ἐπωδῇ τ̃ θεοῦ πιστεύσαντες, ἀπαλλαγῆναι μὲν παθῶν, ἃ δὴ ψυχῆς νόσοι, ἀποσπασθῆναι δὲ ἁμαρτίας· Anatol. in fragmento περὶ τ̃ κατὰ ἀντιπάθειαν ϰ̀ συμπάθειαν, ὅτι τὰ μέγιστα τ̃ θεραπευμάτων ἐπῳδαῖς ϰ̀ περιάπτοις ϰ̀ περιχρίστοις κτ' ἀντιπάθειαν θεραπεύεται. ubi multa congessit Rendtorfius in notis. De unctione vide & Nostrum infra vs. 264. seqq. Polybius apud Suid. V. Ἐπωδὸς πάσης, inquit, ἐπωδῆς ϰ̀ γοητείας ϰ̀ περιάμματος πεῖραν ἐλάμβανον. Discrimen autem ponitur in Φαρμακείαν, γοητείαν & μαγείαν, de quo vid. Suid. in Vocibus, Auctorem Prolegom. Rhetor. in Hermog. & Aphthon. quem in nonnullis refingere & supplere licet ex Nicephoro ad Synes. de insomn. p. 363.

Vs 173. Ὁ τ̃ θεράπειαν ἔλαβε παρὰ τῆς κεράνης] An παρὰ τ̃* κρανῆς? Glossae κρανέα, δένδρον. *Colurnum, cornus.*

---

* Sive παρὰ τ̃ κρανῆς sive παρὰ τ̃ κεράνης legas, versus laborabit defectu syllabae, nisi admittas Guieti ἔλαβεν. & in posteriore casu Spondeus locum iambi obtinebit.

κρα-

nus. Habent & Κράνη, ὀπώρα. *Corna.* Interpres de fonte intellexit, quasi esset pro κρήνης, quod etsi hic verum

---

κρανεία *cornus.* de hac cogitavit jam idem vir doctus, τῆς κρανείας conjiciens & procul dubio secundam posse corripi statuens beneficio sequentis vocalis, ut saepe. Sed prima, syllaba brevis Homero, obstabit: nisi ex Hymno in Mercurium vs. 457. advocetur.

Ναὶ μὰ τόδε κράνειον ἀκόντιον.

Sed ubi forte per metathesin potius κάρνειον legendum, unde Latinorum *Cornus.*

Verum de metro solliciti non simus: sensus non minus laborat. quae enim diversissimarum rerum associatio!

Ἰουδαῖος ἕτερον μωρὸν ἐξάδει λαβών.
Ὁ δὲ θεραπείαν ἔλαβε παρὰ τῆς κρανείας vel κράνης.

Judaeus alium stultum excantat acceptum:
Ille vero remedium sumsit ab corno arbore vel *fonte.*

Insuper inficete admodum hic rursus fit mentio de medicina ex arboribus, herbis, plantis, cum de iis tam ubertim superius actum sit.

Guietus versus 170, 171, 172, 173. spurios esse suspicatur. cui non invitus accesserim; saltem circa duos ultimos. offendit praeterea repetio, τὸ λαβὼν & ἔλαβε, & Ἰουδαῖος tribus syllabis enuntiatum cum Ἰουδαῖος longe esset sincerius.

Hac suspicione nixus interpolatoris manum reddere tantarim:

Alius, inquit, *antidotum sacram bibens, purgatur:*
Alius incantationibus impostorum illuditur.
Judaeus alium stultum incantat acceptum.

Hic

Digitized by Google

rum non est, tamen non est absurdum. Xiphilin. in Claud. p 164. ταῦτα δ᾽ δὴ ἡ Ἀγριππῖνα ποιῆσαι ἠδυνήθη, ὅτι τὸ Νάρκισσον ἐς Καμπανίαν, προφάσει ὡς καὶ τοῖς ὕδασι τοῖς ἐκεῖ πρὸς τὴν ποδάγραν χρησόμενον, προαπέπεμψεν.

Vs. 177. Τοῖς δ᾽ φρονοῦσιν μηδὲν ἀντίξουν ἐμοί] Adde vs. 292. hinc ἀντιξοεῖν Pindar. Olymp. Od. XIII. vs. 47. ubi Schol. τὸ δὲ οὐκ ἀντιξοεῖ, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀντίκειται. ἐνίκησε γὰρ καὶ τὰ Νεμέα. οἱ δὲ ὅτι ἀντίκειται. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ξύλων τῶν ξεομένων καὶ ἀλλήλοις ἁρμοζομένων τὰ γὰρ συναρμοζόμενα συγξέεται. ἀλλ᾽ ἀντιξοεῖ καὶ ἀντιβαίνει πρὸς τὴν ξέσιν ἁρμοστὰ ὄντα. Postrema verba ita legenda puto, ἀλλ᾽

Hic jam ex ductu sententiae deberet sequi,

Hic vero remedium capit ab aliis praestigiis vel impostoribus.

Jam videamus an talis sententia ex his verbis sine magna vi exire queat. legerim igitur:

Ὁ δὲ θεραπείαν ἔλαβε παρὰ τῆς Κουράνης.

Hic vero remedium cepit ab Alcorano.

Aptissime duae gentes superstitiosae & fallaces junguntur. notum autem quae magna vis Alcorani Suratis & versibus & singulis sententiis ab Mahumetanis adscribatur. qui tamen non soli ex ritualibus suis libris remedium vel primi quaesivere: cum id iidem illi Judaei olim, & Graeci Latinique ex Poëtis praestare conati fuerint. haec mea suspicio de his duobus versiculis. *Alcoranus* autem Graecis varie effertur. Κουράνιον, κόρραν, κουρανὶς & forte sex aliis modis. & κοράνης & κουράνης sono non adeo diversa.

ἀλλ᾽ ἀντιξοεῖ καὶ ἀντιβαίνει πρὸς τὴν ξέσιν ἀναρμοστὰ ὄντα.

Vs. 184. Ἄτην γὰρ, ἣν Ομ. ——] Iliad. T. vs. 91. sqq. Noster in Imag p. m. 19. καὶ μὴ κατὰ τὴν Ὁμήρου Ἄτην ἐκείνην, ἐπ᾽ ἀνδρῶν κράατα βεβηκότα.

Vs. 204. Ἄκυε, ἔπος γὰρ ——] Mallem, Ἄκυ᾽, ἔπος γὰρ οὐκ &c.

Vs. 209. Καὶ τὴν μὲν ἄλλων ἥσυχον εἶδον φρένα] Ut versus constet legendum, εἶδον ἥσυχον φρένα.

Vs. 215. Διόπερ κραταιῶς συνοχμάσας δεσμῷ πόδα] Forte κραταιῷ συνοχμ. id est, κραταιῷ δεσμῷ.

Vs. 224. Ὅπερ διανύσας ἴχνεσιν ἀλγεινοῖς ἐγώ] An potius, ὅπερ διανύσας ἴχνεσ᾽ ἀλγεινοῖς ἐγώ? Mox vs. 226. leg. ὀξέσιν κέντροις λίθων.

Vs. 230. Δι᾽ ἧς περῶντι νότιος ἐκ μελῶν ἱδρώς.
Ἔῤῥει, βάσιν μου σαθρὰν ἐκλυομένῳ] Pro ἐκλυομένῳ, legere mallem ἐκλελυμένῳ.*

Vs 234. Τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν, τὰ δ᾽ ἐκεῖθεν ὀχήματα] Quod si & mihi post Eruditissimos Viros Guietum & Jensium conjectare quid liceat, legendum existimem: τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν, κ᾽αὖ τὰ δ᾽ ἐκεῖθεν ὀχήματα, vel, ἔνθεν, τὰ δὲ μ᾽ ἐκεῖθεν ὀχ.

Vs. 241. —— τῇδε σῇ προθυμίᾳ] Edit. Basil. & Isingr. τῇ γὰρ σῇ πρ. recte.

Vs. 243. Ἔστω γὰρ σοι δώρημα ——] Haud scio an magis placeat. Ἔσται γὰρ σοι δ.

Vs. 251.

---

* ἐκλυομένῳ aperte in metri legem peccat. ἐκλελυμένος abit ab Homerica prosodia: sed adfertur ex Athenaei L. IX. C. V.

Τὸ δεῖπνον, ὁρμῆς μεστὸς, ἐκλελυμένος.

Vs. 251. —— —— ἐκλιζετο] Vel κλιζετο, abjecto augmento, vel, quod praetulerim, ἐκλήζετο scribendum, aut certe per Synecphonesin efferendum. Idem statue de κλιζεται quod legitur in Ocyp. vs 134.

Vs. 262. Ὡς ἔτι χαιρήσοντες &c.] Formulam loquendi paucis verbis egregie exposuit Vir doctissimus T.S.H.S. ad Xenoph. Ephes. Obs. Misc. Vol. VI. T. I. p. 343. Noster vs. 313. οὐκ ἱερίσας ἐχάρη. Inter schemata Homerica recensetur ab auctore ejus vitae p. 297. ἀντίφρασις τὸ ἐναντίον ἢ τὸ παρακείμενον σημαίνουσα. ὡς ἐν τούτῳ. Οὐδ' ἄρα τώγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς· βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἰδὼν αὐτοὺς ἐλυπήθη. Virgil. L. IV. Aen. vs. 392. ubi sic Charon.

Nec vero Alciden me sum laetatus euntem
Accepisse lacu: nec Thesea Pirithoumque.

At in Antholog. L. I. c. XXXIII. Ep. 27. mures sic alloquitur Aristo quidam:

Εἰ δ' ἐν ἐμαῖς βίβλοισι πάλιν καθαθήξετ' ὀδόντα,
Κλαύσετε οὐκ ἀγαθὸν κῶμον ἐπερχόμενοι·

Vs. 268. Ἐν ᾧ παρηγορούμενοι ἀλγούντων πόνους] Id est, δι' οὗ παρ. Sic in Asin. p. m. 122. ψόφεται ὡς τεθνηκὼς ἐν ταῖς πληγαῖς. Anthol. Lib. I. c. XXXVII. Ep. 14.

Κάτθανεν ἐξαπίνης —— —— ——
Οὐκ ἄορι πληγεὶς, οὐδ' ἐν βέλει ἀλλ' ἐνὶ σύκῳ.

Poëta de viribus herbarum vs. 66.

Ἐκ κεφαλῆς πόνος ἐν ταύτῃ παραχρῆμα μειοῦται.

Ubi forte legendum καὶ κεφαλῆς ut vs. 87. nisi dictum sit ut in Ocyp. vs. 95. δεινὸν ἐκ ποδῶν παύσῃς πόνον. At lepi-

lepidus est error Thom. de Pinedo ad Steph. Byzant. in V. Ἁλίαρτος, dum pro, Ἁρμενίδας δ᾽ ἐν τῷ ρ, Ἁρίαρτός φησιν, reponendum duxit, δευτέρῳ. Et sic quoque Berkelius.

Vs. 275. —— φαρμάκου δρᾶσις τόση [Notanda vox δρᾶσις, quam ut dubia auctoritate nixam citat H. Steph.

Vs. 302. Μήτις ἐχίδνης ἰὸς ἀμφιβόσκεται,] Forte Μή τις μ᾽ ἐχιδν. vel quia pronomen jam in praecedenti versu legitur, Ἦ μή τις ἐχίδνης ἰὸς ἀμφιβόσκεται. Sic vs. 78. Ἦ μή τις ὕμνος Βακχείων κωμάζεται. Respexit autem ad locum Sophocl. in Trach. Ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὡς ἐδαίνυτο.

Vs. 324. Πολλαὶ μορφαὶ τῶν ἀτυχούντων] Sumtum ex Euripidis Andromache in fine, ubi sic ille:

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
Πολλὰ δ᾽ ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.
Καὶ τὰ δοκηθέντ᾽ οὐκ ἐτελέσθη
Τῶν δ᾽ ἀδοκήτων πόρον εὗρεν θεός.
Τοῖον δ᾽ ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

Vid. etiam Alcestid. & Bacch. in fine. Hinc non incommode, ejecta voce συνναύκληροι, hoc pacto clausulae hujus versus restitui posse videntur.

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν ἀτυχούντων,
Μελέται γὰρ πόνων καὶ τὸ σύνηθες
Τοὺς ποδαγρῶντας παραμυθεῖσθαι
Ὅθεν εὐθύμως λήσεσθε πόνων &c.

Quibus postremis verbis tale quidpiam superscripserit aliquis, quod in editt. nunc legitur, quo eraso, nullum detrimentum sensus patitur, alios etenim praeter

poda-

podagricos alloqui chorus intelligi non potest. Si hoc nimium audax videatur, ita restitue:

> Ὅθεν εὐθύμως ὦ σύγκληροι,
> Λήσεσθε πόνων, εἰ τὰ δοκηθέντ'
> Οὐκ ἐτελέσθη τοῖς δ' ἀδοκήτοις
> Πόρον εὗρε θεός. πᾶς ἀνεχέσθω
> Τῶν παθόντων, ἐμπαιζόμενος,
> Καὶ σκωπτόμενος, τοῖον γὰρ ἔφυ
> Τόδε τὸ πρᾶγμα.

Ocypus.

Vs. 17. —— —— καὶ φρενῶν καθάπτεται] *Haec molestia me tanto opere urit, ut prae ira mentis vix compos sim.* vid. Foes. in Oeconom. Hippocr. V. Ἅπτεσθαι. vs. 26. Ἐγὼ δ' ὑπ' ὀργῆς, ὡς γυνὴ δεδηγμένη, Ἀντέδακα &c. vs. 23. μὴ φέρουσα τὴν ἐμὴν χολήν.

Vs. 24. Ὁ τῶν δόλων γενναῖος ὁ θρασὺς Ὠκύπους] Recte Guietus δόλον γενναῖος, ceu δόλον φρονεῖν γενναῖος, quippe qui egregie erat εἰς προφάσεις ἐξησκημένος, uti ex sequentibus apparet. Neque enim nota persona hic in Scenam producitur, sed omnino ficta, unde merito Ὠκύπους nominis proprii vicem sustinet.

Vs 25. —— μηδὲν εἶναι μέ τι λέγων] Minus necessaria est Guieti emendatio μ' ἔτι λέγων. Nota est loquendi forma, εἶναί τι & μηδέν τι εἶναι.

Vs. 33. —— —— κέδα τιθεὶς ἰχνδύμενον] Optime hunc versum restituit Guietus, sed pro ἰχνδύμενον mallem ἰχνούμενον, siquidem Dorismo hic locus nullus est.

Vs. 37. Τείνω δὲ νεῦρον οἷα τ &c.] Praeter τείνω nihil cum Guieto mutaverim, punctum ponendum post βιάζεται.

Vs. 45. Ὑπηρέτης ἀδύνατος γογγύζων γέρων] Participium γογγύζων metrum aperte vitiat. Num ὄγκυλος γέρων, id eſt, σεμνὸς, γαῦρος, teſte Heſychio? Senex dicitur vs. 120. καυχώμενος τὰ πάντα μηδὲ ἓν σθένων. An potius τὸ γογγύζων gloſſema habendum τοῦ ὀγκολογῶν, quod hic olim lectum fuerit? Sane Heſychius, ὀγκολογῆσαι exponit γογγῦσαι. (1)

Vs. 48. ——— ——— γέρων ἐστὶ νέος] L. ἐστὶν νέος.

Vs. 49. Πείθει λέγοντα. τὰ πέρας ἂν ὑποσπάσω] Omnino cum Guieto legendum exiſtimo: τὰς χέρας ἂν ὑποσπάσω, ex verſ. 170. Δέξασθε χεῖρας τὰς ἐμὰς περὶ τοῦ πιεῖν, Ὁποῖα Σάτυροι Βακχείας ἐπ' ὠλέναις.

Vs. 52. Προθυμία γὰρ ἐν γήρει παρέπεται] Mallem παρέσπεται, vel, προθυμία γὰρ γήρα' ἀεὶ παρέσπεται, niſi nimis a vulgata lectione abiret. (2)

Vs. 57. Τρέχων ἔστειλα, καὶ συνεμίχθην πόνῳ] Verſus duplici mendo laborat. Prima enim in ἔστειλα contra metrum producitur, ſecunda vero in συνεμίχθην corripitur. Guietus corrigit ἔσφηλα, quod ſenſum quidem expeditiorem facit, ſed eodem tamen vitio laborat. Conjiciebam ἐνέσεισα, ex vs. 9. ὡς ἐνσεσεικὼς ἢ προκόψας ποι βάσιν. Vel, ſi liceret, σέσεικα, ſimplici pro compoſito. Pro συνεμίχθην, legendum videtur, συνεμεμίχθην, ſine augmento. (3)

Vs. 74.

(1) Forte ἀδύνατος γογγύζων γέρων. Florent. Edit. Anni MCCCCXCVI. recte mox ἐστὶν νέος.

(2) Παρέπεται deterius non videtur τῷ παρέσπεται, nec Tribrachys deterior Anapaeſto. Secunda emendatio vim verſui videtur illatura, niſi ultimam in προθυμία corripi poſſe oſtendatur.

(3) Commode pro συμμίγνυσθαι videtur ſubjici decompoſi-

Vs. 74. Ἀσπάζομαί σε, πρὸς θεῶν καὶ σὸν *
Τί τοῦτο, λέξον Ὠκύπου τάχα * } Quid si binos hosce versus hoc pacto legamus & distinguamus?

Ἀσπάζομαί σε, πρὸς θεῶν καὶ σὸν πάθος.
Ποῖόν τι τοῦτο; λέξον Ὠκύπου τάχα.

Vel, τί ἐστι τοῦτο, &, λέξον Ὠκύπου σαφῶς, ut id respondeat sequentibus, εἰ γὰρ μάθοιμι, τυχὸν ἴσως ἰάσομαι; & μαθὼν γὰρ ἀλήθειαν &c. Male autem vs. 76. distinctio commatica ponitur inter duo adverbia τύχον ἴσως, quae conjungenda sunt, & πλεοναστικῶς poni solent, non secus atque αὖ πάλιν. Absque eo esset, facillime legi posset, εἰ γὰρ μαθὼν τύχοιμ', ἴσως ἰάσομαι.

Vs. 78. Ὁρᾷς με σωτὴρ, καὶ πάλιν σωτήριχε
Σάλπιγγος ἀντῆς οὔνομ' ἔχων σωτήριχε] Sic λέμβος σωτήριχος in Antholog. L. II. c. XLI. Ep. 4. Εὖχε

positum συνεμμίγνυσθαι. sed cur sine augmento legeretur nescio. συνενεμίχθην pari quartaque sede tribrachyn legitime efficiet, & solemne est Librariis Latinis Graecisque secundam praepositionem negligere. consulantur Addenda ad Libanii Epistolas DCCCXXVII. pag. 864.

Quid pro isto ἔστειλα sit substituendum, non liquet. ἔτεινα forte admitti posset, ut non longe recedens a literis corruptae vocis. & commode posset ex vicino intelligi πόδα vel τὸν δρόμον. pro quo ἐτεινάμην diceretur. ita apud Theocr. Idyll. 21. 51. καί οὐ φεύγοντος ἔτεινα. & *manus ad non fugientem piscem extendi.* ubi versui 48. habemus: Τῷ χέρε τεινόμενος. Dionys. Halicarn. Antiq. L. III. C. XL. συνέτειναν εἰς τὰς ὕλας. sive ὁδὸν, sive δρόμον, sive πόδας vel νεῦρα. Euripid. Elect. 112. συντείνειν ὁρμὰν ποδός.

Εἶχε Φίλων λέμβον σωτήειχον. ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ
Σωθῆν' ὐδὲ Ζεὺς αὐτὸς ἴσως δύναται..
Οὔνομα γὰρ μόνον ἦν σωτήειχος. οἱ δ' ἐπιβάντες,
Ἔπλεον ἢ παρὰ γῆν, ἢ παρὰ Περσεφόνην.

Σωτήειχος est nomen proprium apud Cinnam. Lib. IV. p. 192. At σάλπιγξ quod eo nomine insigniatur, referendum fortasse ad τὸ ἀνακλητικόν. Max. Tyrius Serm. VI. καὶ καλὸν μὲν ἐν διώξει τὸ ἐγκελευστικόν, καλὸν δὲ ἐν φυγῇ τὸ ἀνακλητικόν; quo nimirum ἀνακαλοῦνται καὶ ἀνασώζονται ἐκ τῆς φυγῆς.

Vs. 89. Οὐ γὰρ στέγω τὰ δεσμὰ τῶν ἐρειδίων
Εὐμορφίαν ἄχρηστον εἰς πολλοὺς καλήν] An, εἰς πόδας καλήν? Τὰ δεσμὰ τῶν ἐρειδίων vocat δὶ μορφίαν ἄχρηστον, id est, ἀνεύθετον, uti εὔθετος pro χρήσιμος dixit in similitudine Demophilus: οὔτε ὁ αὐστηρὸς οἶνος εἰς πολυποσίαν εὔθετος, οὔτε ἄγροικος τρόπος εἰς ὁμιλίαν. Recte adeo addiderit, εἰς πόδας καλὴν, quod iis caput ornare decorum sit, pedes non item. Sic Plato Homerum e Republica sua ablegavit ornatum, vid. Republ. L. III. p. 617. Quo respicit Heraclid. Alleg. Hom. p. 411. ἐρρίφθω δὲ καὶ Πλάτων ὁ κόλαξ, Ὁμήρου συκοφάντης, ἔνδοξον ἀπὸ τῆς ἰδίας πολιτείας τὸν φυγάδα προπέμπων, λευκοῖς ἐρίοις ἀνεστεμμένον, καὶ πολυτελεῖ μύρῳ τὴν κεφαλὴν διάβροχον· Adde Max. Tyrium Sermone VI.

Vs. 91. —— —— καταχνήσω σοῦ τὸν πόδα] Leg. κατακνίσω.

Vs. 92. Ἂν γὰρ παράσχῃς μοι γιγνώσκειν σε χρή] An, γιγνώσκειν δεῖ σε χρή? (1)

Vs. 102.

(1) Sed prima in γιγνώσκειν producitur apud pro-

 batos

Vs. 102. Ψάδὴς γὰρ ἔκλυες ὧν ἔργων ἀκήκοας] Versus hicce misere est corruptus, omnique sensu destitutus. Edit. Basil. princeps & Isingrin. postrema verba ita ordinant; ὧν ἀκήκοας ἔργων, neque dubito quin hic ordo sit verus, adeoque praeferendus. Sed neque ita consultum est metro. Equidem existimo legendum:

Ψευσθεὶς γὰρ ἔκλυες ὧν ἀκήκοας λόγων.

Sic versus optime & sensus constat, idem enim est, ac si dixisset, ἐψεύσθης γὰρ κλύων τῶν λόγων ὧν ἀκήκοας· Vel pro ψάδὴς legendum, ψάδεῖς, aut ψάδῆ, si pro λόγων malueris ἐπῶν. (1)

Vs. 109. Ὡς δαίμονι πληγεὶς, καὶ παντα φόβον λαβεῖν] Conjicit Guietus καὶ πάντας φόβος λάβεν, quibus subdit Boivin, si metri ratio habeatur legendum esse πάντα. At ne sic quidem metrum constat, siquidem καὶ corripi nequit, quod Vir Cl. existimasse videtur. Mallem scripsisset Guietus, καὶ φόβος πάντας λάβεν, vel Boivin, πάντα καὶ φόβος λάβεν· Videndum tamen possitne retineri φόβον & λαβεῖν, ita ut haec pendeat structura a duplici potestate particulae ὡς.

Vs. 111. Δαίμων τάχα κρατῶν ἔξω ποδὸς] (2). Legere

batos Scriptores. quare inducor, ut credam σε pronomen semel excidisse.

Ἂν γὰρ παράσχῃς μοί σε, γινώσκειν σε χρή.

παρέχειν σέ τινι, obvia locutio.

(1) Ἔργων etiam in Florent. modo laudata editione, eadem sede.

(2) Liberiore conjectura vs. 116. legere liceret.

Θερ-

gere possemus ex notissimo Graecae linguae idiotismo.

Δαίμων τάχα τὶς ἔξω κρατῶν ποδὸς μ᾽ ἔχει·

Verum haec mera jam conjectura est, pari modo ac si quis vs. 116. legere vellet:

Θρηνῶν, πυρέσσων, εἶτ᾽ ἐπ᾽ ἐμοὶ αὐτὸν βάλεν.

nimirum ut eum demulcerem atque consolarer. Et vs. 130.

Καὶ νῦν μὲν ἀκμὴν εἶς ποδῶν δεινῶς ἔχει·

Vs. 112. —— νυκτὸς ἀνακαθήμενος μόνος] Non male etiam legeretur, ἀγκαθήμενος μόνος. Sic vs. 136. haud spernenda foret lectio.

Οἴμοι, τί τοῦτο; λέξον, ἄντομαι, γέρον.

quo verbo etiam usus est vs. 155. Γέρων hic legitur in edit. Basil. & Isingr. (1)

Vs. 119. Γέρων μὲν ἀεὶ τοῖς λ. ——] Leg. αἰεί.

Vs. 132.

Θρηνῶν, πυρέσσων, [τἀτρεκῆ] βάζων ἐμοί.

unde sequi videtur,

Α᾽ πρὶν δέ σοι καλεῖπε, πάντ᾽ ἐψεύσατο.

(1) Nulla necessitas fingi potest, qua ἀνακαθήμενος mutare adigamur in ἀγκαθήμενος. & ab omni verisimulitudine alienum est, ut ἄντομαι vs. 136. pro δέομαι reponendum sit, quia alio loco ἄντομαι occurrit. Nam nec Tribrachys nec Anapaestus ibi gnaros legis Iamborum offensuri sunt.

Vs. 132. Στένων δακρύεις ——] Leg. Στένων δακρύσεις.

Vs. 151. Ποδὸς δι' ἄλλ8, καὶ με συμπαχεῖ κακῶς] An legendum? καί με συμπαχεῖν κακῶς; vel, ἢ κακῶς μοι συμπαθεῖ, aut tandem, ὥς με συμπαχεῖν κακῶς. Huc pertinet Amphidis dictum quod refert Apostolius Cent. XIV. n. 74.

Ὅπ8 τις ἀλγεῖ, κεῖσε ϰ τ νῦν ἔχει.

Vs. 152. Ἡ πῶς ὅλως πέπηγα ——] Leg. ὅλος π. (1)

Vs. 163. Ἄφευκτον ἦλθες πρῶτον ἐς πάθος κακόν] Est ἀσύνδετον pro πάθος κακὸν ϰ ἄφευκτον. Vel leg. ἐς πάθες κακὸν.

Vs. 164. Οὐ γὰρ σιδηρόπλαστον ὑπεδύσω βάσιν] Ludit in duplici significatione vocis ποδάγρα. Sumitur enim, ut notum est, vel, quemadmodum hoc versu pro pedicula ferrea, quae hodieque maleficis hominibus occulte tendi solet, & feris bestiis. Suid. in V. Vel pro morbo articulari, uti versu ab hoc secundo, Δεινὴν δὲ καὶ κρυφαίαν (alludit iterum hoc

(1) Ὅλως offendit V.D. quia praecedit πῶς. talia passim. sed mox Criticorum oculos vs. 156. effugit, licet laboret defectu semipedis.

Εἴπερ τέχνη σὴ δύναται, μηδὲν φθονῶν.

δύναται primam corripit. legi igitur debet,
εἴπερ τέχνη ἡ σὴ δύναται. vel
εἴπερ τι τέχνη σὴ δύναται. vel
εἴπερ τέχνη τι σὴ δύναται. vel simile quid.

hoc vocabulo ad priorem vocis ποδάγρας significationem) εἰς πάντας καλῶ, quod nimirum non jam maleficos tantum, sed omnes sine ullo discrimine corripit.

Vs. 167. Ἡς οὐκ ἂν ἄροιτ' ἄχθος ——] Ex Eurip. Orest. in initio; mutuatus est & in Jove Tragoedo sub initium.

Vs. 169. Πόθεν μοι τρυπᾷ τὸ πόδα κρυπτὸς πόνος] Manifeste legendum est.

Τρυπᾷ πόθεν μοι τὸ πόδα κρυπτὸς πόνος.

Vs. 171. Ὁποῖα Σάτυροι Βακχίους (1) ὑπ' ὠλένας] An

(1) Βακχείους ὑπ' ὠλένας. in Editt. invenio Βακχίους. quod mutari non meretur. Euripides Cycl. 445.

Κύκλωπας ἡσθεὶς τῷδε Βακχίῳ ποτῷ.

apud quem ipse Bacchus saepe audit Βάκχιος. eadem Trag. 155. 428. 517. 519. Iphig. in Taur. 953. ubi ποτόν intelligi licet. quam enunciationem etiam ex Codd. Nasoni adseruere N. Heinsius & P. Burmannus L. III. Met. 518. *& Bacchia sacra videres.*
In Papinii Theb. Lib. IX. 479. *Bacchia buxus.* & Achill. L. II. *Bacchia Naxos.* etiam in meis MStis. sive vitiose *Bracchia*, sed tamen ad Orthographiam veram hic stabiliendam adcommodate. quare hunc Luciani locum intactum, quia ita Libri, relinquerem, licet alioquin passim scribatur Βάκχειος similibus locis. Vid. Sophocl. Trach. 717. χυθέντος εἰς γῆν Βακχείας ἀπ' ἀμπέλου. Aristoph. Eclef. 14. —— Βακχείου ῥεῖ νάματος ῥ

An potius *Βακχείους ἐπ' ὠλένας*? Praepositiones ὑπὸ, ἀπὸ, ἐπὶ perinde ac περὶ & παρὰ saepissime permutari notum est. Idem factum puto apud Nostrum in Asino p. m. 125. κἀγὼ σφόδρα ἠχθόμην ἐπὶ τοῦ δεσπότου, κλέπτης ἅμα καὶ λίχνος ἑαλωκώς. Legendum enim existimo & distinguendum hoc pacto: κἀγὼ σφόδρα ἠχθόμην, ὑπὸ τοῦ δεσπότου κλέπτης ἅμα καὶ λίχνος ἑαλωκώς.

J. GAVEL.

EPI-

EPISTOLA

JOSEPHI DE BIMARD LA BASTIE,

Baronis Montis Seleuci,

A D

JAC. PHIL. D'ORVILLE,

Humaniorum Literarum Professorem.

JAm cognitum habebam, Vir Clariſſime, quanto labore conſtare ſoleret auctori, ut opus aliquod ſe praeſente etiam & inſpectore typis adcurate deſcriptum emittere liceret: ſed ingenue fateor, mihi adhucdum non ſatis perſpectum fuiſſe, cui periculo ſeſe exponerent, qui nimis faciles ſcripta ſua longinquis in regionibus & procul a cura ſua committi formis concederent. Nunc magno meo malo id experientia edoctus ſum, occaſione quarundam mearum Diſſertationum Latine Gallice-que exaratarum ſuper non nullis monumentis Antiquis, & nuper Mediolani editarum, *in primo tomo Theſauri Novi Inſcriptionum*, quem cum maxime publicat doctiſſimus Muratorius.

Si sibi mea scripta deformare proposuissent, nescio an melius id ipsis succedere quivisset. Namque sive ignorantia sive negligentia ejus, cui haec editio fuit concredita, caussa existat, vix periodus dissertationum sine aliquo mendo invenitur. modo tales me committere soloecismos coëgerunt, quales nec discipulo infimae classis condonandi forent. modo mihi attribuerunt locutiones adeo parum proprias, ut quicumque modo primis labris bonos attigisset auctores, facile sibi a talibus cavisset. Jam rursus vox immutata efficit, ut plane contraria iis legantur, quae ipse cogitatione conceperam. Alio loco vitiosa distinctio plane sensum conturbat. locutiones familiarissimae obviaeque saepissime exarantur corrupte, & quod ad nomina spectat propria, paucissima non fuere passa interpolationem imperitissimorum Typothetarum. ut brevis sim, nisi Deiphobus crudeliter a Menelao laniatus saepe comparationi parilibus in casibus inserviisset, talis similitudo in meas has lucubrationes unice accommodanda posset videri.

Facile colligis, Vir Cl., ex hac narratione, quam me commoverit adspectus editionis tam informis. Mediolanum equidem misi Indicem Erratorum praecipuorum, quae notaram oculo fugitivo, verum hac ratione non mihi satis prospexisse videor opinioni parum commodae, quam mihi opus hoc meum, quale nunc se habet, posset apud Eruditos Europae excitare. Publice igitur hujus mei foetus hanc editionem abdicare cogor: profiteorque, me ne literam repositurum objectionibus, quaecumque fieri possint vel contra opiniones a me defensas, vel contra explicationes a me in medium prolatas: quoniam pleraeque reprehensionum non nisi in typographica vitia cadere possint: pro quibus respondere sane meum esse, nemo aequior contenderit. Plurimum igitur tibi, Vir Cl., debuero, si Ephemeridibus literariis, quae apud Batavos prodi solent, hanc

hanc meam de ista Dissertationum mearum editione sententiam propositumque inseri curaveris. Nec est cur dubitem de tua voluntate, qui tuam erga me amicitiam spectatam habeam. Vale & me tibi addictissimum ama. Lutetiae Parisiorum IV. Kal. Novembres CIↃ IↃ CCXXXIX.

LECTO-

LECTORI ERUDITO

S. D.

JAC. PHIL. D'ORVILLE.

IN horum Miſcellaneorum Tomo tertio Voluminis quinti Diſſertatio, de Originibus Neapolitanis agens, inſerta legitur. Eam mihi transmiſerat Amſtelaedamum, tum in Italia peregrinanti, Juvenis eruditus Reinolds, quocum familiaritatem quandam contraxeram Oxonienſi in Academia verſans: erat enim humaniorum literarum ac Graecae elegantiae valde ſtudioſus, licet Theologicis functionibus deſtinatus, & pro laudabili in illa gente inſtituto, tamen de iteranda augendaque Aeſchyli Stanlejana ἐκδόσει cogitabat. Voluerat autem hanc lucubrationem de rebus Neapolitanis eſſe quaſi remunerationis loco Variarum Lectionum in Pomponium Melam, e nonnullis Codicibus collectarum: quas ego ab humanitate celeberrimi atque amiciſſimi Viri, Caroli Andreae Dukeri impetraram, ut gratificarer patri hujus juvenis, quem filius perhibebat novam Geographi laudati editionem meditari. At mors, ut nuntio neſcio quo intellexi, patrem cogitata perficere vetuit: qui alicui Gymnaſio in Magna Britannia erat praefectus. de Aeſchylo autem per amicum luci redonando ſpes quoque evanuit.

At

At felicius fatum Neapolitana illa incunabula prosecutum fuit. Namque illis non tantum prodi contigit in his oris: verum etiam auctor suam opellam antea jam Neapolin transmitti curaverat Viro doctissimo Joanni Baptistae de Miro, dignissimo Abbati Ordinis D. Benedicti. Qui erudita quidem Britanni disquisitione multum capiebatur, verum nihilominus adsensum novae huic opinioni de patriae suae primis colonis praebere non poterat. quod nec a se inpetrabant plerique alii ejus civitatis literarum cultores. Unde evenit, ut ipse ille Abbas de Miro, rem adcuratiore dignam censens meditatione, dissertationem haud minus reconditae eruditionis, licet in contraria euntem, literis consignare non dubitaverit, eamque epistolae forma ad ipsum Reinolds, non sine promerito verborum honore, conscriptam, jam hujus seculi anno vigesimo tertio pervenire providerit. quae tamen epistola, ob argumenti hujus elegantem excussionem plurium lectione dignissima, neque ab ipso auctore, neque ab eo, ad quem data fuerat, adhucdum cum Eruditis fuit communicata. Sed cum Volumen illud Miscellaneorum nostrorum, in quo Britanni dissertatoris opusculum continebatur, ad Neapolitanos literatos esset perlatum, opposita huic ab Neapolitano cive disputatio amplius premenda esse non visa est. Atque Nobilissimus Vir Franciscus Valetta, Josephi illius Valettae, qui olim Peirescii, Franci, laudabile institutum in literis literatisque adjuvandis apud Italos imitatus fuit, dignissimus nepos, pro studio in patriam & bonas artes, tum consilium dissertationis publicandae promovit, tum ut Miscellaneis hisce illa lucubratio ornamento accederet, effectum dedit. Hunc enim politissimum Virum, dum Neapolitana in urbe versatus fui, suavissimum semper contigit habere socium, & rerum mearum participem atque adjutorem. Nec officia, quae ibi agenti profusissima humanitate praestitit, ex discessu meo ullo modo imminutum ivit,

ivit, imo novis benevolentiae documentis merita in me ſua confirmavit atque auxit: ſubmittens identidem non pauca nec ſpernenda tum ex propriis ſcriniis, tum aliunde κειμήλια literaria. quae cur non orbi erudito adhuc ſint a me inpertita, mearum quarumdam lucubrationum multis interpellationibus caſibusque variis procraſtinata editio, nec non quaedam ſcaeva fortuna, de qua forte olim mentionis faciendae accommodatior occaſio praebebitur, inpedimento fuere. Maxime autem in hac cauſſa mihi diſplicuit, quod ita gratiis promeritiſſimis publiceque agendis anſa non ſit data, & jure ab officioſiſſimo viro, niſi benignitas ſingularis mitiorem interpretationem ſperare feciſſet, relatus fuiſſem in ingratorum claſſem, quo genere hominum terra mater mea ſententia tetriora monſtra non alit. Verum huic morae brevi medebimur, quando ſubmiſſa olim a nobiliſſimo Valetta, atque a communi noſtro amico Gallupio, viro Graece eruditiſſimo, earumdemque literarum Neapoli Profeſſore meritiſſimo, ſcripta per otium & in hiſce Miſcellaneis & alias, Lectori non ingrata futura, inpertituri ſimus.

Non poſſum autem non gratulari civitati Neapolitanae, quae in hoc contemtu eruditionis politioris veterumque literarum pene ubique graſſante, tam inſignem alat hominum elegantiſſimorum copiam. quam plurimi enim non modo intra privatos parietes humaniora ſtudia, ut honeſtam otii occupationem, excolunt, verum etiam pulcerrimis ingenii foetibus rem literariam quotannis ornare atque inſtruere haud intermittunt; ut hoc in ſtadio nulli Italicarum civitatium haec urbs concedere palmam, opus habere videatur. Quod ſi augurium ducere ex inſtantium rerum conditione de futuris liceat, gliſcens ille in bonarum artium inſtaurationem, qui nunc eſt, ardor, pulcerrima animorum conſpiratione mira incrementa brevi ſumturus videtur. Id enim ſperare jubet inſignis ille & quaquaverſum decantatus

in omnem eruditam antiquitatem, & utiles disciplinas earumque cultores amor favorque Caroli Regis, hoc fastigium humanae gloriae animo virtutibusque adaequantis. cujus utinam justissimis contingat votis, ut sua aetate secula erudita illa renata conspiciat, quibus tot egregii scientiarum instauratores atque propagatores, quorum Coryphaeos vel nomine tenus attingere longum foret, Neapolim, jam antiquissimis temporibus capitalium ingeniorum fecundam, nec unquam effoetam matrem illustraverunt. In quo omine Lectorem eruditum dimittimus ad ipsam laudatae disputationis lectionem, nostrum in literas meliores studium ipsi commendantes. Vale.

VIR

Digitized by Google

JOANNIS BAPTISTAE DE MIRO
EPISTOLA
AD CL. REINOLDS.

Vir Clarissime,

Quod evolventi tibi antiquos Scriptores aliqua etiam occurrerint, quae ad illustrandas origines Neapolitanae Civitatis maxime faciunt, eaque pro tua eruditione selegeris, atque pro tua humanitate cum nostratibus communicare volueris, tibi plurimum debere fatebuntur Neapolitani; Et ego omnium nomine, & meo potissimum, quod ea ad me transmiseris, grati animi monumentum sum his literis testaturus; quum tu nullo priori beneficio obstrictus, vel officiis provocatus ex ultima Britannia, ut dicis, quae quondam toto orbe pene divisa censebatur, & nostris temporibus nedum opibus, & rei militaris scientia, sed eruditione etiam, & sapientia, caeterisque virtutibus, qua ethicis, qua civilibus, caeteris Europae nationibus minime cedit, studia tua contuleris ad res nostras patrias illustrandas; quod tibi tam bene cesserit, ut Diotimum quendam, vix paucis notum, illustrem, & (1) ναύαρχον, & (2) στρατηγὸν Atheniensem inter nostros majores numerandum dederis, quod nemo unquam ex nostris excogitavit.

Scio equidem quosdam ex nostris luculento testimonio Lycophronis in iis versibus, quos adducis, usos esse pro antiquitate nostrae Civitatis, etiam quatenus Neapolis asserenda, sed nemo quod sciam, ad Scho-

(1) Navium ductorem.
(2) Ducem Exercitus.

Scholiastae verba attendit, quibus auctore Timaeo, Diotimi sit mentio, id quod tu nobis largitus es; & licet fortasse non omnibus doctis probaveris, Diotimum fuisse, nedum qui Neapolim novam Chalcidensium, & Atheniensium Coloniam deduxerit, ipsique novum Neapolis nomen indiderit, sed neque qui ibi (3) λαμπαδικὸν ἀγῶνα instituerit; tamen semper ad celebritatem Civitatis spectat, quod Atheniensis Navarchus Neapolim cum classe accesserit ad (4) ἐναγίζειν Parthenopae, quod etiam Lampadico certamine & cursu perfecerit, quod ex Timaei verbis clarissime apparet.

Verba etenim Timaei, quibus potissimum tota tua erudita dissertatio innititur, dicunt quidem Diotimum, quibusdam oraculis obsecutum, Neapolim ad sacrificandum Parthenopae accessisse, ibique Lampadicum certamen celebrasse; Sed tantum abest, ut dicant ipsum auctorem fuisse Neapolitanis hoc certamen postea quotannis celebrandi, ut potius significent, ipsum ideo illud celebrasse, quia prius a Neapolitanis quotannis celebrabatur; unde quum ab oraculo accepisset (5) θῦσαι τῇ Παρθενόπῃ, hoc perfecerit etiam lampadico certamine, eo ritu iisque cerimoniis, quibus Neapoli singulis annis peragebatur, quod ea verba significant (6) ὅνπερ λαμπαδικὸν ἀγῶνα καὶ δρόμον οἱ Νεαπολῖται ἐτησίως ἐτέλουν. Ex quo etiam fit manifestum, quod quum Diotimus reperiret Neapolitanos jam assuetos cursibus, & Lampadicis certaminibus, eos jam a multis annis ante ipsius adventum, in eam Civitatem, quam Neapolim vocaverunt, commigrasse: Unde nequaquam fieri potest, ut ipse Diotimus omnium primus illuc Co-

(3) Lampadicum certamen.
(4) Parentandum.
(5) Sacrificare Parthenopae.
(6) Quod Lampadicum certamen & cursum Neapolitani singulis annis celebrabant. apud Tzetzen ad Lycoph. v. 732. 733.

Colonos deduxerit, & ex ea deductione novum Neapolis nomen loco tribuerit.

Quin & ipſemet Tzetzes nequaquam a verbis Timaei putavit poſſe deduci, Diotimum deductorem Coloniae Neapolitanae fuiſſe, ſed tantum ea adduxit, ut oſtenderet Lampadicum certamen ibi celebraſſe, quod putavit deſignaſſe Lycophronem : Neapolis autem originem ipſe multo altius deſpexit; nam ad ea verba Lycophronis (7) Φαλήρου τύρσις, haec habet (8) Φάληρος τύραννος Σικελίας ἔκτισε τὴν ἐν Ἰταλίᾳ Νεάπολιν . . . . Διόδωρος δὲ ὁ Σικελὸς καὶ ὁ Ὀππιανὸς τὴν Νεάπολιν ὑφ' Ἡρακλέους φασὶ κτισθῆναι. Neque id quod dicit Lycophron (9) ὅν, ſcilicet Lampadicum curſum πότ' αὐξήσει λέως Νεαπολιτῶν, accipiendum eſt quod Diotimus inſtituerit id certamen, & populus Neapolitanorum ſolemnius celebraverit, ſed quod quomodocunque, & quandocunque inſtitutum, ſemper per populum Neapolitanum creverit: quem morem etiam nunc ſervant Neapolitani, ut ſuperſtitioſa quaeque ſemper creſcere patiantur.

Porro ex iis, quae jam dicta ſunt, & ex aliis mox dicendis, mihi videtur manifeſtum, non primum fuiſſe Diotimum, qui, nova colonia deducta ad Parthenopen, novum illi Neapolis nomen indiderit. praeterea ego ſtatuo non eo tempore, quo putas, Diotimum Neapolim acceſſiſſe: ipſum quoque diverſum fuiſſe ab eo, qui inter Archontas Atticos a Diodoro numeratur anno III. Olymp. CVI; ſed potius illum fuiſſe Strombichi filium, qui Olymp. LXXXVIII. dux decem navium cum aliis ducibus miſſus fuit ab Athenienſibus contra Corinthios, ut habet Thucydides Lib. I. ubi ait:

(7) Phaleri turris v. 717.

(8) Phalerus tyrannus Siciliae condidit Neapolim, quae eſt in Italia. Diodorus autem Siculus, & Oppianus Neapolim ab Hercule conditam fuiſſe dicunt.

(9) Quem aliquando creſcere faciet populus Neapolitanorum v. 735. 736.

Digitized by Google

ait: (10) *οὐ πολὺ ὕστερον δέκα ναῦς αὐτοῖς*, hoc est, Corcyrensibus *ἀπέστειλαν βοηθοὺς. ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Λακεδαιμόνιός τε ὁ Κίμωνος, καὶ Διότιμος ὁ Στρομβίχου, καὶ Πρωτέας ὁ Ἐπικλέους.*

Idque hoc argumento videtur non solum confirmari, sed etiam demonstrari, quod quum Diotimus, cujus mentionem fecit Timaeus apud Tzetzen: (11) *Εἰς Νεάπολιν ἦλθεν, ὅτε στρατηγὸς ὢν τῶν Ἀθηναίων ἐπολέμει τοῖς Σικελοῖς*, —— non videtur id posse referri, nisi ad annos, quibus bellum Peloponnesiacum gerebatur, & praecipue quum Olymp. XCI. bellum in Sicilia Athenienses infeliciter gesserunt, quum amissis classibus, & exercitibus, mortuis clarissimis ducibus, ita attritae fuerunt eorum opes, ut de transferendo bello in Siciliam non amplius cogitaverint, quum maxime post Antalcidae pacem, vix oram Atticam classe legerent, in Hellespontum navigarent, & paucas Aegaei maris insulas retinerent; immo tempore, quo Philippus Macedo eversa Olyntho, & receptis caeteris Chalcidicae regionis civitatibus, fere totius Graeciae (12) *ἡγεμονίαν* susceperat, res Atheniensium ita humiles factae sunt, ut minime credendum sit, Ducem cum classe ad bellum gerendum cum Siculis misisse, sive illi indigenae, sive Siceliotae fuerint, qui inde postea Neapolim novam Coloniam deduxerit: quod fieri potuit eo tempore, quo maxime res Atheniensium florebant, quum commissa classe, & exercitu tribus clarissimis ducibus totius Siciliae imperium, & Syracusanae praesertim Civitatis sibi promisissent,

(10) Non multo post decem naves ipsis Corcyrensibus auxilio miserunt, quarum duces fuerunt Lacedaemonius Cimonis, Diotimus Strombichi, & Proteas Epiclei filii pag. 32. edit. Francof. MDXLIV.

(11) Neapolim venit, quando, cum Dux Atheniensium esset, bellum gerebat cum Siculis. ad v. 732. 733. Lycophronis.

(12) Imperium sive ducatum.

fiſſent, quod, ut dixit Euripides, iniquitate fatorum impediti, non virtute deſtituti, facere nequiverunt; ait enim in Epicedio carmine, quod pro iis, qui in Sicilia cum Nicia, & Demoſthene perierunt, Athenis cecinit.

(13) Οἱ δὲ Συρακοσίους ὀκτὼ νίκας ἐκράτησαν
Ἄνδρες, ὅτ' ἦν τὰ θεῶν ἐξίσου ἀμφοτέροις.

Eo etenim tempore potuit Diotimus, qui & Navarchus, eſt Strategus & apud Thucydidem loco ſupra relato, Imperatoribus Nicia, Lamacho, & Alcibiade aliquam navium claſſem Athenienſium ducere, quumque in Occidentali Siciliae latere cum Siculis bellum gereret, ad inſulas Pithecuſas, & inde Neapolim accedere, ibique Lampadicum curſum, & certamen celebrare, quod accidere potuit, vel quando Nicias, & Lamachus Duces Athenienſium, ut ait Thucydides Lib. VI. (14) Παραπλέοντες ἐν ἀριστερᾷ τὴν Σικελίαν, τὸ μέρος τὸ πρὸς τὸ Τυρσηνικὸν κόλπον ἔχον εἰς Ἱμέραν, ἥπερ μόνη ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς Σικελίας Ἑλλὰς πόλις ἐστί; vel quando iidem Athenienſium Duces: (15) ἔπεμψαν καὶ ἐς Τυρσηνίαν, ἔστιν ὧν πόλεων ἐπαγγελομένων καὶ αὐτῶν ξυμπολεμεῖν; Et ad haec tempora puto reſpexiſſe Timaeum, ſive Timerum, ut hic auctor forte per errorem exſcriptoris, quod

(13) Octo Syracoſios vicerunt praelia, quando Numinis aequalis fulſit utrisque favor, apud Plutarchum in Nicia pag. 534. edit. Francof. MDXX.

(14) Circum navigantes Siciliam ex ſiniſtra eam partem verſus, quae Tyrrhenum ſinum ſpectat, tenuerunt Himeram, quae ſola in illa parte Siciliae Graeca Civitas extat pag. 455. A. C. LXII.

(15) Miſerunt ad quaſdam Civitates, quae ſunt in ora Tyrrheni maris, quum ipſae belli ſocietatem promiſiſſent, pag. 474. C. C. LXVIII.

quod etiam Vossius (*a*) observavit, nuncupatur a Tzetze, non Lycophronem, quem ego puto nihil minus cogitasse, quam hoc factum, quum carmina a te memorata edidit. Sed Tzetzes suo more, quum nihil certius excogitare potuisset, iis versibus historiam hanc Diotimi, quam in Timaeo reperit, accommodasse. Caeterum Tzetzes alibi (*b*) quum de Diomede loquitur Timaeum Siculum, & non Timerum nominat.

Quod si non tunc Diotimus fuerit in Sicilia cum navibus, sed antea quando primo Athenienses quinto anno suscepti belli contra Lacedaemonios transmiserunt classem illuc auxilio Leontinis sub Ducibus Lachete, & Charoeada, ut scribit Thucydides Lib. III. (*c*) quod fortasse dici potest probabilius, tanto magis distat hic adventus ab eo tempore quod tu statuis, scilicet post destructam Olynthum a Philippo, quum eo tempore Athenienses, dum suppetias ferunt Rheginis contra Locros, oram Italicam cum classe etiam percurrerent atque vastarent, qua occasione potuit Diotimus Navarchus Neapolim accessisse ex oraculo; quod tacuit quidem Thucydides; nam disertim fatetur, se non omnia, quae ad id bellum Siculum faciunt, dicturum, sed solum dicit (16) λόγου μάλιστα ἄξια ἢ μετὰ τῶν Ἀθηναίων οἱ ξύμμαχοι ἔπραξαν, ἢ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους οἱ ἀντιπολέμιοι τούτων, μνησθήσομαι.

Timaeus autem, qui copiosior historicus erat, & aliquanto redundantior, etiam factum hoc Diotimi nihil ad bellum spectans memorat.

Ex

(*a*) Tom. IV. Op. Lib. I. de Hist. Graec. c. XII. pag. 80. edit. Amstel. MDCLXXXXIX.

(*b*) Ad v. 615. Lycoph.

(*c*) Pag. 231. D.

(16) Ea tantum, quae maxime relatu digna sunt, memorabo, quae vel patrarunt juncti Atheniensibus socii vel contra Athenienses, ipsorum adversarii pag. 234. A. Lib. III.

Ex quibus videtur non temere deduci, quod hic Thucydidis Diotimus, & non alius sit ille, cujus quatuor strategemata refert Polyaenus(*d*); quum toto tempore belli Peloponnesiaci, vel saltem usque ad cladem, qua in Sicilia deleti fuerunt Athenienses, potuerit Nauarchus alicujus classis Atheniensium fuisse, unde acciderit, ut quater, vel hostes, vel suos strategemasin eluserit: secundum tamen strategema etiam Thrasyllo Duci clariori ipso Diotimo Polyaenus (*e*) tribuit, quum tamen uterque eodem uti potuerit. Diotimi autem nullum celebre factum memoratur apud historicos; sed tamen anno post cladem illam Siculam Strombichides Diotimi filius non semel a Thucydide memoratur Lib. VIII. (*f*) inter illos Duces, qui cum classe missi sunt ad retinendas insulas, quae ab Atheniensibus ad Lacedaemonios defectionem moliebantur.

Insuper quum reperiatur apud Diodorum Lib. XXI. (*g*) circa annum secundum Olymp. CVI. Nypsius Neapolitanus Dionysii Syracusani Dux, vir, ut ait Diodorus (17) ἀνδρείᾳ, καὶ συνέσει στρατηγικῇ διαφέρων, cujus etiam meminit cum laude non semel Plutarchus in Dione (*h*), qui profecto inter illustres viros hujus Civitatis esset numerandus, si pro civium libertate cum Dione, non pro tyranni dominatione contra Dionem militasset; id ostendit jam Neapolim conditam fuisse, antequam Olymp. CX, vel CXI. illuc Diotimus, quem dicis, accesserit pro nova Olynthiorum Colonia deducenda; quandoquidem non potui excogitare, a quo antiquo auctore deduxeris, Olynthios, qui eversa

(*d*) Lib. V. pag. 392. 393. edit. Casaub. cIↄ Iↄ XXL IX.
(*e*) Lib. I. pag. 75.
(*f*) Pag. 567. A. C. 576. B. 596. B. C.
(*g*) Pag. 420. C. edit. Hanov. MDCIIII.
(17) Fortitudine, & prudentia imperatoria excellens.
(*h*) Pag. 976. A. 977. C. 978. D.

ſa eorum Civitate a Philippo (18) ἀνάϛατοι facti ſunt, & ab Athenienſibus in ſuam civitatem ſunt recepti, noluiſſe hoc beneficio uti, ſed potius ad ſuos Chalcidenſes Cumanos, & Parthenopaeos in Italiam navigaſſe cum Diotimo, & aliquibus Athenienſibus, qui cum ipſis ſe conjunxerant; totum enim hoc dicitur ſine certo ſponſore, & ex facto ipſo refellitur, quum jam Neapolis nomen illuſtre eſſet, ne dum ante everſam Olynthum, ſed etiam ante Regnum Philippi, quum & Olymp. CVI. Nypſium ſuum Civem illuſtrem protulerit, & Olymp. XC, vel XCI. illuc Civitatis more Athenienſium Dux Diotimus cum claſſe, qua adverſus Siculos bellum gerebat, ad celebrandum curſum Lampadicum acceſſerit.

Porro Olynthios illos, qui a Philippo (19) ἀνάϛατοι facti ſunt, non in Italiam navigaſſe, ſed in Graecia permanſiſſe, hon difficile eſt ex Diodoro demonſtrare Lib. XIX. (*i*) ubi de Caſſandro loquens, qui poſt mortem Alexandri Macedoniam obtinebat, dicit non paucos fuiſſe illos Olynthios, quos Caſſandriam noviter ab ipſo aedificatam deduxit, ait enim (20) ἔκλισε δὲ καὶ πόλιν ἐπὶ τῆς Πελλήνης ὁμώνυμον αὐτοῦ Κασσάνδρειαν εἰς ἣν . . . . . συνῴκισε. . . . ἔτι δὲ τῶν σύνεγγυς χωρίων οὐκ ὀλίγα, κατῴκισε δὲ εἰς αὐτὴν, καὶ τῶν Ὀλυνθίων τοὺς διασωζομένους, ὄντας οὐκ ὀλίγους.

Unde quum dicat Diodorus Olynthios (21) διασωζομένους eosque (22) οὐκ ὀλίγους a Caſſandro Caſſandriam

(18) Suis ſedibus pulſi.
(19) Suis ſedibus pulſi.
(*i*) Pag. 695. B.
(20) Condidit autem Civitatem in Pellene, quam ex ſuo nomine appellavit Caſſandriam in quam . . . . . reduxit . . . . ex locis finitimis non paucos, habitandam autem ipſam tradidit illis Olynthiis, qui non parvo numero adhuc ſupererant.
(21) Qui adhuc ſupererant.
(22) Non paucos.

riam habitandam accepisse, argumento id est nullos ios Olynthios in Italiam navigasse ad novam Coloniam in Campania incolendam, alioquin si ita fuisset, vel scivisset Diodorus, non dixisset (23) τοὺς Ὀλυνθίων τοὺς διασωζομένους, sed Olynthios, qui in Graecia remanserant, vel qui non abierant in Italiam cum Diotimo, vel quid simile.

Unum tamen, ne quid dissimulem, videtur posse reponi, quod etsi reperimus Cives Neapolitanos ante adventum Diotimi ad sacrificandum Parthenopae, non propterea ipse non primus conditor Neapolis fuerit; videlicet quod Cives illi, qui priorem Urbem, quae postea Palaepolis dicta est, incolebant, etiam Neapolitani dicti tunc fuerint, non Palaepolitani; nulla enim Civitas, quum primo construitur, appellatur Palaepolis: sed hoc nomen tunc tandem sortitur, quum, alia recentiore Civitate extructa, ipsa cum hac comparata, antiqua Civitas, sive (24) παλαίπολις incipit appellari; quod nostrae Palaepoli accidere potuit: quae deducta a Cumanis, potuit Neapolis nomen sortiri, cum antiquissima Cumarum Civitate comparata; quod nomen retinuerit usque ad constructionem novae Civitatis in agro suo. ex quo acciderit, ut quum Neapolis nomen haec recens extructa sortiretur; ipsa illud idem nomen in aliud Palaepolis transmutaverit. sed totum hoc sicut a nullo certo auctore refellitur, sic quum nullo certo auctore probetur, non est temere asseverandum.

Haec quidem habui, quae tuae eruditioni sisterem, ut doctrina, qua plurimum polles, dijudicares, an satis sint ad dubiam reddendam tuam observationem de Diotimo Atheniensi nostrae Civitatis Neapolis Conditore,

(23) Olynthios, qui adhuc supererant.
(24) Antiqua Civitas.

tore, in eaque Lampadici certaminis institutore. Quod si his non obstantibus perviceris, atque nostris Civibus persuaseris, non Cumanum fortasse exulem nostrae Civitatis fuisse conditorem, sed fuisse illustrem quendam & (25) ναύαρχον, & στρατηγὸν Atheniensem, qui ex sua & florentissimae Civitatis gloria, qua tunc pollebat, & propter res contra Medos strenue patratas, & propter Graeciae (26) ἡγεμονίαν, quam per aliquot annos obtinuit, immo & propter (27) θαλασσοκρατίαν, quam per longum tempus retinuit, quin etiam & propter illustres viros, quos & in re militari, & in omni sapientia egregios, illa aetate plurimos protulit, potuit Coloniae, quam deducebat, longe majorem splendorem conciliare, quam si Cumanus Civis deduxisset, quum Cumae in Italia celebres essent, seu ut ait Dionysius, (28) Κύμη περιβόητος ἀνὰ τὴν ὅλην Ἰταλίαν, sed solum πλούτου τε καὶ δυνάμεως ἕνεκα καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, γῆν τε κατέχουσα τοῦ Καμπανῶν πεδιάδος τὴν πολυκαρποτάτην, καὶ λιμένων κρατοῦσα τῶν περὶ Μισηνὸν ἐπικαιροτάτων.

Certe, dico, si id perviceris Athenienses scilicet, & non Cumanos fuisse Neapolitanae Coloniae deductores, valde id gratum futurum Neapolitanis, multasque tibi gratias habituros.

Potissimum quum non possent multo majori antiquitate rependere, id quod ipsi deperderent, si a celeberrima Civitate, & claro quodam deductore, ad obscurum

(25) Ductorem Navium & Ducem Exercitus.
(26) Imperium sive Ducatum.
(27) Maris Imperium.
(28) Cumae sunt celebres per totam Italiam propter divitias & potentiam, & propter alia bona, quum retineant agri Campani terram maxime fructiferam, & quum possideant portus, qui sunt ad Misenum, opportunissimos. Lib. VII. Antiq. Rom. pag. 419. edit. Lips. MDCXCI.

rum quendam, cujus etiam nomen ignoraretur, ejus referretur origo, & ad humiliorem quandam Civitatem, quae ad majorem gloriam adſpirare non poteſt, quam ut ab Eretrienſibus, & Chalcidenſibus condita fuerit: nam, ut ait Dionyſius, ipſam (29) Ἐρετϱιεῖς τε καὶ Χαλκιδεῖς ἔκτισαν. Nam etiamſi a Cumanis deducti fuiſſent Neapolitani, non poſſent ad antiquiora tempora aſcendere, quam ad poſteriora iis, in quibus Ariſtodemus, (30) ὃς ἐκαλεῖτο μαλακὸς a tyrannide, quam Cumis exercuit, fuit per eos, quorum ipſe parentes occiderat, diſturbatus, & vita etiam privatus; quod tempus incidit non ſolum poſt ejectum Roma Tarquinium, ſed etiam poſtquam plebs Romana ſeceſſione facta a Patribus diſceſſit; adeoque non ad tempora adſcendit ante LXXII. Olymp. a quo tempore usque ad XC. vel XCI. quando bellum in Sicilia gerebatur ab Athenienſibus, quo potuit Diotimus Neapolim Coloniam deducere, vix ſeptuaginta quinque anni poſſunt numerari: propter quam majorem tantillo antiquitatem, ego nollem, ut haec Civitas Neapolitana Conditores Athenienſes dimitteret & Cumanos reciperet, ne nobis Glauci dementia objiciatur, cui (31)

Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεὺς,
Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε,
Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Porro ad haec tempora a LXXII. Olymp. ad XC, vel XCI. revocandam eſſe Coloniam Neapolitanam, ſi

(29) Eretrienſes & Chalcidenſes condiderunt ibid. 2.
(30) Qui appellabatur mollis pag. 418. 40.
(31) Juppiter Saturni filius mentem abſtulit, qui cum Diomede Tydei filio arma commutavit. Aurea cum aeneis, quae erant aeſtimatione centum boum cum iis, quae erant novem boum. Iliad. VI. vs. 234 ... 235.

ſi a Cumanis deducta eſt, colligi poteſt ex Dionyſio Halicarnaſſenſi, ſi cum dicto Timaei, ut a Tzetze refertur, conferatur nam tempore quo Ariſtodemus (32) ὁ μαλακὸς fuit vita & imperio privatus, cujus hiſtoriam refert Dionyſius Lib. VII (*k*) quod incidit in ea tempora, quando Romani propter plebis ſeceſſionem frumento deſtituerentur, etiam Cumas ad id comportandum, legationem miſerunt; eo igitur tempore nondum erat a Cumanis Neapolim Colonia deducta. nam ſi deducta fuiſſet, certe ipſi Coloni adfuiſſent, vel tyranno contra conjuratos, vel conjuratis contra tyrannum: ſicuti memorat Dionyſius adfuiſſe, exules illos Cumanos, qui Capuae exulabant. nam & iis, qui tyrannum exturbarunt, auxilio venere, & ſtrenuam operam navarunt, multosque etiam Campanos ad id patrandum ſocios ſibi adjunxerunt: quod ſi Neapolis tunc recens deducta Colonia extitiſſet, certe in illa rerum, & Reipub. Cumanae turbatione (33) ἡσυχίαν ἄγειν oportuiſſet. & ſi alterutri parti acceſſiſſet, certe Dionyſius, ſicut non tacuit de exulibus, qui Capuae morabantur, ſic majori cum ratione, neque de iſtis tacuiſſet. cui argumento, licet negativo, ut dicunt, videbunt quantum ſit deferendum, qui hiſtoriam illius Ariſtodemi in Dionyſio non indiligenter percurrerint. Ad tempora autem poſt XCI. Olymp. deductionem Neapolitanae Coloniae non poſſe revocari ſatis demonſtratum eſt, ex adventu Diotimi ad ibi ſacrificandum Parthenopae, & ex Nypſio Dionyſii (34) ϛρατηγῷ egregio, Neapolitano, de quo, ut ſupra dixi, loquuntur Diodorus, & Plutarchus.

Illud

(*k*) Pag. 418 ... 426.
(32) Mollis.
(33) Quieſcere ſeu ſe non immiſcere.
(34) Exercitus Duce.

Illud tamen non libenter admitterem, ut Diotimus hujus Coloniae deductor, sit ille idem, qui ab Athenaeo (*l*), & Aeliano (35) (*m*) χώνη appellatus est, quod inter (36) πολυπότας excelleret, quod ut mihi quidem videtur, non satis firmo argumento videris confirmare; hic enim Diotimus licet (37) ναύαρχος, & (38) στρατηγὸς, & si vis etiam (39) ἄρχων Athenarum fuerit, suis rebus gestis, non eam sibi famam comparavit, tanquam Themistocles aliquis, aut Epaminondas, aut Agesilaus, ut suum nomen ita sibi proprium reddiderit, ut ejus splendore, omnes alios, qui eodem nomine vocarentur, obscurarit: ut adeo in iis designandis, esset aliquid aliud superaddendum, sicuti dicitur (40) Δημοσθένης ὁ στρατηγὸς οὐχ ὁ ῥήτωρ, vel (41) Πλάτων ὁ κωμικὸς οὐχ ὁ φιλόσοφος propter splendorem nominis Demosthenis Oratoris, & Platonis Philosophi: ut Demosthenes licet egregius belli Dux, & Plato non obscuri nominis Comicus, illis compositi, veluti delitescerent. sed illustris quidem fuerit hic Diotimus, potuerunt tamen & alii illustriores extitisse. & fortasse (42) Δειπνοσοφισταῖς, qui apud Athenaeum loquuntur, notior erat Diotimus (44) χώνη dictus, quam Diotimus (45) ὁ ναύαρχος, cujus

(*l*) Lib. X. cap. X. pag. 426. edit. Lugd. MDLXIII.
(*m*) Lib. II. cap. XLI. edit. Argent. MDCCXIII.
(35) Infundibulum, h. e. instrumentum quo humores percolantur.
(36) Multum bibaces.
(37) Navium Dux.
(38) Et Dux exercitus.
(39) Archon, sive princeps.
(40) Demosthenes Dux exercitus, non Orator.
(41) Plato Comicus, non Philosophus.
(42) Iis qui in coenis philosophantur.
(44) Infundibulum.
(45) Navium Dux.

cujus etiam nomen periisset, nisi apud Timaeum, deperditum scriptorem, reperiretur in fragmento per Tzetzen servato, & nisi Polyaenus, auctor non summae auctoritatis, illum memorasset; vel nisi Thucydides eum semel nominasset, tanquam Ducem decem solum navium cum duobus aliis: quorum unus saltem Athenis erat multo ipso illustrior: erat enim Cimonis filius, Miltiadis Nepos, qui res Atheniensium ad summam gloriam extulerat. quare non opus erat, ut Athenaeus, vel Aelianus in suo Diotimo designando, qui mea sententia nulla alia virtute erat celebris, quam quod ceteros bibendo superaret, ea cautione uterentur, ut dicerent (46) Διότιμός τις οὐχ ὁ ναύαρχος: quum facile potuerint ignorare, aliquem Diotimum Nauarchum fuisse, vel, si id sciverint, sciveruut etiam, illum Nauarchum Diotimum, suo nomine caeteros, eodem nomine praeditos, non obscurasse.

Hoc autem maximopere efflagito, & a tua humanitate mihi promitto, ut tibi persuadeas, me non animo contendendi has observationes dictasse:

Quid enim contendat hirundo
Cycnis? aut quidnam tremulis facere artubus haedi
Consimile in cursu possint, ac fortis equi vis?

Sed solum ut studia tua, quibus de Republica literaria non cessas bene mereri, eo magis excitarem; minime enim dubito, te iis provocatum, alia non minus docta, & erudita esse prolaturum, quibus non solum nostrae hujus Civitatis origines illustrentur; sed aliarum quoque Civitatum, & aliorum locorum deductiones, migrationes, gesta, atque etiam facta, resque non passim obvias eadem solertia, ab antiquis scriptoribus inter se comparatis, sicuti modo fecisti,

(46) Diotimus quidam, non ille navium Ductor.

ciſti, maxime ab iis, qui paucorum manibus teruntur, & a pauciſſimis non oſcitanter leguntur, eris nobis, & publico largiturus.

Illa autem, quae nunc protuliſti, mirifice placuerunt doctis viris hujus noſtrae Civitatis, quibuſcum ea, te non invito, communicavi. propter quae non mediocriter ſunt erga te affecti, & quilibet pro viribus ſtudia tua quam maxime promoveret. praecipue nobiles & docti viri Franciſcus Ventura, & Mucius de Majo, qui iſtis ſtudiis potiſſimum delectantur, & niſi impedirentur muneribus, quibus Reipublicae cauſſa continuo diſtinentur, aliqua etiam & ipſi afferrent, quae fortaſſe tuae eruditioni magis ſatisfacerent, quam ea, quae ego verecunde quippe tibi propoſui: qui minime iſtis ſtudiis innutritus, a quibus meum inſtitutum me avocat, quin ad alia longe diverſa trahat, auſus tamen ſum tanquam *Anſer inter Olores* interſtrepere.

Etiam Paulus Matthias Doria, vir nobilitate generis, & eruditione clariſſimus, qui noſter eſt (47) οἰκισμῷ οὐ γενέσει, ut fere noſter Civis dicendus ſit, ſi non (48) φύσει, certe (49) θέσει propter diuturnam commorationem Neapoli factam, ex quo fit, ut Neapolitanae Civitatis gloriam mirum in modum amore proſequatur, tibi quam maximas gratias agit tum propter ea, quae de hac Civitate jam protuliſti, tum propter plura alia, quae a tua induſtria expectat. Ipſe autem jam usque ab adoleſcentia doctis viris innotuit, quum ſtudia ſua rebus politicis conferret, & de vita Civili doctum, & ab omnibus probatum commentarium ederet, & mox in graviori aetate non pauca circa res Geometricas, & ad Matheſin ſpectantia elucubraret; Immo & plura alia habet, non a multis obſervata, ab ipſo

(47) Habitatione non Civitate.
(48) Natura
(49) Aſſumtione quaſi dicatur adoptione.

ipſo autem profundiori ſtudio excogitata de prima philoſophia; quibus tamen ſtudiis, non diſtrahitur ab iis, quibus tu antiquitatis memoriam maxime promoves; quum haec, ſicuti a te tractantur, reliquarum fere omnium diſciplinarum ſtudia complectantur, ipſamque univerſam, ut ſic dicam, contineant (55) ἐγκυκλοπαίδειαν.

Ut autem ad me revertar, velim exiſtimes, mihi ſummam voluptatem allaturum, ſi cetera a te docte, erudite, perſpicue, & ſapienter elaborata communicaveris; & puta te habere Neapoli hominem, qui ſummo ſtudio conabitur, tuam benevolentiam omnibus officiis promereri; nec tua opinione fraudaberis, ſi me eſſe credideris,

Dat. Neap. x. Kal.
Aug. CIↃ IↃ CCXXIII.

Tui obſervantiſſimum, atque ad omnia officia paratiſſimum

Jo. Baptistam de Miro,
Abb. Ord. D. Benedicti.

(50) Orbem diſciplinarum.

I N-

INDEX
AUCTORUM

Emendatorum & Vindicatorum.

A.

ACHILLES TATIUS. 207
ACTA APOSTOLORUM. 356
AESOPIAE Fabulae. 115 -- 123
ANACREON. 422
ANTHOLOGIA. 56
APOLLODORUS. 101. 347. 382. 383. 390. 393
APPIANUS Bello civili. 5
APPULEJUS. 289
ARISTAENETUS. 189
ARISTIDES. p. 3
AUCTOR Cupid. cruci adfix. 122
AUCTOR Dial. de corrupta Eloq. 30
AUCTOR Hymni in Mercurium. 427
AUCTOR de Viribus herbarum. ap. J. A. Fabricium in Bibl. Gr. 424. 430
AUCTORES, qui Suedorum lingua ſcripſere. 85 -- 96
AVIANUS in Fabulis. 179. 184
AURELIUS VICTOR. 31
AUSONIUS. 160 -- 200

B.

BASILIUS. 208. 347

C.

L. CAECILIUS. v. LACTANTIUS.
Q. CALABER. p. 2
CICERO, Nat. Deorum. 18. 34. Bruto. 130

CLE-

CLEMENS Alex. Paed. 418
CODEX Justin. 366. 368. V. Pandectae.

D.

DACERIUS. Festo. 298
DICTYS CRETENSIS. 21
DIONYSIUS Periegetes. 421. 424
DOSITHEUS. 110. 123

E.

EURIPIDES. Electra. 98

F.

FESTUS. 169. 299. 300
FLORUS. 22. 29. 53. 174
FRONTINUS Strategem. 103

G.

A. GELLIUS. 392
GRUTERUS, Inscription. 290

H.

HERODOTUS. 347
HESYCHIUS 1 — 10. 55 — 68. 80. 311 — 316. 321 — 335. 417. 420.
HOMERUS. 306. 417
HYGINUS, Astron. 51. 105. 307. 308. Fabulis. 100. 101. 106. 107. 296 — 310. 379. 402. Fragmento. 108 — 123

I.

ICTI. v. Pandect. Cod. Jus civile. &c.
INSTITUTIONES Justiniani. 362
JOSEPHUS contra Apionem. 209. in vita. 211. Antiq. Jud. 347. tr

Digitized by Google

Jus civile. v. Instit. Pand. Cod. Pompon. Ulpian.
JUSTINUS. 25. 389. 397. 399
JUVENALIS. 403 — 416

K.

KUSTERUS de Verbis Mediis. 216

L.

LACTANTIUS de mortibus persecut. 219--249
LIVIUS. 292
LUCIANUS. V. H. 210. Tragop. & Ocypode. 417 —
LYCOPHRON. 305
——— 450

M.

MACROBIUS. Saturn. 292
MATTHAEUS. 69 — 84. 213
VALER. MAXIMUS. 22. 50. 189
M. MINUCIUS FELIX. Octavio. 11 — 54

N.

NEPOS. 102. 103

O.

OPPIANUS Hal. 4
OVIDIUS. Metam. 144. 146

P.

PANDECTAE. 257 — 295. 361 — 376
PAULINUS Epistola ad Aprum. 25
PAULUS Ictus. v. Pandectae.
PAUSANIAS. 99. 301. bis 302 — 305
PHERECYDES. v. Sch. Sophoclis.
TH. DE PINEDO. 431
PLINIUS. Epist. 132

PLU-

PLUTARCHUS. 389
POETA de viribus herb. v. *Auctor*.
POMPONIUS. v. Pandectae. L. II. §. 22. & 23. n. de O. J.

Q.

QUINTILIANUS. Declam. 140

S.

SACRAE LITERAE. v. Matthaeus. septuag. Interpp. Acta Apost.
SALLUSTIUS Jug. 31
SALVIANUS de Gubern. Dei. 29
SCHOL. APOLLONII, 10. 391
SCHOL. HOMERI. 380. 387
SCHOL. JUVENALIS. 403 — 416
SCHOL. PINDARI. 428
SCHOL. SOPHOCLIS. 306
SCHOL. STATII. 301
SENECA Suasor. 51
SEPTUAGINTA INTERPRETES. 250 — 256
SILIUS ITALICUS. 145
STEPHANUS Byzant. 420. 431
STATIUS Theb. Achil. 439
STRABO. 308
SUIDAS. 306. 395. 396
SYMMACHUS. 197

T.

TACITUS. Hist. 131. Germ. 131. Annal. 192 257 — 295
TERTULLIANUS Apologetico. 18. 38
TREBELLIUS POLLIO. 32
TZETZES Lycoph. 300. 305

Digitized by Google

V.

VICTOR [Aurelius]. 31

ULPIANUS. L. un. pr. π. de Offic. Quaest. v. Pandectae.

X.

XENOPHON Ephesius. 201 -- 218. 345 -- 358

Z.

ZONARAS. 258

Digitized by Google

INDEX

RERUM & VERBORUM.

A.

A & de aliquo audire. 127
-- & ex loco venire. 121
-- & per. 127
-- Roma, & Româ venire. 126
Aa, fluvius. 312
Abadir. 113
Ablativus rei, pro tempore quo res fit. 45
Absolvere & liberare. 127
Absum & desum. 127
Accidere, contingere, evenire, 128
Acer & vehemens. 129
Acies, bellum, certamen, proelium & pugna. 130
Adamas prò magnete. 155
Ad diem, & in diem. 132
Adfigere & adfligere. 248
Adhortari & admonere. 133
Adludere de fluvio & aqua. 14
Adparere, & videri. 134
Adpellare & provocare. 134
Adprobare & probare. 135
Adsentio & adsentior. 152
Aedes, aedificium & domus. 136
—— Christo dicatae sub Imperatoribus Ethnicis. 234
Aegaeum mare. 298
Aegritudo, aegrotatio, morbus, valetudo, vitium. 287
Aemulor, invideo, & obtrecto. 139
Aequalis, par & similis. 140
Aes & argentum. 142
Agavae plures. 390
Agmen, de cauda piscis. 177
Ago nihil, & otiosus sum. 143
Agrestis, & rusticus. 143
Agriani. 324
Agrippa Minerva. 61
Alacer & laetus. 143
Alcorani usus in remediis. 428
Ales, avis & volucris. 144
Alter bis positum. 16
—— pro alteruter. 27
—— & secundus. 145
Amicio, induo, & vestio. 145
Amnis, flumen, fluvius & rivus. 146. 168
Amoenitas & voluptas. 147
Amydon fl. Thraciae. 352
Anceps & dubius. 147
Anhygrus puteus. 307
Anigrides Nymphae. 57
Annales. 148
Annulus. 148
Antiquitas & vetustas. 19
Aoristus primus medius, significatione passiva. 216
Apes persequi licet, si mansuetae. 362
Apollo Αγυιεῦς. 57
Apostolorum dispersio. 224
Apud & penes. 148
Arbutum & unedo. 149
Arcana Oceani, & infera & supera. 173

Ariſtaei plures. 388
Arma, inſtrumenta, tela. 149
Ars, artificium, diſciplina, ſcientia. 150
Aſphaltites lacus. 254
Atalantae duae. 390
Atrium & veſtibulum. 152
Atta, ſenex venerandus. 70
Auctor, ſcriptor, ſuaſor, lator. 153
Audax & temerarius. 154
Audio, auſculto, cognoſco, compero. 154
Audio & exaudio. 154
Audio quum dicit, pro dicentem. 34
Auriga, gubernator, rector & vector. 135
Auſpicium & ductus. 155
Auſter & notus. 156
Ἀγραῖος Apollo & Pan. 57
Ἀγρεύς Pan. 56
Ἀγρίνιον. 58
Ἄγριοι θεοὶ 60
—— paederaſtae. 59
Ἀδάνεα. 64
Ἀλλὰ καί. 201
Ἀμαρτάνειν, ſcopum non ferire. 66
Ἀνανοεῖν. 208
Ἀναπλάττειν. 205
Ἀνεύθετος. 434
Ἄνυδρος. 308. 401
Ἀποσκιάζεσθαι. 347
Ἀποσάζειν. 210
Ἄρτιοι θεὸι. 212

B.

BAcchus Ἐλευθέριος. 401
Baetulus Lapis. 401
Balnea privata Bajanis comparata. 196
Bethlemi ſitus. 82

C.

CAecilii. 246
Calet convivium. 22
Caput pro ipſo homine. 179
Caſus unus diverſis adjectivis. 37. 12
Cedere pro accedere, ire. 236. 246
Chirurgia an ſola olim nota. 338
Chriſtianiſmi novitas. 227
Conſules primi Regia poteſtate. 279
Convenire, pro adloqui, rogare. 44
Creutznacium vicus. 164
Cybele & Cybebe. 120
Cyrenae duae. 390

D.

DAemones pro Daemoniacis. 42
Danubii fontes olim ignoti. 176
Dare pro condere. 38
De vel ab aliquo audire. 127
Detinere pro conſervare. 37
Deus ubi naſcitur omnia rident. 423
Dicere diem, praetoris eſt. 270
Dicitur Satyros celebraſſe, pro dicuntur Satyri. 184
Diotimus Conditor Neapolis. 447

Dio-

Diotimi duo. 448. 460
Difcere & docere lyra. 310
Dominari cum genitivo. 26
Donatus, cui Lactantius libros infcripfit, quis? 219
Dummiffus vicus. 166
Duumviri perduellionis. 267
Δεῖγμα & δειγματίζω. 76
Δήμιος lictor. 268
Διακονεῖσθαι. 207
Δικαστήριον pro judicio, & judicibus. 261. 272
Δρᾶσις. 437. 201
Δύναμις vis formae. 201

E.

EJus & fuus. 366
Eleuther filius Lycaonis. 107
Ellipfis, τοῦ &c. 91
——— τῷ ibi vel illic. 40
——— homines vel viri. 51
——— τῷ magis, potius. 367
Erigere libertatem. 53
Everriculum. 183
Ex vel a loco venire. 125
Examen, pro difpofitione, ordinatione. 18
——— pro multitudine. 38
Exempla, pro exemplum. 32
Exfequiae pro cadaveribus. 53
Ἑαυτοῖς pro ἀλλήλοις & contra. 209
Ἐξεγείνατο pro peperit. 417
Ἐξελαύνειν ire, exire ex loco. 306
Ἐπεύχεσθαι cum dativo. 201
Ἐπὶ tempus quo res geritur notat. 71
Ἐπιστιτίσασθαι. 214
Ἐπῳδαί. 340
Εὐαγγελίζομαί σε. 214
Εὐφυεῖς. 121
Ἔχειν ἐσθῆτα. 215
——— & ἔχεσθαι. 349
——— μετὰ χειρός. 210

F.

FAcere victoriam. 19
Familia, pro fervis. 239
Ferus de equo. 6
Flagella, virgae fummae arborum. 190
Flumen & lumen. 161
Frangere pro fonitum edere. 192
Fretum de aqua fluvii. 175

G.

GEnealogia ab Hygino fcripta. 117
Germanus, id eft verus. 188
Geftire. 185
Glebatim. 240
Γενεὰ proles, progenies. 74
Γεννᾶν de patre. 70
Γῆ, pro urbe. 81

H.

HEroum fata confufa. 393
Hiatus in verfibus. 190
Hierophilus Medicus. 333
Homeri aetas. 336
Honor pro ornamento. 188
Hoftes, peregrini. 262
Hylli plures. 383

I.

JAm non. 35
Idaea Juno. 320
Idolis oblata Christiani non edebant. 231
Ignis usus in tormentis. 346
Imperitior sermo. 30
Impetus pro mole 18
Impos damni. 192
Incantationes in medicina. 426
Inculcare pro calcare. 52
Infinitivi duo. 50
Inter se, pro inter nos. 31
Judaei invisi Romanis & gentibus. 304
—— missi in Cyprum coloni. 313
Ἰδίως. 9
Ἰδιώτης. 8

K.

KAὶ pro ἀλλά. 353
Κατα ταῦτά. 206
Καθεῖλάω. 209
Κερκὶς radius tentorius. 384
Κοινωνία. 346
Κοσμεῖν, funus curare. 398
Κρὴς pro Κρητικὸς & similia. 421

L.

LAcones cognati Judaeis. 311
Lactantii librorum ordo. 220
Lactis vis in infante sugente. 418
Lacus receptaculum aquae. 160
Lampadicum certamen Neapoli. 447
Late, de longitudine. 43
Lectio scripturae in Ecclesiis. 243
Legitime, id est more. 235
Lini plures. 387
Litus pro ripa. 12
Lumen & flumen. 161
Λαλιά. 3

M.

MAchinator, fabricator, auctor. 228
Manere pro habitare. 46
Mare salsum, Mediterraneum. 254
Medicina ars, pro medica. 118
——— cantiunculis adjuta. 9
——— an quae morbos curat Homeri aetate nota fuerit. 336
Medius pro dimidius. 419
Menalippi duo. 298
Mercurius χθόνιος, animarum ductor. 309
Minerva Medicinae Dea 400
——— ὄγκια, ὀγκαῖα & Olinthia. 305
Ministri, Diaconi. 237
Montium Dii 229
Montis, pro defensore. 149
Mylasenus, a Mylis urbe Siciliae. 186
Μεταξὺ. intra. interea temporis. 73
Μηνιᾶν. 202

N.

NAtales, primus imperii dies. 242

Nates

Nates carnosae in oriente laudatae. 62
Nave, vel navem transmittere. 41
Naves piraticae & vectoriae differunt. 216
Nescire & scire. 34
Nomen Christianum, crimen. 236
Nomina & fata virorum varie narrata.
—— eadem filiis pluribus ex eodem patre. 382
Non omnino. 357
Numerus pluralis pro singulari. 51
—— pluralis & singularis ejusdem nominis idem saepe, saepe diversum significat. 352
Nymphae Anigrides. 57
Νῦν post imperativum, Poëtis & Ionibus frequentius quam Atticis. 346

O.

OBstetrices. 333
Olynthii, eversa urbe, quo abierint. 355
Omnino non, & non omnino. 351
Opima & optima victima. 47
Orpheus. 101
Ὀγκαῖα & ὄγκια Minerva. 305
οὖν transitioni inserviens. 215

P.

PAlaepolis, quando ita dicta Neapolis. 456
Pan Ἀγρεὺς. 56
Parma in sella. 292
Parricidium. 261
Pati, pro durare, sustinere patienter. 552
Pegasus Jurisconsultus. 712
Perduellis & Perduellio. 264
Perseverare, activum verbum. 13
Phaëthon Cephali & Aurorae filius. 303
Pietas pro Clementia. 242
Piratarum naves. 216
Piscis foeminini generis. 189
Pleraque omnia. 22
Plinthia Minerva. 305
Praeceps pro in praeceps. 192
Praesentire. 26
Principale, quod ad Imperatores pertinet. 228
Probare de aliquo. 44
Prope dixerim. 48
Prope & proprie. 49
Proverbium Belgicum, *buiten westen zyn.* 2
Purgare stercus bovile. 297
Purpura, de Imperatoribus & Consulibus. 199
Pyrrhi plures. 395
Pyrrhus Ἐλευθερεύς. 401
—— quomodo obiit variae sententiae. 395
Πάντα εἶναί τινι. 357
Πάντες, plerique, reliqui omnes. 355
Πεποιημένον. 203
Περιαιρεμένης. 425
Ποδάγρα duplici sensu. 428
Πολλὰ pro πάντα. 356
Πυγὴ quidquid altum & molle. 62

Q.

QUaeſtores & Duumviri olim iidem, poſtea ſeparati. 261. 277. 282. & ſeq.
Quaeſtorum origo. 217

R.

REcluſus pro incluſus. 40
Recognoſcere. 41
Recta montium. 30
Rectus pro vero. 27
Repetitio ejuſdem vocis. 33. 49
Româ, vel a Roma venire. 126

S.

SAbbatum, quid de eo Romani cenſebant. 104
Sacrificiis, id eſt tempore ſacrificiorum. 45
Salmo, piſcis. 175
Salmoort locus in Gelria. 174
Schalk, ſervus. 92
Scire & neſcire. 34
Secta de quavis diſciplina. 241
Sedere, dicuntur Judices. 446
Simulacra non habuere Perſae & alii. 231
Sopitus morte. 247
Soterichus, Σωτήριχος. 424
Subjunctivus, pro indicativo. 285
Sublatus, a tollo, & a ſuffero. 370
Suecicâ linguâ, Pater noſter, & Credo. 85, & ſeq.
Suus & ejus. 366
Synonyma geminata. 12. 21. 36
Synagogae multa imitati Chriſtiani. 233
Συνέβη cum infinitivo. 304
Συνοικῆσαι. 347
Συνουσιάζειν. 351

T.

TEmpla Chriſto dicata ſub Ethnicis Imperatoribus. 234
—— in montibus. 230
Tenere, pro tangere & comprehendere. 47
Teucri duo. 298
Thebani reges. 377
Thracia vina. 178
Tot omnes. 16
Tranſire diem, pro tranſigere. 185
Tranſpoſitio verbi & adjectivi. 56
Τίκτειν de femina.
θάλαμος. 5
θεῖναι πόδα. 98
θοάζειν. 7
Θοηντήριον. 7
Θοῦρος Ἄρης. 7
Θρόνωσις & θρονισμός. 8

V.

VAdum pro aqua. 78
Vel pro &. 19, 20
Verba quae actionem notant, pro conatu & voluntate. 371
—— Graeca in ιζω. 76
Verrere Piſcatorum verbum. 189
Verſio LXX. Interpretum. 350

Ve-

Vetustas Ethnicismi. 237
Villicus Urbis. 444
Voces Graecae Lexicis ignotae. 419
Ut pro quemadmodum. 28
Utrum pro an. 20

X.

Χθόνιος Mercurius. 309
χρῆμα & χρήματα. 352

ERRATA.

Pag. 5. lin. ult. pro θεουγεῖς lege θεοστυγεῖς. p. 8. lin. 4. ea l. id. p. 33. lin. 2. Davisium l. Davisius. p. 64. lin. 22. l. usitatiora. p. 103. lin. 10. a fin. finit l. firit. p. 127. lin. 5. dele γ. 16. meos. l. meo. p. 132. lin. 8. a f. Lib. repone L. p. 146. lin. 22. ictis l. Ictis. p. 148. lin. 11. a fin. Lib. rep. L. p. 151. lin. 4. 810. l. 108. p. 165. lin. 14. aeduos l. ad aeduos. p. 169. lin. 8. a fin. ex sua. l. in sua. p. 181. lin. 22. ac Synecdoch. l. ad. p. 209. lin. 6. a f. Antiq. l. Antig. p. 257. lin. 8. duxit l. dixit. p. 260. lin. 28. Philos. l. Philol. ——— lin. 30. Philos. l. Philol. p. 263. lin. 11. laevissima l. levissima. ——— p. 264. lin. 20. in L. L. l. in LL. p. 265. lin. 16. Philos. l. Philol. *ibid.* lin. 30. Asbigitanae. l. Astigitanae. p. 268. lin. 19. forte. l. forte. *ibid.* lin. 20. Rabrii. l. Rabirii. p. 270. lin. 6. munus. l. muniis. *ibid.* lin. 26. ipso l. ipse. p. 273. lin. 35. eoq l. eoque. p. 277. lin. 10. maleficiis l. maleficii. *ibid.* lin. 26. quo l. quod. p. 279. lin. 11. Consilium. l. Consulum. p. 281. lin. 35. Manucio. l. Minucio. p. 282. lin. 3. Viturium l. Veturium. *ibid.* lin. 4. erectos l. evectos p. 283. lin. 12. creati l. creari. *ibid.* lin. 16. obtiguisse l. obtigisse. p. 284. lin. 17 & 18. aerariam l. aerarium. p. 288. lin. 17. praetor l. praeter. p. 289. lin. 3. nimium l. nimirum. *ibid.* lin. 12. ullum l. illum. *ibid.* lin. 26. A. R. L. 2. l. A. R. L. 8. *ibid.* lin. 33. L. 3. p. 416. l. L. 6. p. 416. p. 290. lin. 2. & iste l. in isto. *ibid.* lin. 16. Quin & l. Quin, sin &. *ibid.* lin. 22. Roma l. Romae. *ibid.* lin. 23. Verum l. Vero. p. 291. lin. 35. mutatus l. mutatis. p. 293. lin. 20 & 21. fuisse, A. U. C. l. fuisse, quos A. U. C. p. 296. lin. 12. eundem l. eandem. p. 303. lin. 7. Kusterus l. Kuhnius. p. 330. lin. 6. impetrat l. impertiat. p. 357. lin. 2. εἶναι l. εἶναι. p. 368. lin. 10. ἀνεὶ l. ἄνευ. p. 374. lin. 8. a fin. discipulut l. discipulus. *ibid.* lin. 9. usufr. l. usur. p. 405. lin. 9. sydatriis l. syllateriis.

l. id
ation
y. 16
n. 22
810. l
a fin.
209.
l. di-
hilof.
264.
ibid.
orte.
ibid.
.m-
Ca-
211.
83.
84.
er.
id.
6.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google